J. D. O'Brien
Prov. Calif

J499

SYNOPSIS

ACTORUM S. SEDIS

IN CAUSA

SOCIETATIS IESU

1540-1605

Vol II, 1605-1773, after pg. 233

BIBLIOTHECA PRIVATA
THEOLOGI
S. POENITENTIARIAE APOSTOLICAE

ALMA COLLEGE
LIBRARY
J499
Alma, California

FLORENTIAE
EX TYPOGRAPHIA A SS. CONCEPTIONE
RAPHAEL RICCI
1887

15559

PRAEFATIO

Initum praesentis operis consilium quantam utilitatem praebere possit iis qui sive Annales Societatis ultra annum 1633 producere, sive provinciarum domorumve historiam contexere tentabunt, pluribus prosequi non oportet. Haec ipsa operis pars, quae nunc prodit, licet in tempore a scriptoribus multum tractato versetur, nonnulla latebris abscondita dabit in lucem, et, quod nostris pro eo quem erga Romanam Sedem profitentur amore haud iniucundum accidet, duodecim Summorum Pontificum in Societatem beneficia referet bene multa. Scriptores quidem nostri, dum Societatis vices atque suscepta pro Christi eiusque Vicarii auctoritate certamina narrabant, pleraque documenta Pontificia prae oculis habuerunt; sed et pauca tantum pro rerum copia indicarunt, eaque multis immixta et confusa eventibus leviter attigerunt. Porro, si omnia trium saeculorum spatio prodita in Societatis gratiam Indulta Sanctae Sedis amplissime colligere et ordine chronologico, compendii etiam instar, referre daretur, haud contemnendum exstiturum laboris fructum, praeclarum videlicet Pontificiae erga S. Ignatii Religionem benevolentiae monumentum, merito existimares.

Verum id ab uno, horis ab implendo officii munere vacuis, praestari non posse, pluribus imo simul tali labori applicatis molem fore arduam perspicuum est; quin imo, tabularia Vaticana et Lateranensia aliaque, tanti annorum spatii explorandi gratia, indagare atque millibus e voluminibus ea quae ad Societatem spectant excerpere tantum esset negotium, ut periti quique iudicent illud fine et exitu cariturum.

In arctiore campo operam collocare mentis meae fuit. Septem vel octo nostris Regestorum Pontificiorum voluminibus contentus, ex eo solo fonte S. Sedis in causa Societatis Iesu Bullas et Brevia compendio exhibere cogitabam; perspicienti tamen quam imperfecta sit haec collectio, quum in ea desint documenta cuivis nota, subiit cogitatio utilius fore hoc compendium, si in eo alia documenta indicarem, variis libris edita. Quod

si integre, copia librorum adiutus, efficere potuissem, haud dubito quin dimidio forte amplior evasurus fuisset praesens tomus maiorque eius utilitas. Tempora vero haec infelicia, quibus bibliothecas nostras sive deperditas sive dispersas dolemus, a tali me consilio deterrere poterant; nam neque praesto habebam praecipuas illas Pontificiorum decretorum collectiones, neque provinciarum nostrarum annales typis excusos, quos res postulabat; neque tempus suppetebat adeundi pro lubito bibliothecas publicas. Demum succurrebat posse per partes edi hoc opus: fore ut, dum edito priore tomo, alteri parando operam darem, plures diversarum provinciarum Socii, aperta iam via nostraque inopia et ratione nos iuvandi significata, facilius in alterum tomum subsidia suppeditarent; quae et supplemento ad priorem typis edendo, et complendo alteri tomo usui essent futura. Patronum nacta est haec sententia; proditque praesens tomus quem, exempli potius causa et tamquam adhortationem ut prosequendo labori Socii nostri accedant, offerre institui.

Habes igitur, benevole lector, brevem conspectum eorum quae per sexaginta fere annos pro minima Societate, qua « Deus per Beatum Ignatium militantem Ecclesiam novo subsidio roboravit » dilatanda et confirmanda dixerunt et egerunt S. Petri successores. Multiplici argumento videbis eam fuisse, ut vere benevolo animo testari dignabatur Sanctitas Sua feliciter regnans Leo XIII, « fecundam tum sanctimoniae, tum sapientiae laude praestantium virorum nutricem » quos ad Iesu Christi eiusque Ecclesiae gloriam multis in laboribus periculisque « sibi devotissimos » adhibere non gravabatur Sancta Sedes; eam « solidae sanaeque altricem doctrinae » a Summis Pontificibus vindicari perspicies; non deerunt tibi qui eam ab initio « graves propter iustitiam persecutiones perpessam » infallibili suo testimonio tueantur; eam « ab ipso Concilio Tridentino commendatam » ante Leonem XIII testabuntur tibi Pius IV, S. Pius V aliique.

Praeter haec quae universam Societatem commendant, plura habes S. Sedis acta, quibus collegia in variis orbis partibus fundat, privilegiis ornat, ditatque beneficiis ecclesiasticis, sive a benefactore aliquo resignatis, sive a monasterio aliquo propter temporum calamitates disiunctis. Iure enim cautum erat ut in « patrimonio Christi, dote Ecclesiae, peculio clericorum » dividendo et assignando Apostolica intercederet auctoritas; « non debent ipsae res fidelium quae Domino offeruntur in alios usus quam ecclesiasticos converti, ut aiebat S. Urbanus martyr (Brev. Rom. 25 Mai), quia vota sunt fidelium et pretia peccatorum ac patrimonia pauperum. » Ea intercessione maior propriis collegiorum bonis conferebatur firmitas (*Greg. XIII*, N. 210); aequitatis et consilii

ratione servata, fundatorum mens atque executorum testamenti iudicium expetebatur: quod et passim ex Rescriptorum compendiis deprehendes, et in ipsis Rescriptis manifestius assertum habemus; ita, exempli gratia loquitur Clemens VIII: « Salvatoris D. N. Iesu Christi vices licet immeriti gerentes in terris, illam curam libenter amplectimur per quam Christiana religio, multiplicatis collegiis Societatis Iesu, quorum patrum et fratrum assiduis precibus et fructuosis operibus omnipotens Deus propitiatur, incrementum suscipiat: quod ut ad debitum perducatur effectum, ad eum usum et proventum legata, interpretatis seu moderatis, iuxta executorum vota, testantium voluntatibus, Societati huiusmodi attribui mandamus prout videmus expedire ». *(Clem. VIII*, N. 73) De his multis numero concessionibus conquerentes quosdam adversarios merito retundebat Gregorius XIII optans ut longe plures essent et ampliores Societatis facultates, quo plures vineae Domini cultores alerentur; Philippus autem II rex Hispaniarum (ita narrante Ol. Manareo in suis Commentariis p. 56-58) insatiabilem beneficiorum cupiditatem criminantibus, rem edoctus, exiguum vectigal, onera veramque collegiorum inopiam obiiciebat. Summam, concedo, computent reddituum a plerisque collegiis percipi solitorum: id ferme evincent quod sincerus quidam rerum aestimator (Prignet, *mémoires historiques sur Valenciennes*, 1868); qui collegii Valencenarum 150 redditus in 35 locis percipiendos conferens cum oneribus (gratis enim docebatur) et eleemosynis ac litium expensis, ingentes illas divitias ad undecim millia florenorum reduxit, testatusque est suppresso per Ludovicum XV collegio reliqua fuisse aeris alieni plus quam 20 millia francorum. Lites, ut fit, nonnunquam de pia alicuius testatoris dispositione, de beneficio domui cuidam incorporato exortas comperies, neque dubitabis ingentem de bonis immobilibus sollicitudinem Procuratoribus eorumque sociis fuisse creatam (Rivadeneira, *Obras escogidas*, Madrid, 1868, p. 608); sed bona malaque in rerum fluxarum conditione commixta quis nesciat? Hodierno iuri (namque vera rerum vocabula amisimus) nihil alicubi sacrum fuit; sine lite vel controversia in impios etiam usus bona Societatis et Ecclesiae conversa vidimus.

Sed miraberis aequiore consilio attendens ad ea quae Societatis ope molita est Sancta Sedes, quum insurgentibus adversus veram Iesu Christi Ecclesiam sub falso nomine scientiae haereticis, tot collegia, studia generalia, universitates erexit. Videbat quippe « institutionem puerorum ac rudium in christiana doctrina decem praeceptorum atque aliorum similium rudimentorum (quaecumque secundum circumstantias pernarum, locorum ac temporum illis congrua viderentur) esse a S. Patre nostro Ignatio in formula ipsimet S. Sedi oblata nominatim commendatam

(*Pauli III*, N. 5) Videbat Societatem iam ab initio collegia constituisse tam intra quam extra studiorum generalium universitates « ut diversarum nationum iuvenes, qui magistrorum penuria litteris operam dare desistebant, hac commoditate allecti, recte vivendi normam edocti sapientiaeque donum amplexi, litteris simul et bonis operibus proficerent » (*Pii V*, N. 47). Porro, si cui dubitatio incidere posset de assidua Summorum Pontificum pro litterarum omnimodaeque scientiae cultu sollicitudine, audiat Paulum III : « Cum attentae considerationis indagine perscrutamur quam praecipuum in hac laudabili vita donum ab omnipotente Deo hominibus concessum sit quod per assiduum litterarum studium tenebrosae ignorantiae caligine profligato adipisci valeat scientiae margarita, per quam fides catholica protenditur, divini nominis cultus augetur, veritas cognoscitur et iustitia colitur ac reliquae virtutes illustrantur, necnon omnis tam publica quam privata res utiliter geritur et eisdem hominibus ad bene beateque vivendum via probatur, merito inducimur ut ea per quae litterarum studia propagantur et personae ad tam excelsum felicitatis fastigium pervenire desiderantes opportunae subventionis auxilia suscipiant, apostolicae meditationis curam sollicitius interponamus (*Pauli III*, N. 22). - Sed quum nullo unquam tempore, pro locorum et circumstantiarum conditione, scientiae margaritam neglexisset, tum praesertim, invalescente falsae scientiae et impiae in Iesum Christum eiusque in terris Vicarium secessionis impetu, eam filiis lucis et veritatis magno in pretio habendam commendabat. Nam « christianam religionem illis turbulentis et calamitosis temporibus non parum passim labefactatam » perspiciebat atque « presbyteros et alias personas Societatis Iesu ex uberibus fructibus quos in dies, tam in iuventute bonis moribus imbuenda et simul cum pietate in liberalibus disciplinis exercenda quam alias in vinea Domini, producere solebant, ad ipsam religionem restaurandam et restauratam conservandam maxime profuturos esse » (*Greg. XIII*, N. 271).

Gregorius praesertim XIII gratam posterorum memoriam sibi hac in re conciliavit; ut ipsemet praeclare dicit «contra haereticos et schismaticos, qui veluti adversarii furiis agitati, in piae Matris Ecclesiae sinum exitium ferebant, nullum firmius praesidium aut remedium certius invenire » poterat « quam ut regionum ab hac peste oppressarum iuventus, cuius teneros animos facile est ad virtutem flectere, catholica religione imbueretur » operamque dedit « ut diversarum nationum collegia, veluti catholicae religionis et religiosae ad eam institutionis seminaria suis sumptibus in Urbe erigerentur » (*Greg. XIII*, N. 114.) Verum neque Sixtus V neque Clemens VIII tantum opus fovere et augere neglexerunt ; nam «Romani Pontificis gratitudo viros, litterarum scientia prae-

ditos ac rerum experientia approbatos, fideique integritate praestantes et aliis virtutibus conspicuos, (ita loquitur Clem. VIII, N. 52) eo potioribus prosequebatur favoribus quo illi pervigili cura animarum saluti incumberent ac in his, quae copiosum gratiarum thesaurum sibi desuper creditum provida miseratione dispensandum concernebant, continuo essent accincti ministerio; et propterea, ut eorum commoditati et sustentationi valeret subveniri, diligentiae suae studium Sancta Sedes libenter convertebat opemque et operam impendebat efficaces. ».

Conferenti tamen cum indice collegiorum, de quibus documenta reperi, indicem illum quem Juvencius noster *Historiae Societatis* partis VI libro XV subiunxit, apparebit quantum in hac opella desideretur ; anno enim 1616, secundum Juvencii elenchum, numerabat Societas 372 collegia per 32 provincias totius orbis sparsa.

Alia documenta non minoris momenti reperiet lector, quae sive ad exterarum missionum sive ad totius Societatis historiam et ius pertinent.

Quaedam occurrunt animadvertenda de subsidiis quae in hunc librum adhibui.

I. Manuscripta, quae cuique documento a dextra parte indicata subiungo, sunt haec praecipua :

1.° *Brev. et Rescr.* Compactus liber in *Fo.* cui titulus a tergo inscriptus: *Brevia et rescripta antiquissima pro Societate*; varia complectitur sive ipsa authentica, sive exempla ex illis transsumpta, a fundata Societate ad annum 1592; quorum ea sola excerpsi quae ad rem meam pertinerent; continet enim praeterea patentes quasdam litteras, monita S. Ignatii ad Socios in Hiberniam Lusitaniamque iter ingressuros, aliaque a praesenti consilio aliena.

2.° *Reg. bull.* Septem tomi in *Fo.* quorum primo inscriptum: *Regestri unionum, applicationum et allarum concessionum Societatis Iesu.* Tempore P. Claudii, qui necessarium iudicaverit authentica S. Sedis rescripta forma commodiore colligere, inchoatus videtur hic labor, fratribusque coadiutoribus commissus: unde nihil mirandum quod amanuensium inscitia nova, iis quae authentica huiusmodi scripta continere solent, menda fuisse addita: quod in nominibus praesertim locorum personarumve propriis negotium mihi facessebat haud exiguum. Plerisque tamen legendis, et cum nimium distabant a praesenti scribendi ratione, corrigendis (quod uncis fere indicare libuit) usui fuit *Ritter's geographisch-statistiches lexicon* (Leipsig, 1883) Adde in scriptione gothica facilius, in recentiore aegre admodum distingui aliquas litteras, *n*, *m*, *i*, *e*, *u*, *v*,; unde quum mappae geographicae vel laudatum lexicon annotationesque mihi benevolo plurium Sociorum auxilio suppe-

ditatae dubitationem solvere nequibant, incerta remansit nominum forma; ita sub *Pauli III* n. 13 et 21 idem occurrebat nomen, hic *Vines*, illic *Vives*: utrum recte, dubium; sub *Iulii III* n. 4 *Valervitan.*,: utrum forte *Valentinensis*, *Salernitanus* legi oporteret, quis definere valuisset? praestabat legere nomen fictitium, quod oculos feriebat, quam nomine aliquo vero omnem dubitandi locum tolli. Cuilibet minus aequo censori locus linquitur reprehendendi me quasi e mscr. pulvere novas et inauditas eruerim dioeceses. Ipsa authentica si potuissem adhibere, minore forsan numero occurrerent huius generis errores ac dubitationes; quamquam ostendunt edi nuper coepta *Leonis X regesta* quam manca minimeque sibi constans soleret esse ante nostra tempora propriorum nominum scribendorum ratio; neque hoc incommodum oportuisse aut potuisse vitari recte contra improbos quosdam censores animadvertit doctus horum regestorum censor in Periodico *La civiltà cattolica* (ser. XIII, vol. V, p. 595).

Conimbricam igitur scriptum invenies Coimbra, Colimbra; Patavium, Padua; Bruet, Broet; Recinete, Recanati; Semiguel, y el valle (S. Miguel del Valle?) Ii, quibus utilis erit opella haec, id mihi vitio nequaquam vertent, alia forte plura merito reprehendent et corrigenda indicabunt.

3.° *Elench. bull.* Unus tomos in *Fo.* cui titulus: *Elenchus bullarum, brevium, decretorum pro Societate Iesu*; coepit confici anno 1697 a P. Petro Francisco Orta; Procuratore generali; praeter breve documentorum compendium ac diei notationem indicat plerumque scriptores in quorum libris fuerunt edita, et quo archivii nostri loco reperiri quondam possent authentica. Ex eo apparet quam apto ordine pretiosa haec documenta, in variis armariis et capsulis, suo quaeque numero signata, disposita fuissent; verum tot calamitatibus dispersae, imo deperditae vilique venditae pretio res nostrae hanc solam fere sui memoriam apud nos reliquam fecerunt. Ex hoc fonte pauca tantum adduco, ea nempe quae duobus prioribus deerant; sunt ea imprimis decreta Congregationum Romanarum.

4.° *Possini mscr. historia controversiarum de auxiliis divinae gratiae*, duobus tomis in *Fo.* comprehensa: summae curae labor quem Juvencius noster suum in librum *Hist. S. I.* partis V decimum sextum ad N. 41 traducere cogitavit; sed rem totam, pacis forte tuendae causa, eo loco omittendam duxit.

5.° Alia quaedam mscr. raro adhibita, in ipso libro indicavi; neque omisi aliquot tomos Brevium, quos, cum semel iterumque horas plures in Vaticano tabulario agerem, pervolvere potui.

6.° Summarium cuique pontificatui praemitto desumptum ex quodam tabularii nostri manuscripto, quod P. Andreas Budreoli, notus scriptor, assiduo plurium mensium studio, ut ipse loquitur, confectum,

ex Quirinali probationis domo, idibus Decembris 1728, cum doctrinae causa oppugnaremur, Praeposito Generali obtulit; ex quo rerum fonte plura derivavit P. Hieronymus Lagormarsinus in suum librum nondum vulgatum: *Doctrinae hominum e Societate Iesu pontificiae approbationes dicto factove*, eumque a P. Paria in prolegomenis ad *Fr. Toleti in summam theologiae S. Thomae Aquinatis enarrationem*, (Romae 1869,) percommode adhibitum. Ea tamen sola ex laudato mscr. attuli seu potius indicavi, quae in ipsis regestis non memorabantur, atque ad alia Rescripta pontificia inquirenda aliquando usui esse poterant.

II. Libri, quos nonnullis documentis a sinistro latere subiicio, ii sunt in quibus ea per extensum et ipsis verbis relata reperiuntur: *Bullarium Romanum* editionis Taurinensis, novum *bullarium S. I.* 1884, *Litterae Apostolicae* editionis Romanae anni 1606, *Historia S. I.* ab Orlandino, Sacchinio et Juvencio conscripta, Hernaez S. I. *Colecion de bulas, breves..... relativos a la iglesia de America y Filipinas, Bruselas*, 1879, aliaque pauciora quae ad manum erant opera. Dum autem typis iam edendae opellae manus admota esset, exemplum nactus sum quinque tomorum *Bullarii patronatus Portugalliae* (Olysipone, 1868), unde nonnulla post annum 1562 excerpta documenta inserenda duxi.

Praeter obscuritatem quamdam, quam quaesita compendiorum brevitas non fugiendam suadebat, illa te offendet, benevole lector, quam curiae stilus sibi propriam vindicat, neque ego vitare volui; ex. gr. sub *Greg. XIII* N. 40 leges unitos fuisse collegio Leodiensi duos prioratus, alterum S. Severini quem Gerardus Episcopus in commendam obtinebat, alterum de Musnault, quem Lambertus de Cora in commenda habebat, qui prioratus ad Ordinem Cluniacensem alter, alter ad Ordinem S. Benedicti spectabant: breviter ipsis documenti verbis haec indico. Passim brevem et subobscurum, quem alio in genere iure tuo carpseris, stilum hic mihi condonandum confido.

Ordine chronologico disposui regesta; sicubi vero dubius esset atque pugnans invicem aerae et pontificatus inscriptus annus, rem in medio reliqui, ea assignata indicatione quam libri dabant. In Bullis aliisque quibusdam Rescriptis assignari annum Incarnationis, a 25 Martii incipientem, facile perspicies.

PAULI III.

Paulus III, Farnesius. Romanus, Alexander antea dictus, Episcopus Cardinalis Ostiensis, creatus VII id. Oct., coronatus III non. Nov. 1534, obiit IV id. Nov. 1549.

Sancto Patri nostro Ignatio eiusque sociis favit plurimum. Mense Octobri 1537, B. Petrum Fabrum iussit in Sapientiae gymnasio Scripturam exponere, Iacobum vero Laynium scholasticae theologiae quaestiones explicare. 3 Sept. 1539 in porrecta sibi Tibure Instituti S. I. formula coelestem doctrinam admiratus: « Digitus, inquit, Dei est hic ». In Wormatiensi, Spirensi, Ratisbonensi aliisque catholicorum cum protestantibus colloquiis, et in concilio Tridentino, Laynii, B. P. Fabri, B. P. Canisii aliorumque Sociorum opera uti dignatus est.

---

1. Benedictus Conversinus Vice-Camerarius Urbis Gubernator, pro officii sui debito ac speciali mandato Pauli III, cum falsi rumores sparsi et delationes factae essent de dogmatibus et conversatione vitae et spiritualibus exercitiis vener. virorum DD. Ignatii de Loyola et sociorum vdl. Petri Fabri, Claudii Jaii, Paschasii Broet. Iac. Laynez, Fr. Xavier, Alf. Salmeronis, Sim. Roderici, Io. Coduri et Nic. de Bobadilla, Magistrorum Parisiens. presb. saec. Pampilonen. Gebennen. Seguntinen. Toletan. Visen. Ebredunen. et Palentin. respect. dioecesium, consideratis sententiis de Hispania, Parisiis, Venetiis, Vicentia, Bononia, Ferraria et Senis, iudicialiter declarat eos non solum nullam infamiae notam incurrisse, verum potius maiorem vitae atque doctrinae suae claritatem retulisse.
Romae XVIII Nov. 1538. Pontificatus anno IV.

Hist. S. I., Orlandini. l. II. n. 52. *Brev. et rescr.* p. 32.

2. Io. Petr. Caraffa Card. S. Sixti, Paschasio Bruet, clerico Ambianen. dioec. significat vivae vocis oraculum Pauli PP. III,

quo illi in virtute sanct. obedientiae mandatur ut Senas cum uno ex sociis se conferat ibique reductioni et reformationi monasterii monialium SS. Prosperi et Agnetis Ord. S. Benedicti vel cuiusvis alterius ordinis intendant, de Ordinarii licentia.

R. in pal. Apost. XVIII Mart. 1539. P. an. V.

Brev. et rescr. 35.

3. Petrus Paulus Parisius Ep. Nuscanus, causar. camerae apost. general. auditor, sanas, integras, non suspectas declarat litteras patentes facultatis praedicandi per Vinc. Caraffam tit. S. Mariae in Transtiberim S. R. E. Pr. Card. de Neapoli nuncupatum, pro SS. D. Paulo III, venerabilibus viris Petro Fabro, Laur. Garsias, Did. Lainez, Fr. de Xavier, Nic. de Bobadilla, Simoni Rodericio, Ignatio de Loyola, Alf. de Salmeron, Claud. Jayo, Pasch. Broet, Io. Coduri, presb. Gebenen., Giennen., Elnen., Seguntin., Pampilonen., Palentin., Visen. et Toletan. dioec. respective concessas; quas transsumit (*Scientiae donum etc.* 3 *Maii* 1538).

R. XVII Sept. 1539. P. an. V.

Brev. et rescr. 33.

4. *Cum sicut charissimus.* - Paulus III, petente Iohanne, Portugalliae et Algarbiorum Rege, Franciscum de Xavier ac Simonem Rodericium, clericos Pampilonen. et Visen. dioecesium et Apost. Sedis Nuntios, in nonnullis Rubri Persici et Oceani Maximi insulis necnon provinciis et locis citra et ultra Gangem ac ultra et citra promontorium Caput Bonae Spei nuncupatum, quantocius novellum gregem confirmare iubet, et facultatibus ornat opportunis.

R. ...Aug. 1540. P. an. VI.

Brev. et rescr. 6.

5. Ad perpetuam rei memoriam. *Regimini militantis.* - Paulus III Institutum S. I. sub formula sibi oblata comprehensum approbat, cum restrictione numeri ad personas sexaginta.

R. apud S. Marcum, V kal. Oct. 1540. P. an. VI.

Nov. Bull. S. I. p. 1. *Reg. bull. I.* p. 218.

6. *Cum nuper audierimus.* - Paulus III, Ioannem Coduri et Alphonsum Salmeron, Apost. Sedis Nuntios, quibus mandata dedit propter clades et perturbationes in fide catholica Hiberniae ab impietate et crudelitate vicini regis inflictas, et non paucas facultates de Christi thesauro concessit, commendat archiepiscopis etc. principibus, populis et communitatibus insulae Hiberniae.

R. XXIV Apr. 1541. P. an. VII.

Hogan, Ibernia Ignatiana, 3.

7. *Litteras nobilitatis tuae.* - Paulus III Canossium Yneylum, principem Hibernicorum Ultoniae, a quo per Raymundum litteras accepit, laudat ut propugnatorem honoris Dei ac Romanae Ecclesiae et catholicae religionis, ipsique eiusque auctoritatem sequentibus se non defuturum, sicuti ex Raymundo et ex Ioanne et Alphonso Nuntiis suis intelliget, promittit.

R. XXIV Apr. 1541. P. an. VII.

Hogan, Ibernia Ign. 2.

8. *Credita nobis desuper.* - Paulus III Paschasium Broet et Alfonsum de Salmeron, clericos Ambianen. et Toletan. dioec. respective et Apost. Sedis in insula Hiberniae Nuntios, ad eamdem insulam, quae ex vicina haereticorum et schismaticorum contagione infici coeperit, destinat et facultatibus ornat opportunis.

R. ap. S. M. V non. Iul. 1541. P. an. VII.

Brev. et rescr. 11.

9. *Cum dilecti filii.* - Paulus III Paschasium Broet et Alfonsum de Salmeron et eorum comitivam usque ad numerum sex personarum in Hiberniam itinerantes recommendat vassalis aliisque, et de salvo conductu providet.

R. ap. S. M. id. Iul. 1541. P. an. VII.

Brev. et rescr. 13.

10. Alexander Card. S. Laur. in Damaso, Vice-Cancell. S. R. E. testatur facultates Ioanni Coduro presbytero in Romana curia defuncto olim Societatis de Iesu nuncupatae Socio et aliis novem personis V. V. oraculo concessas circa sacramenta.

R. in pal. solit. resid. 1543 P. an. IX.

Brev. et rescr. 37.

11. A. P. R. M. *Iniunctum nobis.* – Paulus III concedit Societati Iesu facultatem admittendi quosvis idoneos sine restrictione numeri, et condendi mutandique Constitutiones.

R. ap. S. Petrum pr. id. Mart. 1543. P. an. X.

Nov. Bull. 5. *Reg. bull. I.* 220.

12. *Cum inter cunctas.* – Paulus III Ignatio de Loyola atque Societati de Iesu, alias approbatae, varias facultates in ordine ad sacramenta ministranda concedit (eodem tenore ac in bullario S. I. *Cum inter cunctas*, 3 Iun. 1545).

R. ap. S. M. Sept. 1544. P. an. X.

Brev. et rescr. 20.

13. A. P. R. M. *Ad sacram Beati Petri.* – Paulus III fructus parochialis eccl. de Denia, Valentin. dioec. vacantes per resignationem Gasparis Ep. Segobricen. et Albarrazin. in de Ondara, Benedoleg, Pamnes (Pamis), Veger (Vergel), Miraflor, Miraroza, Cetha (Setla), Marbeig (Moreira,) Beniomer, Benicadim, Rafel, Benimel, Sagra, Negralz, Zabete (Sanet), Gata, Pedreguer (Predegoar), Matotes, dict. dioec. locis, qui ascendunt teste Ioanne Vives presbytero ad valorem 250 duc., applicat, Episc. et Franc. de Borgia petentibus, collegio de Gandia, cum onere alendi sex neophytos ex illis locis ad 50 annos et etiam, si marchioni de Lombay videbitur, cum suppressione tituli et erectione unius vicariae cum congrua portione, arbitrio Ordinarii assignanda.

R. ap. S. P. III non. Dec. 1544. P. an. XI.

Reg. bull. I. 103.

14. *Cum inter cunctas.* - Paulus III concedit Societati Iesu facultates concionandi, confessiones audiendi, absolvendi, vota commutandi, celebrandi ante diem et post meridiem, sacramenta ministrandi sine quorumvis licentia et officium Romanum novum dicendi.
R. ap. S. P. III Iun. 1545.

Nov. bull. 8. *Reg. bull. I.* 221.

15. Mandatum Vicarii Generalis almae Urbis, ad instantiam D. Petri Codatii syndici et agentis S. I. in Urbe, vetans barrisello ceterisque capitaneis, executoribus etc. ne P. Petrum vel aliquos de dicta Societate vel domum oppignorent.
R. XXV Ian. 1545.

Brev. et rescr. 38.

16. A. P. R. M. *Sacrosanctae Romanae Ecclesiae.* - Paulus III praeceptoriam Lambertarum nuncupatam domus B. Mariae Magdalenae Paduan., ordinis B. M. Theutonicorum, quam Andr. Lippomanus frater hospitalis S. Ioann. Hierosolimitani in commenda habebat et per Petrum Codasium, canon. Mediolan. resignavit, Andrea petente, supprimit, et ab ea medietatem fructuum dismembrat, et in praeceptoria seu illius ecclesia aut domo unum, et in civitate Venetiarum in loco designando aliud, collegia pro Societate Iesu erigit, supradictos fructus eis applicat. Praeceptoria generalis est, conventu caret et sine cura existit; fructus 800 duc. valorem annuum non excedunt. - Ep. Vasionen. et vicariis Patriarchae Venet. et Ep. Paduani executionem committit.
R. ap. S. P. VIII id Apr. P. an. XII.

(*Nota*. Possessio fuit capta 15 Sept. 1548). *Reg. bull. I.* 105.

17. Rodulphus Pius tit. S. Mariae Transtiberim Card. de Carpo testatur Patri Ignatio de Loyola v. v. oraculum Pauli III, quo Gaspari de Doctis, clerico Venetiano, decretorum doctori, canonico Torcellano liceat S. I. ingredi et in

ipso ingressu vota quatuor solemniter profiteri, nonobstantibus etc.
R. XI Maii 1546.

Brev. et rescr. 39.

18. *Exponi nobis nuper.* - Paulus III Societati Iesu impertitur ut admittantur Coadiutores, qui possint etiam ad sacros Ordines promoveri, et ut 20 ex iis facultates professorum concedantur. Professionem Romae fieri iubet.
R. ap. S. P. V Iun. P. an. XII.

Nov. bull. 10. *Reg. bull. I.* 222.

19. Durantes basilicae XII Apost. Pr. Card., Sedis Apost. Umbriae de latere Legatus testatur v. v. oraculum, quo Paulus III, petente Franc. Borgia, duce Gandiae, indulgentiam plenariam semel in vita concessit confitentibus alicui sacerdoti S. I.
R. IV non. Ian. 1547. P. an. XIII.

Oliv. Manarei Commentarius, 1886. p. 120.

20. A. P. R. M. *Copiosus in misericordia.* - Paulus III Francisco de Borgia, duci Gandiae, marchioni de Lombay, Alexandri VI, ut asserit, sec. carnem abnepoti, situs commoditatem et verisimilem scholarium affluentiam necnon collegii S. I. Gandiae iam erecti fructus exponenti, concedit in d. oppido studii generalis erectionem, in quo, simul cum dialectica, philosophia scholastica et positiva, Ecclesiae facultates ac scientiae et linguae quae ad salutem animarum conferunt doceantur, et gradus et facultates ut in Parisiensi, Salmanticensi et Valentinensi studiis, vigeant.
R. ap. S. P. prid. non. Nov. 1547. P. an. XIV.

Reg. bull. I. 53.

21. A. P. R. M. *Apostolicae servitutis officium.* - Paulus III Ignatio de Loyola Praep. Generali et Sociis S. I. concedit ut super parochiali ecclesia villae seu oppidi de Denia Valen-

tin. dioec., post resignationem Gasparis Gaufredi de Borgia, Ep. Segobricen. et Albarracinen. per litteras apost. extincta, et super praemiciis quas praedictus, ratione huius ecclesiae in de Undara, Benidolec, Paramies, Veger, Miraflor, Mirarosa, Marueig, Beniomer, Benicadim, Rajol, Benimeli, Sagra, Negralz, Zevelle, Gatta, Predeguer ac Malaces et forsan aliis locis dict. dioec. percipere consueverat, collegium S. Sebastiani de Gandia, cui competunt residui fructus (assignatorum Ioanni de Viñes ipsius ecclesiae perpetuo vicario), sex neophytos ex Agarenis conversos ex locis expressis, ad studia habiles, sustentet ac in grammatica et theologicis facultatibus instruat; et ut praeterea duodecim neophytos, prout Ignatius id per ducem Franciscum de Gandia obtulit, gratis et libenter doceat, et quidem ex ducatu de Gandia et marchionatu de Lombay oriundos per 40 annorum spatium, deinde alios quoscumque duodecim ex eodem seu quovis loco oriundos scholares, qui tamen ipsam Societatem ingredi voluerint. (Cfr. sup. 13).
R. ap. S. P. XXIII Mart. 1548. P. an. XIV.

Reg. bull. I. 56.

22. A. P. R. M. *Cum attenta considerationis.* - Paulus III Francisco de Borgia, duci Gandiae, ortum et fructus S. I. ex litteris apostolicis exponenti, et haeresibus praesertim in ducatu de Gandia et marchionatu de Lombay, ubi multi ex Agarenis noviter christiani sunt, obsistere cupienti, concedit ut collegium, quod sub Iesu aut sub alia invocatione in capella S. Sebastiani prope muros oppidi de Gandia Valentin. dioec. extitit, complere possit ex redditibus beneficiorum eccles. auctoritate apost. ei unitorum usque ad valorem 700 ducatorum et ex suis propriis bonis, et accedente Ignatii de Loyola consensu, S. I. ingredi cupientibus hos redditus assignare possit.
R. ap. S. M. XII kal. Maii 1548. P. an. XIV.

Reg. bull. I. 51 b.

23. A. P. R. M. *Copiosus Dominus.* - Paulo III, petente Ioanne, Portugalliae et Algarbiorum rege, collegium S. I. in universitate studii generalis in civitate Colimbriensi erigi inceptum et exilibus fructibus 100 scholares nutriens erigit, unio-

nem monasterii S. Felicis de Friestas, Ord. S. Benedicti Bracaren. dioec. per Nuntium Apost. ad centum annos factam in perpetuum extendit, S. Laurentii de la Pela, S. Mariae de Torporiz, S. Michaelis de Zago, S. Martini de Alvaredo parochiales ecclesias, et unam S. Mariae de los Belle et alteram S. Pantaleonis de Cornes, et duas S. Iacobi de Boniano, ac reliquam S. Mariae de Morera parochialium ecclesiarum portiones collegio incorporat. Fructus monasterii 200 ducat., et ecclesiarum ac portionum 260 duc. valorem non excedunt. Remaneat congrua portio pro vicariis, quorum praesentatio ad Gen. Soc. pertineat, in S. Laurentii, S. Mariae de Torporiz, S. Michaelis et S. Martini. - Archiepō Bracharen. et Colimbrien. et Salutiarum Episcopis executionem committit.
R. ap. S. M. X kal. Iulii. P. an. XIV.

Reg. bull. I. 107.

24. A. P. R. M. *Pastoralis officii cura.* - Paulus III, petente Francisco de Borgia, duce Gandiae, Exercitia spiritualia, a Ioanne Card. tit. S. Clementis, Burgensi Ep., Philippo Saluciarum Ep. Urbis Vic. Gener. et Aegidio Foscarario sac. pal. magistro examinata, approbat, et sine Ignatii de Loyola eorum auctoris consensu imprimi vetat. Hortatur fideles ut tam piis documentis instrui devote velint.
R. ap. S. M. ult. Iul. 1548. P. an. XIV.

Institutum S. I. tom. II. 367. *Brev. et resor.* 21.

25. *Alias postquam Nos.* - Paulus III Conchensi et Salmanticensi Episc. ac thesaurario eccl. Conchensis Societatem de Iesu nuncupatam a se erectam et referente Francisco tit. S. Ioann. ante P. L. Pr. Card. Cauriensi nunc., Salmanticae ubi d. Franciscus collegium S. I. instituere vellet et alibi improbatam et laesam, commendat, et iudices conservatores apostolica auctoritate eos constituit, utque Socii indultis frui, Institutum ad ulteriorem perfectionem perducere, et collegium erigere libere valeant, provideri vult.
R. ap. S. P. XIX Oct. 1548. P. an. XV.

Cartas de S. Ignacio, II. 480.

26. Rodolphus Pius tit. S. Mariae Transtiberim Card. de Carpo, protector S. I., Praeposito et confratribus dictae Soc. testatur v. v. oraculum in dictae diei consistorio apud S. Petrum datum, quo liceat quibusdam per Praepositum nominandis (Dri. Mich. de Torres, Dno. Franc. de Strada, Mro. Andr. de Oviedo, Mro. Andr. de Fruses, Mro. Miron, Mro. Hier. Domenech, Mro. Hier. Natali) qui extra almam Urbem nunc existunt, professionem et solemnia vota emittere, nonobstantibus etc.
R. XXIV Nov. 1548.

Brev. et rescr. 40.

27. A. P. R. M. *Ea quae inter.* - Paulus III, petente Praep. Generali S. I. et Aldoncia Gonzalez, collegio S. I. Caesaraugustan. confirmat donationem ecclesiae, domorum et censuum, per Ioannem Gonzalez praedictae patrem, civem Caesaraugustan. ea conditione factam ut domus census et proprietates habitationi et sustentationi Aldonciae inservirent. Episc. Salutiarum, suo in Urbe vicario et Petro Domenech, canonico eccl. Barchinonen. committit executionem.
R. ap. S. P. XIV Dec. 1548. P. an. XV.

Reg. bull. I. 30 b.

28. Philippus Archintus, Episc. Salutiarum, SSmi. in spiritualibus Vicarius Generalis, ad requisitionem Dni. Petri Codacii, procuratoris S. I., litteras patentes attestatorias a R. Fr. Franc. Romeo e Castillione S. Theol. professore ac totius Ord. Praedic. Generali Magistro in favorem S. I. 10 Dec. 1548 datas, per notarium publicum Io. Bargium transsumi et in publicam formam redigi mandavit.
R. XXIII Ian. 1549. P. an. XV.

Cartas de S. Ignacio, II. 492. *Brevia et rescr.* 41.

29. *Dudum postquam.* - Paulus III motu proprio concedit erectionem 4 altarium pro 4 perpetuis capellanis curatis in ecclesia S. Marci, loco 4 parochialium alias Societati Iesu unitarum S. Mariae de la Strata, S. Andreae de la Frata, S. Ni-

colai et SS. Vincentii et Anastasii, cum translatione curae animarum ususque coemeterii et reddituum alias Societatis sacristiae applicatorum.
R. ap. S. P. non. Apr. 1549. P. an. XV.

Reg. bull. I. 67 b.

30. *Exponi nobis nuper.* - Paulus III Petrum Ferdinandi de Velasco, contestabilem regni Castellae, pro executione testamenti Eneri tit. S. Nicolai in carcere Pr. Card. Burgen. Episcopi, de pauperum hospitali et quodam collegio exstruendis, loco testamentariorum Comitis de Miranda ac Praeceptoris Maioris regni Castellae et Episc. Tuden. defunctorum, ad praedicta perfici faciendum, qua propinquiorem d. Eneri consanguineum deputat. - Decano et archidiac. de Berbiesca et abbati S. Emiliani eccl. Burgen. execut. mandat.
R. ap. S. M. V Iul. 1549. P. an. XV.

Reg. bull. I. 88.

31. Ioannes Maria, Ep. Praenestinus Card. de Monte vulgariter nuncupatus, Apost. Sedis de latere Legatus, Mro. Alph. Salmeron Hispano Toletan. dioec., in Tridentino Concilio pridem conspicuo et in universitate Bononiensi per Vinc. Villam Placentinum decanum theologicae facultatis et Vinc. de Quintiano regentem studii praesentato ac rigoroso ac tremendo examini subiecto, doctoream dignitatem eiusque iura auctoritate apost. tribuit.
Bononiae, III Oct. 1549. P. an. XIV.

Brev. et rescr. 42.

32. A. P. R. M. *Licet debitum.* - Paulus III Societati Iesu concedit plurima privilegia ad Societatis regimen et ministeria: facultatem penes Praepositum circa missiones, circa absolutionem et dispensationem, usum altaris portatilis, exemptiones, indulgentias etc.
R. ap. S. M. XV kal. Nov. 1549. P. an. XV.

Nov. bull. 11. *Reg. bull. I.* 222 b.

IULII III.

Iulius III, de Monte S. Sabini, Ioannes Maria de Monte antea dictus, Episcopus Cardinalis Praenestinus, creatus VI id. Febr., coronatus VIII kal. Mart. 1550, obiit X kal. Apr. 1555.

Attributas collegio Parisiensi a Gul. de Prato Episcopo Claromontano aedes, donatumque anno 1551 ab Henrico Cardinali Lusitaniae Eboracensi collegio domicilium confirmavit. Panormitano collegio abbatiam S. Mariae a crypta, Carolo V postulante, attribuit. Claud. Iaium ad colloquium Augustanum, Iac. Laynium et Alf. Salmeronem theologos pontificios Tridentum misit. Anno 1553, collegia Societatis tria, confectis iam rite diplomatis, condi iussit, Hierosolymis unum, Constantinopoli alterum, tertium in insula Cypro: quae res effectu caruit. 1 Nov. 1554 Socios in aede Lauretana Poenitentiarios Apostolicos instituit. Ineunte Decembri P. Nunnium Patriarcham Aethiopiae, et Andream Oviedum ac Melchiorem Carnerium olim Patriarchae successores, hunc Nicaenum, illum Hierapolitanum Episcopos renuntiavit, coactos pro imperio delatas infulas admittere. Anno 1555 Iac. Laynium et Hieronymum Natalem theologos cum Ioanne Card. Morono legavit ad comitia Augustana.

Quam benigne cum S. Ignatio egerit narratum reperies in Commentario Oliv. Manarei de rebus S. I. pp. 121-123.

---

1. Aloysius Lipomani, Episc. Veronen. Apost. Sedis per totam Germaniam Nuntius, Claudio Iaio, Alfonso de Salmeron et Petro Canisio, presbyteris Congr. D. N. I. C. nuncupatae, in theol. magistris et nunc in universitate Ingolstadiensi sacras litteras profitentibus, tribuit, vigore litterarum Iul. III, 17 Febr. anni praesentis sibi concessarum, omnia sua privilegia super reconciliatione haereticorum, iuxta tenorem facultatum impressarum, quarum exemplum adiungit.

Salisburgi, XXI Apr. 1550. P. an. I.

Brev. et resc. 47.

2. A. P. R. M. *Exposcit debitum.* - Iulius III Societati Iesu concedit aliam Instituti confirmationem et declarationem indultorum.

R. ap. S. P. XII kal. Aug. 1550. P. an. I.

Nov. bull. 20. *Reg. bull. I.* 226 b.

3. Hieronymus de Sauli, Archiepisc. Ianuen., S. R. E. Cardin. Crescentii, Vice-Legatus Bononien., Mag. Nicolao Florentii Goudano Traiecten. dioec. in S. theol. Doctori in celeberrimo Lovaniensi gymnasio baccalaureatus gradum adepto, Lovanii, Bergis sacras litteras professo, per P. Hieron. de Mussarellis, Priorem conv. S. Dominici Bononien. Inquisitorem haer. prav. et S. P. Mag. necnon per PP. Vinc. Villam et Vinc. de Quinciano et Regin. de Mantua praesentato, in praesentia P. Paschasii Broet examinato, auctoritate apost. Doctoris et Magistri honores decernit; iura Doctorum Lovan. tribuit.
Bononiae XXIII Aug. 1550. P. an. I.

Brev. et rescr. 46.

4. A. P. R. M. *Circumspecta Sedis Apostolicae.* - Iulius III praeceptoriam domum S. Antonii de Benespera, Ord. S. Aug. Egitanien. dioec. vacantem, eique annexas eiusd. Ord. praeceptorias domos S. Antonii Ulixbonen., S. Antonii de Santarem et S. Ant. de Avelleiro, necnon S. Dominici de Besteiros Ulixbonen. ac Visen. ac Egitanien. dioec., quarum proventus 80 ducat. auri de camera valorem annuum non excedunt, unit, annectit et incorporat collegio S. I. universitatis studii generalis Conimbricen., per Ioann. Portugalliae et Algarbiorum regem erecto, cuius 120 scholaribus sustentandis non sufficiunt redditus, satis tenues, quum alios a rege postulari pudeat. - Archiep. Valervitan. et Episc. Colimbrien. et thesaurario eccl. Colimbrien. mandatur ut S. I. praedictis gaudere faciant.
R. ap. S. P. XIV kal. Ian. 1550. P. an. I.

Reg. bull. I. 47.

5. A. P. R. M. *Regimini universalis.* - Iulius III monasterium S. Ioannis de Longosvares (Longosvalles) Ord. S. Augustini Septen. dioec., ab Emmanuele Godino clerico, cui commendatum erat, in manibus S. Pontificis cessum, petente Ioanne Portugalliae et Algarbiorum rege, intuitu 100 scholarium Colimbricen. collegii et Indiarum et Africae missionum, dicto collegio unit, simulque unius S. Iacobi de Pias, et S. Salvatoris de Cambosos et S. Michaelis de Çago et Michaelis de

Mesegas (Messegães) parochialium ecclesiarum Bracharen. et Septen. dioec. necnon perpetui simplicis beneficii ecclesiastici in dicta eccl. de Çago fructus, redditus et proventus, ad 50 flor. taxatos, dummodo tempore datae praesentium eidem monasterio de abbate provisum non existat. Ep. Baluerrigien. et Ulixbonen. et Elboren. officialibus mandatur ut collegium praedictis gaudere faciant.

R. ap. S. P. IV id. Oct. 1551. P. an. II.

Reg. bull. I. 49.

6. A. F. R. M. *Copiosus in misericordia.* - Iulius III petente Othone tit. S. Sabinae Pr. Card. Augustano nunc. qui ecclesiae Augustanae provinciae Moguntinorum praeest, cum fere tota Germania per 30 annos haeresibus oppressa exstiterit, in opp. Dilingae d. dioec. sub invoc. S. Hieronymi universitatem studii gener. ad instar Bononiensis et Parisiensis instituit; Rectori, lectoribus earum privilegia concedit, Archiep. Augustano ius statuta condendi, potestatem super omnia membra, graduum collationem etc.

R. ap. S. P. VI Apr. 1552. P. an. III.

Bull. Rom.

7. *Ad uberes fructus.* - Iulius III eximit S. I. a gabellis pro 10 mensuris vini et pro aliis rebus ac bonis.

IV Iul. 1552.

Reg. bull. V. 240.

8. *De salute gregis Domini.* - Iulius III duos sacerdotes S. I. (Silvestr. Landinum et Emm. de Monte maggior, prout in copia adiuncta patentium 15 Nov. 1552 datarum a Protectoribus « delle compre di S. Georgio dell'eccelsa Republica di Genova ») mittit in insulam Corsicam ut in ea commorantes lutherana aut aliis nefariis haeresibus et erroribus aspersos et ad veritatis lumen redire et huiusmodi haeresibus obviare volentes, ad manus et S. E. gremium restituant, facult. tribuit visitandi ecclesias, monasteria etiam S. Clarae, et dispensandi, etc.

R. ap. S. P. V Aug. 1552. P. an. III.

Brev. et rescr. 44.

9. A. P. R. M. *Dum sollicita considerationis indagine.* - Iulius III ad militantis Ecclesiae exaltationem et Germaniae spirituale auxilium, in Urbe, loco per protectores designando, unum coll. Germanicum nuncupandum erigit in quo aliquot nationis Germ. iuvenes instituantur sub magistris per S. I. constituendis, qui litteras humaniores 3 linguarum lat. gr. et hebr. ac logicam, physicam et alias liberales disciplinas, et demum theologiam doceantur, et tales se exhibeant ut ipsi, postquam de beneficiis ecclesiast. provisi fuerint, tamquam intrepidi fidei athletae in suas regiones remitti possint. Rodolphum S. Mariae Transtiberim de Carpo, Ioannem S. Pancratii Compostellanum, Marcellum S. Crucis Cervinum. Ioann. S. Steph. in Coelio monte Moronum, Othon. S. Sabinae de Augusta, Iacobum S. Simeonis titulorum de Puteo nuncupatos S. R. E. Pr. Cardd. protectores constituit. Exemptionem, privilegia studii gen. Urbis tribuit.

R. ap. S. P. pr. kal. Sept. 1552. P. an. III.

Bull. Rom. - *Collegii germ. et hung. historia, Cordara, l. I.*

10. *Sacrae religionis.* - Iulius III Societati Iesu concedit confirmationem privilegiorum aliaque nova privilegia.

R. ap. S. P. XXII. Oct 1552. P. an. III.

Nov. bull. 26. *Reg. bull. I.* 229. b.

11. Ioannes a Toleto Compostellanus, S. R. E. Card. Episc. Albanen. R. D. Martino de Olave S. Th. doctori S. I. auctoritate apost. de consensu Cardinalium Inquisitorum mandat ut in Placentinam civitatem se conferat, ad quamdam familiam, de qua verbo egit, haeresi lutherana vel aliis forte infectam, in gremium S. M. E. recipiendam per abiurationem secretam, iuridicam tamen.

R. in domo solit. resid. XXI Mart. 1554. P. an. V.

Brev. et rescr. 49.

12. *Cupientes ecclesiae Viennensi.* - Iulius III Petrum Canisium Presb. ex Soc. Iesu, mag. in theol., cupiente Ferdi-

nando Romanorum et Ungariae rege in Imperatorem electo, praeficit ecclesiae Viennensi provinc. Saltzeburgen. ad praesens certo modo pastoris solatio destitutae, quoad iurisdictionem in temporalibus et spiritualibus administrandae; quae vero ordinis fuerint, per catholicum antistitem exerceri faciat.
R. ap. S. P. III Nov. 1554. P. an. V.

Boero, vita del B. P. Canisio, 467. *Brev. et rescr.* 43.

13. Sententia definitiva in causa inter reverendam Soc. Iesu seu R. P. D. Ign. Loyolam ex una et R. D. P. Marcum Ep. Tiburtin. et Barth. Facciarellum eius Vicarium ex altera partibus, qua Societas exempta, privilegia eius observanda et molestationes, vexationes etc. iniustae declarantur, perpetuumque silentium Episc. et Vicario imponitur.
1554.

Brev. et rescr. 52.

MARCELLI II.

Marcellus II, de oppido Montisfani, Marcellus Cervinus antea dictus, Presbyter Cardinalis tit. S. Crucis in Hierusalem, creatus V id. Apr. obiit III kal. Maii 1555.

Recens creatus Pontifex duos, quos apud se haberet, theologos postulavit a S. P. Ignatio; qui Iacobum Laynium et Martinum Olavium, eximia doctrina et modestia Cardinali gratissimum, assignavit. Sed sanctus Pontifex, a quo magna exspectabat Ecclesia et Societas, ante quam coronaretur, decubuit et e vivis sublatus est. (Cfr. Ol. Manar. Commentarius).

Nulla prostant acta eius pontificia.

PAULI IV.

Paulus IV, Archiepiscopus Theatinus Neapolitanus, Petrus Carafa antea dictus, Episcopus Cardinalis Ostiensis, creatus X kal., coronatus VII kal. iun. 1555, obiit XV kal. Sept. 1559.

Anno 1556 Iac. Laynii et Mart. Olavii opera ad Datariae res ordinandas usus est. Alf. Salmeronem anno 1555 cum Nuntio Apost. Al. Lipomano in Poloniam legavit, et anno 1556 cum Cardinali de Motula Scipione Rebiba in Belgium, anno autem 1557 ipsum ac P. Ribadeneiram cum Carolo Cardinali Carafa ad Philippum II de pace cum Henrico Gallorum rege ineunda. Ferdinando Romanorum regi anno 1557 dedit 12 Socios, Pragensis collegii instituendi causa, et 1558 B. Pet. Canisium et Nic. Gaudanum, publicum Wormaciae cum Melanchtone colloquium habituros. Anno 1558 Nuntio Apostolico Camillo Mentuato Satriani Episcopo ad Petricoviensem in Polonia conventum eunti Canisium et Theodor. Gerardium theologos adiunxit. Collegio Romano potestatem fecit discipulos suos philosophica et theologica laurea cohonestandi.

Quanti faceret S. Ignatii prudentiam charumque haberet successorem eius Laynium, cfr. Oliv. Manar. Commentarius pp. 124-126.

---

1. Rainutius tit. S. Angeli Pr. Card. Petro Lud. Beuter Valentin. civitatis seu dioec., religioso S. I., concedit ut in fidei commisso librarum 70 vel circa testamento paterno pro scholaribus pauperibus Valentin. dioec. relictarum, collegium scholarium pauperum sub invocatione dictae S. I., perinde ac si expresse et nominatim in dicto testamento vocati fuissent, succedat.

R. ap. S. P. ex off. Poenit. III kal. Dec. 1556. P. an. II.

Reg. bull. I. 87.

2. Rodulphus Pius, Episc. Tusculan. Card. de Carpo nuncupatus, almae domus Lauretanae nullius dioec. gubernator et protector, in domo B. Mariae oppidi de Laureto collegium 14 collegialium S. I. qui clericos et laicos et etiam peregrinos confluentes in via Domini dirigerent erexit; ecclesiae et domus huius redditus, tam ibi quam in civitate Racanatensi concessit ei, ut constat litteris die 1 Nov. Pont. Iulii III an. V, incarn. Dom. an. 1554 desuper confectis. Uberes fructus attendens, numerum 14 ad 40, inter quos sint 13 v. 14 sacerdotes, adauget.

R. in pal. solit. resid. XXX Nov. 1556. P. an. II.

Brev. et rescr. 54.

3. *Cum a nobis petitur.* - Paulus IV, petente Henrico SS. quatuor Coronatorum S. R. E. Pr. Cardinali, Infanti Portugalliae, collegium seu universitatem ab ipso in civitate Eborensi erectum et presbyteris seu Patribus Societatis de Iesu traditum, auctoritate apost. confirmat, et facultatem tribuit qua ibi omnes scientiae seu facultates, praeter medicinam et ius civile ac eam partem iuris canonici quae ad forum contentiosum pertinet, doceri et omnes gradus conferri possint ad instar Conimbricen. et aliarum universitatum d. regni: sicut in litter. apost. per officium S. Poenit. sub data 12 kal. Oct. P. an. IV plenius continetur; concedit assignari quaedam bona seu redditus annuos vel 500 ducatos crusatos, 30 modios grani anafil nuncupati etc.
R. ap. S. P. XVII kal. Maii 1559. P. an. IV.

Brev. et rescr. 56.

4. Rainutius S. Angeli Pr. Card. petente Blasio Sanchez clerico Toletan. dioec., confirmat unionem eccl. S. Margaritae Ariglonae in territorio Caltavulturi Cephaleden. dioec. quae de iure patronatus Don Petri de Luna ducis Bisbonae (Bibona) existit, cum collegio S. I. Bisbonae. Fructus valorem 20 scutorum non excedunt. Abbati monasterii S. Angeli Messanen. et cantori Panormitan. ac Vicario generali Episcopi Agrigentin. executionem committit.
R. ap. S. P. XXI Sept. P. an. IV.

Reg. bull. I. 112.

5. Rainutius, tit. S. Angeli Pr. Card. petente Henrico tit. SS. quatuor Coronatorum Pr. Card. Infanti Portugalliae, de speciali mandato S. Pontificis v. v. oraculo sibi facto, universitatem Eborensem erigit, bona assignata perpetuo applicat eamque Praep. Gen. S. I. committit. - Episc. Pisauren. et curiae causarum camerae apost. vice-gerenti mandat executionis curam.
R. ap. S. P. XII kal. Oct. P. an. IV.

Brev. et. rescr. 90.

6. Rainutius. tit. S. Angeli Pr. Card., petente Rectore coll. S. I. in eccl. S. Ioannini civit. Florentinae fundati, con-

firmat huius ecclesiae unionem cum dicto collegio. Fructus annuus, 30 ducati.

R. ap. S. P. ex off. Poenit. XI kal. Nov. 1559. Sede Apost. vacante.

Reg. bull. I. 112. b.

PII IV.

Pius IV, Mediolanensis, de familia Medicea, Ioannes Angelus antea vocatus, Cardinalis tit. S. Priscae, creatus VII kal. Ian. 1560, coronatus in festo Epiphaniae, obiit V id. Dec. 1565.

Qualis erga Societatem futurus esset minus initio apparebat, quod ante perexiguum cum ea habuerat usum; sed mox Laynium cunctumque ordinem in pretio et amore sibi esse probavit, eos a calumniis fortiter vindicans: eisque usque ad sanguinem se fauturum palam dictitabat.

Anno 1560 P. Dav. Wolfium cum potestate Nuntii Apost. ad Hiberniam in fide catholica confirmandam misit. - Anno 1561 collegium Poenitentiariorum Lauretana in aede confirmavit et ad 40 Socios auxit, Christoph. Roderičium anno 1663 Vulturarium in Samnio, Valdensium errores Lutheranis admiscentem, et an. 1565 in Calabriam ad haereses in oppidis Guardiae et S. Sixti exstirpandas misit. - Attributum Neapolitano collegio a Cardinali Alph. Caraffa templum SS. Ioannis et Pauli Apostolica auctoritate ratum habuit, et collegium ponendum curavit Olomucii in Moravia. - Anno 1564, Canisio auctore adnitentibusque Laynio et Possevino, bullam edidit ne quis publice doceret gradumve in academia acciperet, nisi praemissa ex praescripta formula fidei professione. - Laynii consiliis in Indice librorum prohibitorum recognoscendo usus est; eius hortatu duella propositis poenis interdixit, eumdem cum Ioanne Polanco, Hippolyto Estensi Cardinali in Gallia legato theologum adiunxit ad fidem in colloquio Possiaco tuendam. Unde eos ad Concilium Tridentinum profectos die 11 Maii 1562 Legatis commendavit per Card. Carol. Borromaeum; qui etiam die 4 Aug. 1563 ad Legatos scribens, superfluum esse aiebat causas exponere propter quas Pontifex amaret Societatem atque in omnes catholicas provincias illatam vellet; ea cum Galliis quorumdam invidia excluderetur, senatus autem rem ad Concilium reiecisset, pergratum sibi ac Pontifici fore, si ubi de regularibus ageretur, concilium de Societate favorabiliter et cum laude meminisset. Quod luculenter factum est *Sess.* 25, *cap.* 16, *de reformatione.*

---

1. A. P. R. M. *Coelestis Patris providentia.* - Pius IV, monasterium S. Petri de Pedroso, Ord. S. Benedicti, Portu-

gallen. dioec., quod Carolus SS. Viti et Modesti in macello martyrum D. Card. Carrafa, dein Michael de Sousa presbyter Ulisipponen. dioec. a Paulo IV in commendam acceperant, per huius resignationem modo vacans, petentibus Sebastiano Portugalliae et Algarbiorum rege et rectore coll. Conimbrien. S. I. a Ioanne illius praedecessore fundati, cum dicto collegio unit. Fructus 300 flor.; servetur portio congrua pro Priore, quatuor monachis et novitio, arbitrio Ordinarii Portugallen. - Epō Pisauren., Bracharen. et Conimbricen. officialibus executionem committit.

R. ap. S. P. XVII kal. Iul. 1560. P. an. I.

Reg. bull. I. 113. b.

2. A. P. R. M. *Ex iniuncto nobis.* - Pius IV, praestimonia aut perpetua in de Daganzo, in S. Benedicti de Yepes Toletan. dioec., in S. Ioannis Corduben. parochialibus ecclesiis beneficia, a Lud. de Calatayud clerico in S. Benedicti et S. Ioannis ecclesiis per Ioann. de Polanco presb. resignata cum collegio S. I. in Ocáña a d. Ludovico constructo, unit. Fructus annuus, 300 duc. Provis› quod d. beneficia non fraudentur debitis obsequiis.

R. ap. S. P. X. kal. Aug. 1560. P. an. I.

Reg. bull. I. 116. b.

3. A. P. R. M. *Ad apostolicae dignitatis* - Pius IV, beneficia in B. Maria de Arano, in S. Bartholomaei de ponte Hedra (Ponte Vedra) locorum Compostellan. dioec. parochiali ecclesia, ad Antonio de Corduba clerico per Andream de Cassa rubros (Casarrubios) procuratorem suum resignata, quae cum annexo S. Iacobi de Cangas, eiusd. dioec. 300 ducat. valorem annuum non excedunt, unit cum collegio S. I. in civitate Salmantin. nuper erecto. Proviso etc.

R. ap. S. P. X. kal. Aug. 1560. P. an. I.

Reg. bull. I. 118.

4. A. P. R. M. *Cum fructus uberes.* - Pius IV, ad preces Franc. Ben. Minati et Ioann. Herculis Mathei, etiam Mag. Ioannis Minati et Nicolai Io. Pauli de Rossi, laicorum oppidi

de monte Policiano nullius dioec., attendens ad testamentum quod Fr. Petri Pauli etiam de Rossi fecerat, rectorem et scholares seu presbyteros collegii dicti loci in locum tam infantium derelictorum seu expositorum quam pauperum Iesu Christi quoad haereditatem surrogat, et bona etc. quae deductis legatis ad valorem 500 ducat. ascendunt, eis assignat; qui infantes inibi pro tempore expositos alere teneantur.
R. ap. S. P. II Sept. 1560. P. an. I

Reg. bull. I. 13.

5. A. P. R. M. *Romani Pontificis providentia.* - Pius IV, beneficia in de Burgalance (Bujalance), Aldea del Rio, Mingasquete, Belmez, in S. Laurentii Corduben., S. Maria de Andujar, S. Maria de Cazalla, oppidorum seu locorum Corduben., Giennen. et Hispalen. dioec. parochialibus ecclesiis, ab Antonio de Corduba clerico resignata, unit cum collegio S. I. Corduben. Fructus annui, 650 duc. - Episc. Amerin. et Corduben. et Giennen. officialibus executionem committit.
R. ap. S. P. kal. Oct. 1560. P. an. I.

Reg. bull. I. 120.

6. *Pastoralis officii sollicitudo.* - Pius IV, copiam fidelium Dei servorum sibi praesto esse cupiens, et considerans Societatem Iesu, ipso, ex quo nomen sumpsit, auctore Iesu D. N. excitatam fuisse, Franciscum de Borgia S. I. in Hispania et Indiarum provinciis commissarium, in Urbem evocat.
R. ap. S. P. X Oct. 1560. P. an. I.

Hist. S. I. Sacchini, p. II. l. IV, n. 195. *Brev. et rescr.* 57.

7. *Memoria tenemus.* - Pius IV Philippo Hispaniarum regi cath. qui res Soc. I. sibi commendaverat, vicissim S. I. eximia cura a S. Sede tuendam, et nominatim Hier. Natalem S. Theol. Mag. istuc cum commissarii et visitatoris officio a Praep. Generali missum commendat.
R. ap. S. P. XV Nov. 1560. P. an. I.

Brev. et rescr. 59.

8. A. P. R. M. *Sacri apostolatus ministerio.* - Pius IV,

ad preces filiorum S. I. in civit. Segobiensi et Petri Arias de Arijla (Avila) laici Segobiensis, attendens ad testamentum quo Io. Arias Episc. Segobien. an. 1497 hospitale pro receptione pauperum erigendum statuerat, quod executioni mandatum non fuit, bona et iura ab eo relicta collegio S. I. fundando applicat.
R. ap. S. P. VI id. Ian. 1560. P. an. II.

(*Nota*. Societas recusavit propter scandali periculum)

Reg. bull. I. 14. b.

9. A. P. R. M. *Hodie a nobis emanarunt.* - Pius IV Episc. Amerinensi, Archipr. Segoviensi et Priori S. Antonini oppidi de Medina del Campo Salmantin. dioec. execut. mandat.
R. ap. S. P. VI id. Ian. 1560. P. an. II.

(*Nota*. Recusavit Societas.) *Reg. bull. I.* 16.

10. A. P. R. M. *Apostolicae Sedis circumspecta.* - Pius IV beneficium in parochiali eccl. S. Marci oppidi de Xerez Hispalen. dioec., a Mro. Ioanne de Sandoval clerico scriptore et familiari suo resignatum, unit cum collegio S. I. Hispalen. a paucis annis erecto. Fructus 90 duc.
R. ap. S. P. IV id. Ian. 1560. P. an. II.

Reg. bull. I. 122. b.

11. *Vitae ac morum.* - Pius IV Christophoro de Mendoça, incolae oppidi de Xerez, Hispalen. dioec. super beneficio in eccl. S. Marci eiusdem oppidi, quod nuper Mag. Ioann. de Sandoval clericus obtinebat, quodque collegio S. I. Hispalensi perpetuo unitum fuit, fructus, redditus, proventus et iura, 90 ducatos auri non excedentia, reservat.
R. ap. S. P. IV id. Ian. 1560. P. an. II.

Reg. bull. I. 37.

12. A. P. R. M. *Ex commisso nobis.* - Pius IV, cum collegio S. I. in oppido de Trigueros, Hispalen. dioec., unit praestimonia in de Fuentes de Valdepero, in de Fuente el sol, in de Frades, in de Spino de Arzillo, in de Andon Sillero, in de Quexigal oppidorum seu locorum Salmantinen. et Abulen. et Palentin. dioec. parochialibus ecclesiis, per liberam resigna-

tionem Franc. de la Palma, clerici Hispalen. dioec. vacantia. Fructus, 400 duc. Proviso etc.
R. ap. S. P. III kal. Febr. 1560. P. an. II.

Reg. bull. I. 146.

13. *Ad aures nostras.* - Pius IV Petro Canisio, referente Ottone Card. Augustan., gratulatur quod in reducendis haereticis adeo proficiat; si quid desideret quod conferre possit ad animarum salutem se libenti animo quidquid postulaverit, concessurum profitetur.
R. ap. S. P. V Mart. 1561. P. an. II.

Reiffenberg, hist. S. I. ad Rhenum inferiorem, mant. dipl. p. 43.

14. A. P. R. M. *Ad apostolicae dignitatis.* - Pius IV, petente Sebastiano Portugalliae et Algarbiorum rege, monasterium S. Mariae de Carquere, Ord. S. Augustini, Lamecen. dioec. ex nunc prout ex tunc cum primum per Antonii Noguiar Prioris cessum vel decessum vacaverit, collegio S. I. in civitate Conimbriensi unit. Fructus 450 duc. Divinus cultus et solitus canonicorum ac ministrorum numerus in d. monasterio non minuatur; cedente vel decedente d. Antonio, canonici sub loci Ordinarii obedientia degant.
R. ap. S. P. prid. kal. Apr. 1561. P. an. II.

Reg. bull. I. 123. b.

15. *Etsi ex debito.* - Pius IV Societati Iesu confirmat et de novo concedit facultatem circa aedificia, etiam intra 140 cannas aliorum Ordinum erigenda.
R. ap. S. P. XIII April. 1561. P. an. II.

Nov. bull. S. I. 29. *Reg. bull. I.* 231.

16. A. P. R. M. *Ad apostolicae dignitatis.* - Pius IV, parochialis eccl. S. Ioannis oppidi de Monte Maiore Novo Elboren. dioec. unionem cum scholastica d. ecclesiae dignitate, quam Ludov. de Mello, eiusque cessione seu aliis tunc expressis eventibus Alexander S. Laurentii in Damaso Diac. Card. de Farnesio obtinuit, dissolutam declarans, dictae par. ecclesiae fructus (500 duc.) a scholastia, quae unam praebendam dictae

eccl. Elborensis annexam habet cuique adhuc paulo minus 1000 duc. in redditibus annuis supererunt, transfert et unit collegio S. I. Elborensi. Cura animarum per unum de Societate vel alium presb. saecularem geratur.
R. ap. S. P. XVIII kal. Maii 1561. P. an. II.

Reg. bull. I. 125. b.

17. A. P. R. M. *Creditus nobis.* - Pius IV, petente Henrico tit. SS. quatuor Coronatorum Pr. Card. Infanti Portugalliae, collegio Elborensi S. I. applicat et appropriat, dismembratione a mensa Episcopali Elboren. prius facta, proprietates et possessiones, quarum insimul redditus 2000 duc. annuum valorem non excedunt: sc. praeter 500 cruciatos ex redditibus fabricae ecclesiae Elboren., 30 modios tritici *anafil* nuncupati, 10 modios ordei, 2 partes fructuum ecclesiae de Zezere, Portugallen. dioec. 300 cruciatos constituentes, iam antea unitos, unam Conselho de Monte Agraco territorii Ulisbonen., aliam de Amorera territorii de Monte Maiori Novo, aliam de Amorera nunc. territorii Montis Maioris, aliam de Episcopo quae est in Churuche cum certis partibus *os Lombos* de Episcopo nuncupatis, et aliam *dos Montes Claros* territorii Elborensis ac reliquam in territorio civitatis de Elbas, quam Alvarus Pegado illius conductor in ultima generatione obtinebat. - Archiep. Ulisbonen. et Sylven. ac Amerin. Episc. executionem committit.
R. ap. S. P. XVIII kal. Maii 1561. P. an. II.

Reg. bull. I. 127.

18. A. P. R. M. *Ex iniuncto nobis.* - Pius IV, certa beneficia in de Boveda, in de Cabañas per Ferdinandum Alvarez del Aquila, in de Naharros del Castillo, Abulen. dioec. parochialibus ecclesiis per Ioannem Ordoñez clericum resignata collegio S. I. prope et extra muros Abulenses unit. Fructus, 180 duc. Proviso etc.
R. ap. S. P. XII kal. Iun. 1561. P. an. II.

Reg. bull. I. 130. b.

19. A. P. R. M. *Ad apostolicae dignitatis.* - Pius IV, certa beneficia in de populata forsan nuncupata de la Frexneda Tho-

mae Vasquez presbyteri, in S. Nicolai de Requena, in de Frexneda de la Sierra, in de Budiz oppidorum seu locorum Conchen. et Seguntin. dioec. parochialibus ecclesiis, a Petro de Marquina canonico Conchen. per Ioannem Don Mondagron clericum procuratorem resignata, petente d. Petro, collegio S. I. Conchensi quod construere intendit, unit. Fructus, 300 duc.
R. ap. S. P. IV kal. Iun. 1561. P. an. II.

Reg. bull. I. 128. b.

20. *Sancto ac divina.* - Pius IV, Gabrieli Alexandriae Aegypti Cophtorum Patriarchae commendat Christophorum Rodriguez ex ordine S. I. vocato, S. Th. Mag., Sedis Apost. Nuntium eiusque socium Baptistam Romanum; hortatur ut opus quod inchoavit B. Petri Sedi obedientiam praestans, perficiat clero et populis post tam inveteratum schisma ad S. R. E. unitatem reducendis, utque apocrisarium apud Sedem Apost. mansurum mittat cum aliquot adolescentibus fidem et ritus S. R. E. percepturis.
R. ap. S. P. XIV Iun. 1561. P. an. II.

Brev. et rescr. 63.

21. *Dilecti filii nostri.* - Pius IV, hortantibus Hippolyto S. Mariae in Aquiro Diac. Card. de Ferrara vocato et Iac. Laynez S. I. Praep. Gen., Franciscum de Borgia S. I. professorem Romam, quamprimum valetudinis commodo poterit, se conferre cupit, opera eius uti in animo habens vel ad Concilium vel ad alias res.
R. ap. S. M. XX Iun. 1561. P. an. II.

Brev. et rescr. 58.

22. *Societatis Iesu meritorum.* - Pius IV Ferdinando Imperatori Romanorum electo Societatem Iesu commendat, de qua mandatum dedit Pontifex Zachariae Episc. Pharen. suo Nuntio.
R. ap. S. M. VIII Aug. 1561. P. an. II.

Brev. et rescr. 66.

23. *Nobis nuper pro parte.* - Pius IV Apost. Sedis pro tempore Nuntio in regno Neapolitano committit ut, ad pro-

sequendam ecclesiae S. I. in urbe Neapolitana aedificationem, summario curet capellaniam SS. Ioannis et Pauli, quae de iure patronatus laicorum nobilium existit, quam dil. fil. Matthaeus illius rector seu capellanus obtinet, ad alium bene visum locum transferri.

R. ap. S. P. XIV Aug. 1561. P. an. II.

Reg. bull. I. 18.

24. *Quia inspirante Domino*. - Pius IV Gabrieli Patriarchae Alexandrino nationis Cophtorum, quoniam Apost. Sedis in Ecclesia catholica principatum agnovit, nuntiat concilium, contra haereses aliquot abhinc annis in Aquilonis partibus excitatas et iam pridem damnatas necessarium, Tridenti nuper indictum esse, et hortatur ut unum pluresve sui loco et nomine mittat, sicut CPolitanus antistes destinato Galatiae Episc. facturus est. De qua re mandatum etiam datum est Christophoro Rodriguez, Nuntio ad Patriarcham destinato.

R. ap. S. M. XV Aug. 1561. P. an. II.

Brev. et rescr. 67.

25. *Exponi nobis nuper*. - Pius IV Societati Iesu confirmat et extendit privilegium conferendi gradus, necnon exemptionem a qualibet decimarum et impositionum solutione.

R. ap. S. P. XIX Aug. P. an. II.

Nov. bull. S. I. 33. *Reg. bull. I.* 35.

26. *Nobilitas generis*. - Pius IV Francisco Borgia, presb. S. I. professori, exponenti quod per Paulum III, bona Ioannis de Borgia, ex Alex. VI et muliere soluta Romae geniti et in civitate Ianuensi mortui, non pauperibus distributa sec. leges pro damnato coitu latas, sed secundo genito sui, tunc ducis Gandiae, filio concessa fuerant ea clausula quod sepulcrum in eccl. B. M. Maioris de Urbe pro Alex. VI et Henrico Cardinali, huius fratre germano extrueret, quemadmodum in brevi Pauli III 23 Ian. P. an. IV continebatur - et quod dein Iulius III. v. v. oraculo concessit ut extrueretur sepulcrum in futura ecclesia S. I. in Urbe, - hanc concessionem confirmat et ad priorem minime teneri decernit. - Episc. Muran.

curiae causarum cam. apost. gen. auditori executionem demandat.

R. ap. S. P. XXVIII Sept. 1561. P. an. II.

Reg. bull. I. 54. b.

27. A. F. R. M. *Iniuncti nobis.* - Pius IV, post resignationem Ant. de Corduba vacantia praestimonia, beneficia, etc. in de Bujalance, in de Aldea Rio, in de Balmez, in de Mingasquete, in S. Laurentii Corduben., in S. Mariae de Indutar (Andujar) oppidorum seu locorum Corduben. et Giennen. resp. dioecesium parochialibus ecclesiis, item in parochiali ecclesia S. Mariae de Caçalla de la Sierra Ispalen. dioec., collegio S. I. Corduben. univit; cum autem de praestimonio in eccl. Caçalla, antea in ordinarii collatoris manibus extra Romanam curiam resignato, Petro Ferdinandez de Valençuela clerico Corduben. ordinaria auctoritate provisum fuisset, S. Pontifex accepta huiusce resignatione, praedictas litteras quoad praestimonium Caçalla, cuius fructus 60 ducatos auri non excedunt, validas declarat (cfr. sup. 5).

R. ap. S. P. prid. non. Oct. 1561. P. an. II.

Reg. bull. I. 29.

28. *Officii quod sustinemus.* - Pius IV Antonio S. R. E. Pr. Cardinali de Granvella nuncupato commendat Soc. Iesu, ut ubique crescat optat; et in nobilissima Flandriae provincia et aliis finitimis dominiis Regis catholici, ubi in discrimine versatur religio et haereticorum sectae augentur, plurimum eam prodesse posse intelligens, hortatur, mandaturus vehementius, ut eius defensionem apud Lovanienses suscipiat.

R. ap. S. P. XVIII Nov. 1561. P. an. II.

Brev. et rescr. 61.

29. *Et officio nostro.* - Pius IV Philippo Hispaniarum regi cath. commendat Societatem Iesu, quam « perspicuum est excitatam a Domino fuisse » et nominatim collegium in Urbe, « quod tamquam seminarium quoddam est aliorum, in quo Apost. Sedes instituit delectos, idoneos ministros; qui nullum unquam laborem recusant ». De hoc collegio ad regem man-

data dedit Alexandro Episc. Cariatensi Nuntio suo, ex quo necessitatem collegii cognoscet.
R. ap. S. P. XXIV Nov. 1561. P. an. II.

Hist. S. I. P. II. l. V. n. 158. *Brev. et rescr.* 60.

30. *Presbyterorum ordinem S. I.* - Pius IV Hieronymo Priulo, duci Venetiarum, commendat S. I.; cuius fructus in coll. Romano, in missionibus effert, cupitque ut collegium in ista quoque inclita civitate promoveat.
R. ap. S. P. XVIII Dec. 1561.P. an. II.

Brev. et rescr. 62.

31. *Ad summi apostolatus.* - Pius IV in favorem S. Iesu emanatas concessiones libenter confirmat. - Pauli III et Iulii III litteras compendiose exhibet, quarum declarationem et confirmationen, petente Iacobo Laynez, Pr. Gen. concedit ut Praep. Generalis quocumque locorum mittat, intra cannas aedificet, ut fideles in ecclesiis S. I. indulgentiam in forma iubilaei lucrentur, ut interdicti tempore in iis celebretur, ut Socii benedictiones varias peragant; ut in collegiis theologiam et liberales artes profiteantur, scholares promoveant; ut in terris infidelium commorentur, sacramenta ministrent, sepeliant, a decimis etc. eximantur; communicent cum aliis Religiosis; alienent in evidentem utilitatem; instrumentum desuper in congr. gener. confectum sub die 30 Augusti 1558 confirmat. Rectores etiam corporalia etc. benedicant, primum lapidem collegiorum ponant; ad sacerdotium anno 22. aetatis ordinari nostri possint extra tempora; ad alias religiones sine Gen. consensu transire nequeant. Praep. Gen. possit communicare gratias; confessarii nostros etiam a casibus bullae Coenae absolvere possint; horas canonicas iuxta suum commodum recitent et missale corrigant; externi etiam sacerdotes in nostris domibus celebrare in altari portatili valeant; confessarii dispensare, relaxare iuramenta possint. Facultates ad tempus concessae, a tempore quo ad notitiam venerint, computentur. Sacristae res sacras licite attingant; Generalis concedat temporibus prohibitis vesci lacticiniis. Scholares post biennium recedentes ad expensas studiorum

teneantur; omnia ministeria gratis exerceantur. Clausulas addit.
R. ap. S. P. 1561. an. III.

(*Nota.* Inter privilegia impressa evulgatum non est.)

Reg. bull. I. 38. b.

32. Rainutius, S. Angeli Pr. Card., collegio S. I. a Gutterio de Caravajal Epō Placentin. in d. civitate fundato, parochiales ecclesias quasi desertas S. Annae et S. Vincentii intra, et S. Iacobi extra et prope muros d. civitatis consistentes, cum fructibus incorporat, cum onere quotidianae missae etc. et cura animarum. - Decano et Archidiac. Placentin. et Vicario generali Episc. executionem committit.
R. ap. S. P. sub sig. off. Poen. VI kal. Febr. P. an. III.

Reg. bull. I. 131. b.

33. A. P. R. M. *Ad apostolicae dignitatis.* - Pius IV cum collegio in ecclesia S. Antonii Foroliviensi a Petro Ioanne Epō erecto unit eccl. parochiales S. Laurentii in Filleto et B. M. de Sullo invicem unitas, a Franc. de Bassanis, ac B. M. in Graecia, a Bernardino Calvi eius rectore, et perpetuam cappellaniam ad altare S. Andreae in eccl. Foroliviensi a Paulo de Cortesonibus resignatas . Fructus, 150 duc. Duabus vicariis perpetuis 45 ducatos annuos assignat.
R. ap. S. P. pr. id. Mart. 1561. P. an. III.

Reg. bull. I. 133. *II.* 130. b.

34. A. P. R. M. *Ad apost. dignitatis.* - Pius IV cum collegio S. I. Turritano unit canonicatum et loci de Toralba nuncpraebendam ecclesiae desertae Sorren. cuius commendam resignavit Salvator Alapusius Archiepisc. Turritan. Fructus, 100 duc.; d. ecclesiae per vicarium amovibilem deserviri potest.
R. ap. S. P. XV kal. Maii 1562. P. an. III.

Reg. bull. I. 134. b.

35. *Cum superiore anno.* - Pius IV Mariae reginae Scotiae commendat Everardum Mercurianum, S. Th. Mag., S. I. in Flandria Praep. Provincialem, qui loco Nic. G oudani su-

periore anno ad eam cum litteris et mandatis destinati, sed morbo impliciti, istuc mittitur: cuius laudes.
R. ap S. P. III. Iun. P. an. III.

(*Nota*. Non fuerunt usui hae litterae; iam enim iverat ipse Gaudanus).

Brev. et rescr. 68.

36. *Constitueramus superiore anno.* - Pius IV Everardo Mercuriano S. Th. Magistro, S. I. in Flandria Praep. Provinciali mandat ut cum iisdem facultatibus et litteris quas Gaudano dederat, ad serenis. reginam Scotiae se conferat.
R. ap. S. P. IV Iun. 1562. P. an. III.

Brev. et rescr. 69.

37. A. P. R. M. *Ad apost. dignitatis.* - Pius IV collegio S. I. Caesaraugustano unit parochialem eccl. loci de Portalrubio, Caesaraugustan. dioec., prius a Ludovico de Santangel rectore d. ecclesiae, dein a Ioanne de Scartin clerico Oscen., cui kal. Dec. huius P. ann. II concessa fuerat, resignatam, ac parochialem eccl. loci de Monreal eiusdem dioec. per similem resignationem dicti Ludovici, eius rectoris vacantem. Fructus, 400 duc. Cura animarum per duos vicarios ad nutum amovibiles administrari potest.
R. ap. S. P. V kal. Iul. 1562. P. an. III.

Reg. bull. I. 136. b.

38. *Intelligimus in istis.* - Pius IV Gasparem Archiep. Goanum hortatur et, si opus sit, monet et praecipit ut Soc. Iesu tueatur eiusque privilegia servet, ut ne qua de ipso querela, quae non molesta esse non posset, ad se perveniat.
R. ap. S. P. I Dec. 1562. P. an. III.

Brev. et rescr. 70.

39. A. P. R. M. *Ad apostol. dignitatis.* - Pius IV collegio S. Pauli S. I. Bracharensi unit parochialem eccl. S. Mariae de Ferreiros Bracharen. dioec., per obitum Petri de Sousa d. ecclesiae cantoris vacantem, et a canteria, Martino Lopez collata, dissolutam ab Henrico tit. 4 Coronatorum Pr. Card., Infante Portugalliae, qui simul unam perpetuam vicariam cum

iuribus, pede altare nuncupatis erexit et oblationes ac quintam partem fructuum parochialis eccl. ei assignavit, ab onere visitationum et fabricae d. ecclesiae liberam. Fructus 90 duc. Proviso quod.

R. ap. S. P. III id. Dec. 1562 P. an. III.

Reg. bull. I. 138.

40. A. F. R. M. *Unigeniti aeterni Patris.* - Pius IV, cupiens ut S. Pauli in Goen. et alterius in Malacan. civitatibus et aliorum collegiorum S. I. tam in eadem Orientali et etiam Brasilica India quam interiori Lybia et Aethiopia et Giapponum ac Sinarum regnis institutorum et instituendorum ecclesiae ac sacella congruis frequententur honoribus, indulgentiam plenariam concedit iis qui aliquem ex infidelitate reduxerint et iis qui certis diebus ecclesias S. I. visitaverint.

R. ap. S. P. II Feb. 1563. P. an. IV.

Litterae Apostolicae 1606, p. 3. *Brev. et resc.* 71. - *Reg. bull. I.* 65.

41. *Quotidie ad aures nostras.* - Pius IV praesidi et senatui Mediolanensi commendat ut Cardinali Carolo S. Martini in montibus, suo sec. carnem ex sorore nepoti, collegium Societati Iesu instituere volenti auxilium praestent, interea sacerdotes aliquot eiusdem Societatis, in cathedrali ecclesia praedicaturos, studio complectantur.

R. ap. S. P. IV Maii 1563. P. an. IV.

Brev. et rescr. 72.

42. *Cum collegia Societatis Iesu.* - Pius IV duci Suessae, gubernatori Mediolanensi idem commendat.

R. ap. S. P. IV Maii 1563. P. an. IV.

Brev. et rescr. 72. b.

43. *Collegium Societatis Iesu.* - Pius IV duci et gubernatoribus reipubl. Genuen. mandat ut collegium S. I. aliquanto propensius foveant.

R. ap. S. P. IV Maii 1563. P. ann. IV.

Brev. et rescr. 73.

44. *Exuberant et indefessus.* - Pius IV, confirmans v. v. oracula, facultatem dispensandi ad matrimonium infidelium in omnibus gradibus a iure divino non prohibitis concedit et extendit ad forum exterius, in illis partibus ubi nullus omnino reperitur Episc., prout sunt Sinarum, Iapone, Inguambane, Giafanapaton, imperii Manomotapae, Angolaeque regionis et aliae Lybiae, Aethyopiae interioris et utriusque Indiae provinciae; in foro consc. perpetuo, in foro iudiciali, ubi Ordinarius abest, ad 20 annos; item facultatem Eucharistiae fragmenta post peractum sacrificium sumendi.
R. ap. S. P. XV Iun. 1563. P. an. IV.

Litt. Apost. 8.

45. A. F. R. M. *Romani Pontificis.*. - Pius IV Ioanni B. de Madrid, nuper rectori parochialis eccl. de Navalcarnero Toletan. dioec. asserenti se post aliquot abhinc annos Societatem Iesu ingredi cogitare, reservat 350 ducat. pensionis super fructibus d. parochialis eccl. collegio S. I. in d. oppido exstruendo assignatis, et post eius vitam seu professionem, per 30 annos, collegio per Generalem Praepositum deputando.
R. ap. S. M. non. Iul. 1563. P. an. IV.

Reg. bull. I. 27. b.

46. A. P. R. M. *Ad apost. dignitatis.* - Pius IV collegio S. I. in loco de Navalcarnero, dioec. Tolet. erigendo, quod sit membrum collegii in universitate studii generalis de Alcala, unit, annectit et incorporat ecclesiam parochialem eiusdem loci, quae per liberam resignationem Io. B. de Madrid, eius ecclesiae rectoris in manibus Pontificis factam, vacat. Huius ecclesiae proventus 700 ducatos auri de camera non excedunt: 3 ad minus S. I. sacerdotes aliique religiosi sive coadiutores spirituales sive temporales, quorum unus grammatica doceat, illic esse debebunt.
R. ap. S. M. non. Iul. 1563. P. an. IV.

Reg. bull. I. 11. b. - 141.

47. A. P. R. M. *Ad apost. dignitatis.* - Pius IV unum pontificale praestimonium seu unam portionem praestimonialem

in de Guadalop per Bernardini de Castro, aliud in B. Mariae de Carascal per Didaci Carillo, aliud in de Matamala, aliud in de Adrada, aliud in S. Dominici de Pedraça, aliud in de Caravillas del monte del Pyron, et aliquod seu aliquas aut simplicia servitoria beneficia in del Pia locorum Hispalen. Toletan. et Segobien. resp. dioecesium parochialibus ecclesiis - post resignationem per procuratorem presb. Ioann. Bapt. de Ribera libere factam - collegio S. I. oppidi de Alcala de Henares Toletan. dioec. unit et incorporat. Fructus, 400 ducat.

R. ap. S. M. XVI kal. Aug. 1563 P. an. IV.

Reg. bull. I. 22.

48. A. P. R. M. *Divina disponente clementia.* - Pius IV annuens petitioni Andreae Lipomani clerici, ac praepositi et collegialium collegii S. I. Venetiarum, exposito quod tegetem seu domum cum terreno vacuo illi contiguo ad hospitale seu prioratum SS. Trinitatis Venetiarum Ordinis B. M. Teutonicorum, quae Andreas in commendam obtinebat (valoris 40 ducatorum), Paulus III dismembraverat et hospitali pauperum pietatis Venetiarum sub annuo canone 2 cereorum et librae thuris et sub conditione aedificandi intra quadriennium hospitium pro puellis et infantibus expositis concesserat, et hospitium ac parva ecclesia B. Mariae de Humilitate constructa fuerat - praeterea quod praeceptoriae B. M. Magdalenae Paduan. d. Ordinis, similiter Andreae in commendam concessae, fructus Societati Iesu ab eodem Pontifice pro collegio tum Paduae tum Venetiis exstruendo an. 1546 assignati fuerant, - et quod deinde an. 1547, Andreas, prioratus commenda Petro Lippomano clerico relicta, sibi proventus eius reservaverat, et lite postmodum inter gubernatores hospitalis pietatis et Andream exorta, transactionem fecerat et terrenum cum aedificiis recuperaverat et Societati Iesu concesserat, absque S. Sedis auctoritate - iuris et facti defectus supplet et potiori pro cautela terrenum cum aedificiis, sub onere praedicto, Societati applicat.

R. ap. S. M. XV kal. Sept. 1563 P. an. IV.

Reg. bull. I. 24. b.

49. *Exhibita nobis nuper.* - Pius IV, presbyteros S. I. Panormitan., petentibus Abbatissa et monialibus monasterii S. Ioannis de Ariglono ord. S. Benedicti Panormitan., ne regularis observantia in discrimen veniat, opus salutare incoeptum continuare et, monasterio sub iurisdictione et correctione Ordinarii remanente, monialium curam spiritualem habere iubet.

R. ap. S. P. XXVII Sept. 1563 P. an. IV.

Brev. et rescr. 75.

50. *Ex parte vestra.* - Pius IV rectori et collegialibus coll. S. I. in oppido de Murcia, Cartaginen. dioec., concedit ut tapeta seu pannos, lana et serico contextos, vulgo *tapisseria* nuncupata, a Petro Epō Cartaginen. huic collegio seu ecclesiae ab ipso erecto, ea conditione legata ut nunquam vendi possent, quum multo tempore sine eorum iniuria subsistere non possint, in evidentem collegii utilitatem et illius scholarium sustentationem, vendere, eorumque ad millium et forte plurium ducatorum valore, redditus bonaque emere possint.

R. ap. S. P. IV. non. Oct. P. an. IV.

Reg. bull. I. 85. b.

51. A. P. R. M. *Superni dispositioni consilii.* - Pius IV, petente Bartholomaeo Epō Bracharen. cum collegio S. Pauli Bracharensi S. I. a Didaco de Jocosa Archiepō inchoato et ab Henrico tit. SS. quatuor Coronatorum Pr. Card. Infante Portugalliae absoluto, cui Balthasar Archiepisc. eccl. parochialem cameram Archiepiscopalem nuncupatam SS. Salvatoris de Majedo districtus oppidi de Valenza Bracharen. dioec., a mensa praedicta separatam, applicare cogitaverat, unit ecclesiam, cum erectione duarum vicariarum perpetuarum et assignatione 10 mill. regalium. Fructus 590 duc.

R. ap. S. P. non. Oct. 1563. P. an. IV.

Reg. bull. I. 143.

52. A. P. R. M. *Cum attentae considerationis.* - Pius IV, praestimonia in de Tarancon et alterum in S. Martini Ocáña et beneficia simplicia in B. Mariae de Lara civitatis nunc. de

Huete oppidorum Conchen. et Toletan. resp. dioecesium parochial. ecclesiis, post resignationem Lud. de Calataiud, clerici nuper in S. Martini et B. Mariae ecclesiis perpetui beneficiati, vacantia collegio S. I. oppidi de Ocaña, a Ludovico exstructo unit et incorporat. Valor 250 duc.
R. ap. S. P. VI kal. Nov. 1563. P. an. IV.

Reg. bull. I. 20 b.

53. Michael Ghisilerius tit. S. Sabinae Pr. Card. Alexandrinus nuncupatus. S. R. et universalis Inquisitionis summus Inquisitor, Iacobo Lainez, et de eius licentia Alf. Salmeron et Hier. Natale, atque iis etiam eiusdem Soc. Romae tantum commorantibus quos iudicabit eligendos, legendi libros prohibitos et cudendi atque edendi quorumcumque libros, scholia etc. facultatem tribuit.
R. in solit. res. ap. Vatic. XIII Nov. 1563

Reg. bull. I, 38.

54. A. P. R. M. *Ad apostolicae dignitatis.* - Pius IV collegio S. I. Segobiensi unit praestimonia in de Vegançones, in de Permij de Palacios Segobien. dioec., in S. Crucis extra muros Abulen., in de Horcajada, in de Semiguel, y el valle Abulen., in S. Michaelis de Caldillas Civitan. dioc., in de Fuentenebro Oxomen. dioec, et servitorium in S. Thomae prope et extra muros Segobien. parochialibus ecclesiis, per liberam resignationem Barthol. del Hierro Nampra canonici Segobien. nuper in d. eccl. S. Thomae perpetui beneficiati vacantia. Fructus, 240 duc. Servitorio per aliquem ad nutum rectoris amovibilem deserviatur.
R. ap. S. P. XI kal. Feb. 1563 P. an. V.

Reg. bull. I. 139. b.

55. A. P. R. M. *Dum exquisita considerationis.* - Pius IV cupiens in Hibernia, ubi 50 cathedrales ecclesiae sunt et hactenus nulla studii generalis universitas, unus alterve solum Doctor, praeterea monasteria et beneficia pleraque ab Eccl. cath. adversariis suppressa fuere, universitates et collegia erigi, quod status utriusque viris in comitiis Dubliniae tempore b. m.

Reginaldi S. R. E. Card. et novissimae Angliae reginae visum fuerat, Richardo Crenoch (Crevoch seu Creagh) Archiepō Armacano totius Hiberniae Primati et Davidi Wolf Pr. S. I. concedit applicari ex quibuscumque beneficiis fructus ut universitates ad instar Parisiensis et Lovaniensis et collegia erigant. Maionen. et Kildaren. Episc. exec. committit.
R. ap. S. P. pr. kal. Apr. 1564. P. an. V.

Spicilegium Ossoriense, p. 31.

56. A. P. R. M. *Ex commisso Nobis.* - Pius IV, collegio S. Spiritus, S. I. Elborensi super mensa Archiepiscopali Elborensi ad quam sedem Ioannes nuper Siluensis Episc. translatus est reservat pensionem 200 ducatorum, donec possessiones, proprietates ab illa alias dismembratas et collegio applicatas eamdem summam constituentes apprehenderit, sc. redditus parochialis ecclesiae S. Ioannis loci de Monte maiori o novo, alterius de Moreira, alterius de campo quod est in Coruche cum certis partibus de Os lombos do Bispo nuncupatis et alterius dos Montes claros nuncupatae - Epō Amerin. et Ulixibonen. et Siluen. officialibus committit executionem.
R. ap. S. M. XI kal. Iul. 1564 P. an. V.

Reg. bull. I. 148.

57. A. P. R. M. *Ad apost. dignitatis.* - Pius IV, fructus prioratus monasterii S. Georgii O. S. Aug. canonicorum regularium Colimbrien. dioec., quod de iure patronatus Sebastiani Portug. et Algarb. regis existit, quem prioratum Henricus tit. 4 Coronatorum Pr. Card. Infans Portugalliae in commenda habet, unit cum collegio Spiritus Sancti S. I. Elborensi a d. Henrico erecto. Fructus 800 duc.
R. ap. S. M. VI non. Iul. 1564. P. an. V.

Reg. bull. I. 151. b.

58. Michael Ghislerius, tit. S. Sabinae Pr. Card. Alexandrinus, S. R. E. supremus Inquisitor testatur v. v. oraculum quo Pius IV Pr. Generali concessit ut Provincialibus, Rectoribusque in regnis et provinciis Germaniae commorantibus ab omnibus, praeterquam ab excommunicatione ab homine lata quando

persona est specialiter et nominatim excommunicata, absolvendi in foro conscientiae facultatem communicare possit.
R. in domo solit. resid. XXIII Iul. 1564. P. an. V.

Reg. bull. I. 73.

59. *Cum pro commisso.* - Pius IV, Maximiliano imperatori Rom. electo, collegia S. I. et nominatim Viennense, quae parens eius tueri solitus fuit, ut non minus tueatur commendat; mandavit Zachariae Epō Pharen. Nuntio suo ut ea, adhibito etiam Vintimilien. Epō, quam diligentissime commendaret.
R. ap. S. M. ult. Sept. 1564 P. an. V.

Brev. et rescr. 79.

60. *Ad nos et hanc S. Sedem.* - Pius IV decano et capitulo eccl. Augustanae memorat fructus quos ex Petri Canisii et aliorum S. I. professorum opera, Augustana civitas percepit; malevolorum seminibus animos eorum ab eadem Societate alienari dolet eosque hortatur, ut dissidii metu Card. Augustani voluntati in ea re obsequantur.
R. ap. S. M. ult. Sept. 1564 P. an. V.

Brev. et rescr. 79.

61. Scipio Rebiba (Reviva?) tit. S. Potentianae Pr. Card. de Pisis nuncupatus et ecclesiae Troianae in spir. et temp. perpetuus administrator, Christophorum Rodriguez, S. I. professum, ut una cum Prospero Rebiba, Epō Trojano suo nepote in causis fidei procedere valeat, Vicarium et Commissarium generalem (citra vicarii generalis nunc et pro tempore existentis revocationem) constituit.
R. in aedibus solit. resid. XXVIII Oct. 1564. P. Pii IV an. V.

Brev. et rescr. 91.

62. *Ad summi apostolatus* - Pius IV collegio B. Mariae, S. I. Valentin. perpetuo reservat annuam pensionem centum duc., ab omni decima, quarta, medietate etc. et onere liberam; quam pensionem Hieronymus Domenech, canonicus Valentin., cum canonicatum et praebendam ecclesiae Valentin. Fran-

cisco Ioanni Rocca ipsius eccl. canonico contulisset, sibi reservaverat, una cum aliis centum duc. super praepositurae mensis Iunii in d. eccl. et super de Teulada et de Traiguera locorum Valentin. et Dertusen. dioeces. parochial. eccl. fructibus.
R. ap. S. P. X kal. Dec. 1564 P. an. V.

Reg. bull. I. 153. b.

63. *Posteaquam renuntiatum nobis.* - Pius IV Othoni Epō Albanen. Card. Augustano appellato exponit de libellis contra Soc. I. fuisse institutum a nonnullis Cardinalibus examen, seque ad imperatorem Rom. electum et ad ducem Bavariae de illis scripsisse. Etsi sciat quantopere Soc. semper dilexerit, monet ut odium et infamiam quam ipsa a labiis iniquis et a lingua dolosa patitur reprimere studeat (1).
R. ap. S. P. XXVIII Dec. 1564. P. an. V.

Brev. et. rescr. 81. - *Reg. bull. I.* 77. b.

64. *Ad aures nostras.* - Pius IV Maximilianum Ungariae ac Bohemiae regem, electum Romanorum Imperatorem certiorem facit libellos quosdam contra ordinem S. I. et contra quosdam de collegio Urbis, non per Italiam solum sed per Germaniam etiam divulgatos, a nonnullis Cardinalibus examinatos et falsis criminibus ad conflandum Societati odium et infamiam plenos judicatos fuisse. Hortatur ut omnia collegia S. I. in Germania et aliis provinciis tueatur.
R. ap. S. P. XXIX Dec. 1564 P. an. V.

Hist. S. I. P. II, l. VIII, n. 35. *Brev. et rescr.* 76 - *Reg bull. I.* 77

65. *Audivimus missos.* - Pius IV, dilecto filio, nobili viro, Alberto duci Bavariae, exponit eadem et hortatur ut eo quo consuevit studio S. I. strenuos Dominicae vineae cultores prosequatur.
R. ap. S. P. XXX. Dec. 1564. P. an. V.

Brev. et rescr. 78. - *Reg. bull. I*, 76. b.

---

(1) *Nota.* Libellus, in 12 apud Sebald. Mayer excusus an. MDLXV, *Societatis Jesu defensio adversus obtrectatores ex testimoniis et litteris Pii IV Pont. Max.* cum praef. Othonis Truchses, Dilingae an. Dni. MDCLXV, IX Februarii, continet quatuor brevia indicata sub. n. n. 63-66.

66. *Non sine magna.* - Pius IV, Danieli Archiepō Moguntin. S. R. I. electori, exponit eadem, et hortatur ut collegium S. I. in metropolica civitate tueatur.
R. ap. S. P. XXX Dec. 1564. P. an. V.

Hist. S. I. p. II. l. VIII n. 35. *Brev. et rescr.* 77. - *Reg. bull. I.* 76.

67. Pius IV, *simili exemplo* Archiepō Treveren.
R. ap. S. P. XXX Dec. 1564. P. an. V.

Societatis Iesu defensio p. 7.

68. Pius IV, *simili exemplo* Friderico a Weda, Archiepō Colonien.
R. ap. S. P. XXX Dec. 1564. P. an. V.

Reiffenberg, 24.

69. A. P. R. M. *Ad apost. dignitatis.* - Pius IV, collegio S. I. in loco de Trigueros unit praestimonia in S. Iacobi, in S. Laurentii de Nieblas et servitorium in de Trigueros locorum Hispalen. dioec. parochialibus eccl., resignata a Jeronimo de (Leon ?) perpetuo beneficiato in eccl. de Trigueros per Ioannem de Victoria clericum procuratorem suum. Fructus 150 duc. Melchiori de Matamoros, canon. Hispalensi, ad eius vitam reservantur.
R. ap. S. P. VII kal. Feb. 1565 P. an. VI.

(*Nota*. Capta possessio 26 Ian. 1586).

Reg. bull. I. 150.

70. Raynutius, Episc. Sabinen. Epō Avenionen. vel eius in spiritualibus vicario generali exponit, post testamentum a Magdalena Lartessute nobili viro Bernardo Darnoy baroni loci sancti Blanchardi, pro tertia parte haeredi commissum, et post exortam controversiam inter Bernardum et Claud. Philippum Grilleti ac Aegidium Britonum, cives Avenionenses cohaeredes, devenisse ad Ioachimum de Rolandis executionem voluntatis Magdalenae; eumque cupere ut pensio annua 160 scutorum auri sol. in erectionem collegii S. I. applicetur, ac de ea re S. Sedem consuluisse. Epō committit auctoritate apost. quate-

nus si est ita, dictam pensionem collegio applicet, et tamen 4 scuta a ari Priori fratrum Praedicatorum Avenionen. in quorum ecclesia inhumata est Magdalena, pro 4 anniversariis celebrandis erogentur.
R. ap. S. P. IX kal. Mart. P. an. VI.

Reg. bull. I. 95.

71. A. P. R. M. *Cum sicut accepimus.* - Pius IV in loco pro fabrica presbyterorum S. I. in civitate sua Perusiae designato, situm dirutum et ad cameram apost. pertinentem donat cum facultate realem possessionem propria auctoritate apprehendi et in ea fabricam continuandi, et Gubernatori civitatis iisque ad quos spectat ut eis faveant mandat.
R. ap. S. P. XXIV Feb. P. an. VI.

Reg. bull. I. 80. b.

72. Raynutius Episc. Sabinen., mortuo Petro Fernandez Castellae comite stabile executore postremo testamenti, don Inico seu Ignatio Fernandez de Velasco Castellae comiti stabili confirmat dispositionem in favorem collegii Burgensis S. I. fere aedificati vi dotationis 15 vel 16 mill. ducat. anno 1535 a Card. Ignatio de Mendoça Epō Burgen. pro uno hospitali vel collegio factae.
R. ap. S. P. VI non. Mart. P. an. VI.

Reg. bull. I. 94.

73. A. P. R. M. *Ad apost. dignitatis.* - Pius IV cum collegio S. I. civitatis Hispalensis unit simplex beneficium in par. ecclesia loci de la Pedrosa d. dioec. per resignat. Petri de Monroy, manibus Ioannis Polanci presbyteri procuratoris sui factam, vacans. Fr. 140 duc.
R. ap. S. P. XVII kal. Apr. 1564 P. an. VI.

Reg. bull. I. 149.

74. *Cum itaque sicut.* - Pius IV Vice-legato civit. Avenionen. committit ut, secundum petitionem Ioach. de Rolandis civis Avenionen. remanentis post mortem Claudii Philippi Grilleti et Aegidi Britoni executoris testamentarii Magdal. Lartes-

sute et huiusce haeredis Bernardi Darmoy, baron. loci Sancti Blancardi, summa 160 scut. auri constructioni collegii S. I. in d. civitate, in qua ob penuriam proborum praeceptorum plerique sinistri eventus contigerunt, applicetur.
R. ap. S. P. XVIII Mart. P. an. VI.

Reg. bull. I. 92.

75. A. P. R. M. *Ad apost. dignitatis.* - Pius IV, cum collegio S. I. in oppido de Montilla Corduben. dioec. a Catharina Fernandez de Cordova marchionissa de Pliego erecto, unit praestimonia in B. Mariae et S. Iacobi loci de Pliego districtus monasterii Abbatiae nuncupati de Alcala la real nullius dioec. parochialibus ecclesiis invicem unitis, per resignationem mag. Andreae de Casarubios scriptoris et familiaris S. Pont. vacantia. Fructus, 300 duc. Deservitor ad nutum Rectoris amovibilis constituendus.
R. ap. S. P. non. Maii 1565 P. an. VI.

Reg. bull. I. 165.

76. Raÿnutius, Episc. Sabinen. Rectori collegii S. I. civit. Placentin. auctoritate apost. confirmat donationem a don Guthierre de Caravajal Epõ Placentin. factam duarum vinearum, alterius in nemore *de los cavallos* alterius inter vineas *de las rationes*, in districtu dictae civitatis, super quibus mensa Episc. censum 7500 marapetinorum habet, 20 ducat. valorem non excedentium, cum onere dictum censum solvendi et facultate affrancandi dictas vineas.
R. ap. S. P. IV id. Maii. P. an. VI.

Reg. bull. I. 93. b.

77. *Ad aures nostras.* - Pius IV Carolo regi Francorum commendat Soc. I. a sac. oecum. conc. Trid. approbatam, cuius non in Italia modo et in Hispaniae ac Lusitaniae regnis, sed in ipsius etiam Germaniae multis locis et in urbe regia Bohemiae Praga collegia instituta fuerunt. Collegio quod est in Urbe, seminarium, quod ex S. Concilii decreto instituendum curavit, se nuper commisisse refert et hortatur ut

Soc. collegia in suo regno et nominatim Parisiense fovenda intelligat.

R. ap. S. P. XXVIII Maii. 1565 P. an. VI.

Brev. et rescr. 113. - *Reg. bull. I.* 78.

78. *Relatum est ad Nos.* - Pius IV Catherinae Francorum Reginae Christianissimae commendat S. I. quam S. Trid. Concilium approbavit imprimisque Collegium Parisiense, cui multa inferri incommoda gravesque molestias exhiberi allatum est.

R. ap. S. P. XXIX Maii 1565 P. an. VI.

Brev. et rescr. 83. - *Reg. bull. I.* 78. b.

79. *Societatem quae vocatur Iesuitarum.* - Pius IV Praesidibus et Senatoribus Parlamenti regni Parisiensis commendat S. I. a S. Trid. Concilio approbatum et ne impediatur collegium hortatur.

R. ap. S. P. XXIX Maii 1565 P an. VI.

Brev. et rescr. 84. - *Reg. bull. I.* 79.

80. *Audivimus collegium.* - Pius IV Carolo tit. S. Chrysogoni, Pr. Card. a Borbonio Legato Avenionen. nuntiat se Regi ac Reginae Francorum scripsisse, ut tueantur Collegium Parisiense, et Soc. I. a Conc. Trid. approbatam, quae in Germania, ubi multa sunt eius collegia, ipsos haereticos prope aequiores habet.

R. ap. S. P. XXIX Maii 1565 P. an. VI.

Brev. et rescr. 85. - *Reg. bull. I.* 79.

81. Raynutius Episc. Sabinen. Epõ Claromontan. petente Rectore coll. S. I. Bilhomei, Clarom. dioec., committit permutationem in evidentem utilitatem, unius domus in dicto oppido, et duorum pratorum, alterius in de la Saigne, alterius in Font Veyroit, et unius areae in de Ligone territoriis d. dioec. quae collegio per quondam Gulielmum du Prat donata fuerunt, quorumque redditus valorem 12 ducatorum non excedunt, pro aliis bonis stabilibus collegio utilioribus.

R. ap. S. P. ex off. Poenit. XIV kal. Aug. P. an. VI.

Reg. bull. I. 85.

82. *Provisionis nostrae.* - Pius IV tenorem brevis Pauli III in regist. praedecessoris compertum et petente Ignatio Fernandez de Velasco, Contestabili regni Castellae, transcriptum (cfr. Pauli III, n. 30. *Exponi nobis nuper*) idem robur habere decernit quod originales; per hoc autem nullum novum ius acquiri, sed antiquum tantummodo conservari.
R. ap. S. M. VIII Aug. 1565 P. an. VI.

Reg. bull. I. 87. b

83. *Cupientes pro pastorali.* - Pius IV Hieron. Dominico, Barth. Hernandez, Gio. de Gurrea, Did. Suarez, Io. Bapt. Veneto, et Angelo Anconitano, S. I. professoribus commendat curam spiritualem militum de classe et exercitu Philippi Hisp. Regis in insulam Melitam profecturo, facultatem absolvendi etiam a casibus bullae Coenae, et iubileum, cum Proregi Siciliae visum fuerit, ab ipsis publicandum.
R. ap. S. M. IX Aug. 1565 P. an. VI.

Brev. et rescr. 86. - *Reg. bull. I.* 89.

84. A. P. R. M. *Cum sicut accepimus.* - Pius IV presbyteris S. I. in civitate Perusiae in loco pro fabrica collegii designato, situm dirutum ad Cameram Apostol. pertinentem concedit, a cuius uno latere sunt bona Armelini et hospitalis, ac pro eo Mag. Iulii Dantis et Cypriani de Pantano, necnon ab alio Sgambae et eius nepotum, a reliquo autem lateribus campus della battaglia nuncupatus, pro cuius confine accipitur murus quidam vetustus. Mandat gubernatori civitatis et aliis ad quos spectat ut eisdem presbyteris in adipiscenda possessione assistant.
R. ap. S. M. XXVIII Aug. 1565 P. an. VI.

Reg. bull. I. 98.

85. *Dilecto filio huic Petro.* - Pius IV Rectori, Consulibus, Senatori et professoribus universitatis studii generalis Coloniensis commendat Petrum Canisium, S. I. professorem, qui eos visitabit nomine Pontificis, certioresque faciet de prorogato indulto de quo supplicaverant, professionis fidei a do-

ctoribus praestandae formam litteris inclusam mandat: de reliquis fidem habeant eidem Canisio.
R. ap. S. M. IV Sept. 1565 P. an. VI.

Reiffenberg, 472. - *Boero, vita del B. P. Canisio.* p. 24

86. *Dilectum hunc filium.* - Pius IV Archiepiscopo Treviren. commendat P. Canisium S. I. in eccl. Augustana concionatorem, cui commisit officium visitandi suo nomine quosdam praelatos ac fratres suos, quique referet concessam facultatem ab Archiep. postulatam applicandi collegio S. I. in civitate Trevirensi bona et redditus monasterii olim monialium S. Barbarae iam diu deserti. Laudat egregios Archiepiscopi conatus ad tuendam religionem.
R. ap. S. M. XIX Sept. 1565 P. an. VI.

Reiffenberg, 25. - *Boero, vita del B. P. Canisio* 473. *Reg. bull. I.* 217.

87. *Dilecto huic filio.* - Pius Epō Herbipolen. commendat P. Canisium S. I. professorem, qui concionatoris officio fungi consuevit in eccl. Augustana, et cum ipso de nonnullis rebus aget. Episcopi desiderio de redditibus et bonis derelicti monasterii S. Agnetis Herbipoli collegio S. I. assignandis satisfactum fuisse nuntiabit.
R. ap. S. M. XX Sept. 1565 P. an. VI.

Brev. et rescr. 87.

S. PII V.

Pius V, Alexandrinus, de Ghisileriis, frater Michaël antea dictus Ord. S. Dominici Pr. Card. tit. S. Mariae supra Minervam, creatus VII id. Ian., coronatus XVI kal. Febr. 1566, obiit kal. Mart. 1572.

Nemo, ut aiebant Patres, secundum Marcellum II fuit studio erga Societatem maiore; quod ipsa die quum solemni pompa ad Lateranensem basilicum novus Pontifex veheretur, egregie ostendit, S. Franciscum Borgiam Praepositum Generalem e via ad lecticam accitum arcto complexu et protracto sermone tenens. Quod diversae assuetus disciplinae chorum iniunxit, id non nisi molliter et simplici mandato, sicut quondam Paulus IV, iussit, multos eximens; caetera beneficus, et primus qui indulgentiarum cum Mendicantibus communicationem Sociis largiretur.

B. Petrum Canisium. Hieron. Natalem et Iac. Ledesmium misit ad conventum Augustanum; Edm. Hayum ac Thom. Darbishirum Vincentio Laureo Episc. Montisregalis Apostolico in Scotia Nuntio addidit; Socios amplius octoginta ad religionem catholicam qua plantandam qua tuendam in varias orbis partes legavit. Curtium Amodeum, Rodulphum Florium et Franciscum a S. Germano auxiliarium contra Hugenottos copiarum, Christoph. Rodericium et Mich. Spem classis a Lud. Requesenio in Hispaniam ductae, Ioannem Victoriam, Raynaldum Galesium et Thomam Radium classis contra Turcas missae confessarios dedit.

Concionatores in Vaticano palatio, in basilica S. Petri, in sacello pontificio adhibuit plures, praecipue Bened. Palmium, Bened. Pererium, Alph. Salmeronem, Franc. Toletum, Emmanuelem Sa, et Ludov. Galliardum; post celebrem ad Echinadas victoriam hunc latine inter missarum solemnia peroraturum nominatim advocavit.

Anno 1570 Patres Societatis Poenitentiarios in Vaticana basilica constituit. Romanum catechismum e concilii Tridentini sententia compositum gallice, germanice, polonice vertendum Societati commisit. Sociorum qui anno 1568 Romam convenerant et imprimis B. Petri Canisii consiliis obsecundans, quatuor Cardinales qui ethnicis, ac tolidem qui haereticis convertendis praeessent deputavit. Anno 1567 Senensi collegio S. Vigilii domum et templum, mox et Quartensem abbatiam attribuit.

---

1. *Rationi congruit.* - Pius V, unionem praestimoniorum quorumdam cum coll. S. I. prope et extra muros oppidi civitatis de Huete Conchen. dioec. per Pium IV sub dat. III non. Aug. P. an. VI factam, confirmat; sc. in de Guasqueña, de Cañaveras per Alfonsi Ortiz, in B. M. de Tarancon parochialibus

ecclesiis per Petri Ortiz, et rural. eccl. de Villavieja per Stephani Ortiz, perpetui vicarii parochialis oppidi de Monsalve eiusd. dioec. liberas resignationes vacantium. Fructus, 290 duc.
R ap. S. P. XVI kal. Feb. 1565 P. an. I.

Reg. bull. I. 160 b.

2. A. P. R. M. *Aequum reputamus.* - Pius V, unionem praestimoniorum quorumdam cum collegio S. I. civitatis Conchensis per Pium IV sub dat. XIV kal. Nov. P. an. VI factam, confirmat; sc. in de Podernoso, de Altarejos, de Arcos de la Cantera, de Garcinaharro, de Alcozer, de Ezcamilla locorum Conchen. dioec. parochialibus eccl. per Alfonsi Ramirez de Vergara clerici Conchen. liberam resignationem vacantia. Fructus, 350 duc.
R. ap. S. P. XVI kal. Feb. 1565 P. an. I.

Reg. bull. I. 162

3. A. P. R. M. *Aequum reputamus* - Pius V, reservationem 4 partium super 5 liberarum pro collegio Complutensi S. I. omnium fructuum praestimoniorum de Podernoso, etc. (ut supra) unitorum collegio Conchensi, per Pium IV sub dat. XIV kal. Nov. P. an. VI factam confirmat.
R. ap. S. P. XVI kal. Feb. 1565 P. an. I.

Reg. bull. I. 163 b.

4. A. P. R. M. *Aequum reputamus.* - Pius V unionem eccl. paroch. S. Martini de Alvaredo Bracharen. dioec. cum coll. S. I. Colimbriensi a Paulo III Ioanni Port. et Algarb. regi quondam concessam, a Iulio III generali revocatione unionum, effectum nondum sortitarum, item a Marcello II et Paulo IV revocatam, et post resignationem de hac ecclesia a Hieron. de Pedrosa clerico in manibus Henrici tit. SS. 4 Coron. factam, iterum, petente Sebastiano Port. et Alg. rege, a Pio IV, 9 kal. Iun. P. an. IV concessam, confirmat, licet a S. P. litterae desuper confectae non fuerint. Fructus, 120 duc. Congrua portio assignetur vicario amovibili, per rectorem collegii nominando.
R. ap. S. P. XVI kal. Feb. 1565 P. an. I.

Reg. bull. II. 432.

5. A. P. R. M. *Aequum reputamus.* - Pius V confirmat unionem ecclesiae sine cura S. Ioannis in Feliceto, dioec. Forolivien. quondam per I. B. Vanini rectorem eius resignatae, cum coll. S. I. Foroliviensi, per Paul. IV d. IV non. Iul. P. an. V concessam. Fructus, 36 duc.
R. ap. S. P. XIV. kal. Feb. 1565 P. an. I.

Reg. bull. II. 376.

6. A. P. R. M. *Aequum reputamus.* - Pius V Societati Iesu confirmat et extendit privilegium contra apostatas.
R. ap. S. P. XVI kal. Feb. 1565 P. an. I.

Nov. bull. S. I. 36. *Brev. et rescr.* 115 - *Reg. bull. I.* 232 b.

7. A. P. R. M. *Rationi congruit.* - Pius V cum collegio S. I. Florentinensi unit ecclesiam S. Bartholomaei de via cava Pistorien. dioec., a Phil. Ant. de Prato olim hujus eccl. rectore resignatam. Fructus, 24 duc.
R. ap. S. P. XVI kal. Feb. 1565 P. an. I.

Reg. bull. I. 157.

8. A. P. R. M. *Rationi convenit.* - Pius V collegio S. I. sub invoc. S. Spiritus Elborensi ab Henrico tit. 4 Coronatorum Pr. Card. de licentia Aloysii Episc. Veronen. tunc Sedis Apost. Nuntii erecto et de licentia Ioannis, tit. S. Vitalis Pr. Card. tunc. Sedis Apost. Nuntii perfecto, pensionem 500 duc. eodem Henrico petente, super fructibus fabricae ecclesiae Elboren. a Iulio III sub dat. kal. Nov. P. an. II huic collegio reservatam, confirmat.
R. ap. S. P. XVI kal. Feb. 1565 P. an. I.

Reg. bull. I. 158. b.

9. A. P. R. M. *Rationi congruit.* - Pius V, cum coll. S. Spiritus, S. I. Elborensi, ab Henrico (ut supra) perfecto unionem parochialis ecclesiae abbatiae nunc. S. Mariae de Zezere Portugallen. dioec. per resignationem Gasparis Ferdinandi olim ipsius ecclesiae Rectoris Abbatis nunc in manibus d. Aloysii Lippomani, Episcopi Veronen. Nuntii factam vacantis, per

Iul. III sub. dat. kal. Nov. P. an. II. concessam confirmat. Fructus, 300 duc. quorum tertia pars pro uno perpetuo vicario reservata.
R. ap. S. P. XVI kal. Feb. 1565 P. an. I.

Reg. bull. I. 167 b.

10. A. P. R. M. *Aequum reputamus.* - Pius V confirmat litteras apost. Pauli IV, d. d. XVI kal. Feb. P. aõ I, quibus facultas concedebatur conferendi gradus in coll. Romano S. I. scholaribus etiam exteris, et decernit concessionem perinde a d. d. suum sortiri effectum ac si super ea litterae sub eiusdem diei data confectae fuissent.
R. ap. S. P. XVII Ian. 1566. P. an. I.

Reg. bull. II. 398.

11. A. P. R. M. *Ad apostolicae dignitatis.* - Pius V, cum collegio SS. Salvatoris S. I. Palentinensi unit beneficium in ecclesia parochiali B. M. de la paz loci de Castrillo de Onielo Palentin. dioec. a Ioanne de Castro canonico Palentinen. per Io.de Polanco presb. procuratorem suum resignatum. Fructus, 45 duc.
R. ap. S. M. XIV kal. Aug. 1566 P. an. I.

Reg. bull. I. 171. b.

12. A. P. R. M. *Ad apostol. dignitatis.* - Pius V, cum collegio S. I. Hispalensi unit beneficium in parochiali ecclesia S. Salvatoris oppidi de Carmona Hispalen. dioec. ab Andrea de Paredes clericum per Alfonsum Ruiz clericum procuratorem suum resignatum. Fructus, 125 duc. Proviso quod.
R. ap. S. P. V. non. Oct. 1566 P. an. I.

Reg. bull. I. 174.

13. *Ex litteris charissimi.* - Pius V Patriarchae Aethiopiae (Ioanni Nunnio) Barreto S. I. post tot annos nihil proficienti compatitur et ut ad insulam Iapam et in Sinarum regionem ubi Iesu Christi fides magna devotione suscipi coepit, (cum iisdem facultatibus a Iulio III concessis proficiscatur concedit).
R. ap. S. P. 1566 P. an. II.

Bull. patron. Portug. I. 211.

14. A. P. R. M. *Iniunctae nobis.* - Pius V, circa proprietates Conselho de Monte Agineo Ulixibonen, de Moreira de Monte Majori novo, de Moreira nunc. Montis Majoris, de Episcopo in Coruche cum certis partibus os Lombos de Episcopo nuncupatis, de Montes claros Elboren. civitatis de Elbas territoriorum respective, olim ab Archiepiscopali mensa alienatas, declarat in earum applicatione collegio Elborensi S. I. facta includi etiam decimas et primitias ab eisdem proprietatibus provenientes. Fructus 2000 duc.
R. ap. S. P. VII. id. Ian. 1566 P. an. II.

Reg. bull. I. 180.

15. A. P. R. M. *Exposcit debitum.* - Pius V, cum collegio S. I. Hispalensi unit perpetuam capellaniam de Donna Leonor nuncupatam in S. Petri de Huelva ac praestimonia in de Castilleja del Campo, in B. M. la blanca nunc. de Fuentes, in B. M. de Alcala del Rio, in B. M. de Chipiona locorum Hispalen. dioec. parochialibus ecclesiis, per resignationem Ioannis de Vargas Mexia nuper in S. Petri perpetui capellani et in de Huelva etc. perpetui beneficiati, vacantia. Fructus, 750 duc.
R. ap. S. P. VII id. Feb. 1566 P. an. II.

Reg. bull. I. 170.

16. A. P. R. M. *Ad apostol. dignitatis.* - Pius V, petentibus Iacobo Epõ Grossetan. et Ioanna Florentiae et Senarum principissa, dissolvit unionem monasterii S. Salvatoris de Belardenga nuncupati, Camald. Ord. Aretinae dioceseos et monasterii S. Vigilii Senarum Ordinis praefati, quod parochialis ecclesia effectum fuerat et in commendam datum d. Epõ; in hac ecclesiam et domum illi contiguam, suppressa et ad alias parochias translata cura animarum, unit simul cum iuribus super quodam loco Grimaldoli nunc. ad d. monasterium pertinente, cum Societate Iesu Senensi. Fructus, 8 duc.
R. ap. S. P. III id. Iul. 1567 P. an. II.

Reg. bull. I. 176.

17. *Ex omnibus afflictionibus.* - Pius V 79 propositiones (ex Mich. Baii doctrina) quas recitat, stricto examine

ponderatas, quanquam nonnullae aliquo pacto sustinere possent, in rigore et proprio verborum sensu ab assertoribus intento haereticas etc. damnari, Antonio tit. S. Barthol. in insula Pr. Card. Granvelle significat.
R. ap. S. P. kal. Oct. 1567. P. an. II.

Possini, hist. msc. controv. de aux. div. gr. l. II. n. XXIII. 5.

18. A. P. R. M. *Superna dispositione.* - Pius V collegio S. Spiritus S. I. in civitate Elborensi applicat tritici añafil nuncupati 30 et ordei 10 modios, alias moyos, ex mensae Archiepiscopalis fructibus et redditibus dismembratos. Valor, 360 duc.
R. ap. S. P. non. Oct. 1567 P. an. II.

Reg. bull. I. 178. b.

19. *Incolumem te.* - Pius V Ioanni Bapt. de Ribera, S. I. professori gratulatur quod pervenerit in Indiam, gratulationes de officio Pontificatus recusat, ipsi et Petro Bonaventurae eiusdem Ordinis licentiam per regna gentilium praedicandi, de consilio Episcopi tamen si quis sit et Superiorum concedit; de ligno S. Crucis cujus paxillum in sacrario Pontificis residuum est, particulam denegat.
R. ap. S. P. X Oct. 1567 P. an. II.

Brev. et resc. 120.

20. A. P. R. M. *Cupientes pro dispensatione.* - Pius V, Christi fidelibus in partibus Aethiopiae, Indiae et Maluchi, Iapon et aliis quibuscumque Oceani Indiis aut in Sinarum regione aut Brasilia, ecclesiam et capellam seu xenodochium presbyterorum S. I. erectum aut erigendum visitantibus 40 dies et die festo a ministro Provinciae constituendo 7 annos et totidem quadragenas de indulgentia concedit.
R. ap. S. P. XV Dec. 1567 P. an. II.

Litt. Apost. 17.

21. *Cum gratiarum omnium.* - Pius V ad quinquennium concedit S. I. facultatem in Aethiopiae, Arabiae, Persidis, Indiae regione Sinarum, in Iappon, Brasilia et aliis continentis regio-

nibus ac Oceani insulis, cum neophitis episcopum non habentibus vel ubi episc. absunt ad 200 milliaria, dispensandi in utroque foro in gradibus iure canonico prohibitis ad matrimonium, prolem quoque declarandi legitimam.
R. ap. S. P. XV Dec. 1567 P. an. II.

Litt. Apost. 13. *Reg. bull. II.* 374.

22. A. P. R. M. *Cum attenta considerationis.* - Pius V, collegio S. Antonii Olissiponensi, in quo Religiosi S. I. prius nonnullas humanitatis lectiones habuerant, aucto deinde ab Henrico tit. SS. 4 coronatorum Pr. Cardinali Infante Portugalliae ita ut 8 lectiones humanitatis et 2 casuum conscientiae profiterentur, applicat, eodem petente, tertiam partem pontificalem nuncupatam fructuum, etc. quam mensa archiepiscopalis ex saeculari et collegiata ecclesia B. Mariae oppidi Douren. Olysiponen. dioec. habet, et fructus eccl. parochialis B. M. de Enxara de Epō eiusd. dioec. et illi annexos de Gradel. Valor 1200 duc.
R. ap. S. P. XIII kal. Feb. 1567 P. an. III.

Reg. bull. I. 181 b.

23. *Nuntiatum fuit nobis.* - Pius V Epō Audomaren. gratulatur constitutum ab eo collegium S. I. et ut tam pium opus tueatur, et si quid agendum superest, ad exitum ut perducat hortatur.
R. ap. S. P. XXVIII Ian. 1568 P. an. III.

Brev. et rescr. 122.

24. *Ex iis quae.* - Pius V Melchiorem Carnerum Episc. Nicen. iubet, sicut iussit Andream de Oviedo, olim Ierapolen. nunc Aethiopum sive Abissynorum Patriarcham, ut relicta spe reducendi hanc nationem ad unitatem Ecclesiae, in insulam Iapan se conferat, ubi multos Christi fidem suscepisse audivit. Mittit una cum literis volumen authenticum decretorum S. Conc. Trid. feliciter peracti.
R. ap. S. P. XXVIII Feb. 1566 P. an. III.

Brev. et rescr. 117.

25. *Relatum nobis fuit.* - Pius V archiepō Rossanen. Sedis Ap. in Hispania Nuntio significat de Archiepō Armacano, Primate Hiberniae et Davide Hiberno S. I. Londini et Dublini captivis; cupit ut rex Catholicus reginae Anglorum pro eis scribat.
R. ap. S. P. XIII Mart. 1568 P. an. III.

Ibern. Ignat. 17.

26. S. Cong. Conc. - Declaratio, subscripta a Card. Franc. Alciato, non obstare S. Conc. Trid. c. 16, sess. 25 de Regularibus, in materia solemnitatum observandarum in renuntiationibus nostrorum quominus Societas utatur legibus ab Instituto praescriptis. - Et quoad contractus non capitulariter celebrandos et facultates Praep. Gen. concessas alienandi bona religionis, dictum fuit: dummodo petatur postea confirmatio a S. Sede Apostolica, et sola signatura sufficiat.
XXV Apr. 1568

Elench. bull.

27. A. P. R. M. *Innumerabilis fructus.* - Pius V Societatis Iesu constitutiones circa contractus non capitulariter celebrandos confirmat.
R. ap. S. P. III. kal. Maii 1568 P. an. III.

Nov. bull. S. I. 40. *Reg. bull. I.* 234 b.

28. *Societatem Iesu* - Pius V Salentino ex Comitibus ab Isemburg electo Colonien. commendat S. I. non sine singulari Dei providentia his miseris temporibus excitatam, eiusque collegium in civitate Colonien. consistens, utque habeat quae victui sunt necessaria provideri cupit.
R. ap. S. P. XXI Maii 1568 P. an. III.

Reiffenberg, 47. *Brev. et rescr.* 127.

29. A. P. R. M. *Ad apostol. dignitatis.* - Pius V collegio S. I. petente Carolo tit. S. Praxedis Pr. Card. Boromaeo Epō Mediolani fundato unit ecclesiam S. Fidelis, cuius cura per Io. Capellium, vicarium generalem ad parochialem eccl. S. Stephani in Notigia translata et fructus ecclesiae S. Martini de

Notigia applicati fuerunt, proprietas vero plena ususque et habitatio domus ecclesiae Leonetto, rectori coll. S. I. titulo perpetuae donationis concessa fuit, ita tamen quod rectori d. eccl. S. Stephani feria V hebdomadae sanctae SS. Eucharistiae Sacramentum in eccl. S. Fidelis populo suo administrare liceret.

R. ap. S. P. VIII id. Iun. 1568. P. an. III.

Reg. bull. I. 183.

30. A. P. R. M. *Copiosus in misericordia.* - Pius V, cum collegio S. I. Cordubensi unit beneficium in paroch. eccl. S. Laurentii Corduben. post obitum Alfonsi de Velasco clerici, mense maio proxime praeterito, Ioanni de Oro Mondagron clerico Calaguritanen. dioec. concessum et ab eo resignatum. Fructus, 80 duc. Deserviri ad nutum Rectoris statuit.

R. ap. S. P. X kal. Oct. P. an. III.

Reg. bull. I. 173.

31. A. P. R. M. *Ad apost. dignitatis.* - Pius V, collegio S. I. Senensi unit ecclesiam ruralem, abbatiam nuncupatam S. Michaelis Archangeli a Quarto Senen. dioec. per monachos Cisterc. Ord. obtineri solitam, quam Achilles Donatus clericus in commendam ad vitam nuper habebat, quamque per Alexandrum de Thomatiis cler. procuratorem suum resignavit. Fructus, 73 duc.

R. ap. S. P. kal. Oct. 1568 P. an. III.

Reg. bull. I. 185.

32. Card. Michaelis Bonelli litterae patentes ad omnes Archiepōs et Epōs, Curatos etc. ex commissione S. Pontificis in gratiam Christophori Rodriguez.

R. II Oct. 1568

Brev. et rescr. 109.

33. *Quia Societatis vestrae.* - Pius V Francisco de Borgia S. I. Praep. Gen. declarat exemptionem collegii Duacensis S. I. sumptibus monasterii Aquicinctensis instituti a iurisdictione universitatis Duacen. tam quoad personas et bona quam

quoad scholas sive grammaticae, sive humanar. litterarum sive rhetoricae aliarumque liberalium artium.
R. ap. S. P. III Nov. 1568. P. an. IV.

Sacchini H. S. p. III. l. IV. n. 208. - *Miraeus* III. 646.

34. A. P. R. M. *Regimini universalis Ecclesiae.* - Pius V confirmat pro collegio Conimbricensi venditionem, emptionem et donationem paludum seu terrarum monasterii B. M. de Ceiça Cist. Ord. d. dioeceseos, in districtu oppidi de Montemaior sitarum. Archiepō Bracharen. et Tiburtino ac Ulisbonen. Episc. executionem committit.
R. ap. S. P. X kal. Feb. P. an. IV.

Reg bull. I. 193.

35. A. P. R. M. *In praecelsa militantis.* - Pius V, collegio S. I. in oppido Complutensi Toletan. dioec. unit praestimonium dimidium nunc. parochialis ecclesiae loci de Loranca d. dioec., a Bernardino Aguilera de Cogollos presbytero d. dioec. resignatum. Fructus, 40 duc.
R. ap. S. P. VI non. Maii 1569. P. an. IV.

Reg. bull. I. 185. b.

36. A. P. R. M. *Ad apost. Sedis.* - Pius V, collegio S. I. Abulensi unit beneficium in parochiali ecclesia S. Ioannis Abulen. a Didaco Gomes de Ayala clerico resignatum. Fructus, 120 duc.
R. ap. S. P. VI kal. Iun. 1569, P. an. IV.

Reg. bull. I. 187.

37. Antonius tit. S. Eusebii D. Card. Caraffa nunc. fidem facit de v. v. oraculo S. Pontificis quo ad decennium per Generalem S. I. in Brasilia tribuit auctoritatem in foro conscientiae hactenus Episcopis Indiarum concessam, cum neophytis commutandi et dispensandi in ecclesiae praeceptis quae iuris sunt positivi.
R. in pal. Apost. 1 Iul. 1569. P. Pii V an. IV.

Brev. et rescr. 128.

38. A. P. R. M. *Exposcit debitum.* - Pius V collegio Complutensi S. I. unit beneficium ecclesiasticum nunc. in paroch.

ecclesia oppidi de Olmeda de las Cebollas Toletan. dioec., a Petro Sancio clerico d. dioec. per Ferdin. Solier clericum procuratorem suum resignatum. Fructus, 35 duc.
R. ap. S. P. id. Iul. 1569 P. an. V.

Reg. bull. I 194 b.

39. *Lectis vestris litteris.* - Pius V, consulibus civitat. Avenionensis ad litteras XXII Iun. respondens, miratur tumultuosum decretum adversus Iesuitas factum. Ant. Possevinus ad Pontificem ne verbum quidem fecit de abolendis confraternitatibus Avenionen. eorumque bonis ad Iesuitas transferendis, neque de novo atque isthic inaudito inquisitionis genere inducendo cogitatum fuit. Decretum irritum declaratur, et multo plura pericula ab haereticis cavenda indicantur.
R. ap. S. P. XVI Iul. 1569 P. an. IV.

Brev. et rescr. 123.

40. A. P. R. M. *Fidei catholicae tutelam.* - Pius V, intuitu S. I. et innumerabilium neophytarum e Mauris et aliis infidelibuso riginem ducentium et in fide confirmandorum, collegiis Hispalensi et oppidi de Gandia Valentinae dioec. incorporat beneficium in parochiali ecclesia S. Egidii oppidi de Goia Hispalen. dioec., a Santio de Bielma Carvajal clerico resignatum. Fructus, 600 duc. Quarta pars Hispalensi, 3 reliquae partes Gandien. coll. cedant. Dimidia pars Santio quoad vixerit reservata.
R. ap. S. P. VIII kal. Sept. 1569 P. an. IV.

Reg. bull. I. 196.

41. *Quidam perversitatis filii.* - Pius V ad Nuntium in Gallia Calatinum Antist. scribens, Ant. Possevinum Iesuitam de quo improbissimi rumores sparsi, quod S. Pontifici persuadere voluerit ut novam Inquisitionis rationem ad Hispaniae modum introduceret et sodalitates disciplinantium abderet, ab illa infamia liberat, similiter scribit Avenion. ad Georg. Card. Armeniacum, Card. Borbonio in Avenionen. legatione collegam, et ad Avenionenses Consules.
R. ap. S. P. XI Sept. 1569.

Sacchini, H. S. p. III, l. V, n. 145.

42. A. P. R. M. *Romani aequa et circumspecta.* - Pius V, postquam diversa Concilii Tridentini decreta, Regularibus contraria declaraverat variaque privilegia Ordinibus Mendicantibus concesserat, quae dein ad Canonicos regulares et monachos extenderat, ita tamen ut hi a contributione ratione seminariorum exempti non essent, attendens quod ex communicatione Ordinum Mendicantium et concessionibus huiusmodi diversa inferuntur praeiudicia, declarat omnia privilegia quae temporalitatem concernunt, contra mentem suam emanasse, et communicationes gratiarum Ordinum Mendicantium nullis aliis Ordinibus, etiam S. I. quoad temporalia suffragari.
R. ap. S. P. ult. Iun. 1570 P. an. V.

Reg. bull. II. 429.

43. *Societatis Jesu collegia.* - Pius V universitatis Coloniensis Rectorem etc. hortatur ut Societatis Iesu Religiosos suis vivere legibus sinat neque eos cogat ad admittendum pro docendi munere stipendium a scholaribus.
III Iul. 1570 P. an. V.

Reiffenberg, n. 50.

44. A. P. R. M. *Exigit incumbentis.* - Pius V, petentibus Vinc. Parpalea, perpetuo commendatario monasterii abbatiae nunc. S. Salvatoris, Ord. S. Ben. olim prope et extra muros civ. Thaurinensis ac Praep. Gen. S. I., collegio S. I. in eadem civ. proxime aedificando applicat tertiam partem fructuum illius monasterii pro civitatis fortificatione diruti, ita tamen quod S. I. in d. civitate unam ecclesiam sub invocatione SS. Solutoris, Adventoris et Octavii, quorum corpora in d. monasterii ecclesia translata et 3 monachis d. monasterii in custodiam cum capellaniae servitio tradita fuerant, Vincentius vero suis sumptibus aliam ecclesiam in honorem eorumdem SS. aedificare teneantur. Fructus, 150 duc.
R. ap. S. P. VIII id. Iul. 1570 P. an. V.

Reg. bull. I. 197. b.

45. A. P. R. M. *Exigit incumbentis.* - Pius V, petentibus Bernardino de Carlevat, Didaco Perez de Baldivea (Valdivia),

Lud. Carrillo de Carevial (Carvajal) et Alfonso Sanchez incolis oppidi civitatis nunc. de Baeça Gienen. dioec., haeredibus Didaci Carrillo de Carvajal, voluntatem testatoris de aedificando in d. civitate monasterio monialium, propter reddituum insufficientiam et ad maius bonum commutat, et proinde collegium S. Jacobi in Baeça et praestimonium in paroch. ecclesia de Isnatorax eidem unitum collegio S. I. ibidem erigendo assignat Fructus coll. 200 duc. praestimonii 80 duc.
R. ap. S. P. XV kal. Aug. 1570, P. an. V.

Reg. bull. I. 198. b.

46. A. P. R. M. *Dum sollicita consideratione.* - Pius V, petente Stanislao tit. S. Theodori Pr. Card. Hosio, qui ecclesiae Varmien. praeeest et in hac dioec. Sed. Apost. Legato de latere, confirmat seminarium dictae dioec. ex praescriptionibus Trident. Concilii erigi coeptum et Societati Iesu sub certis conditionibus Instituto S. I. conformibus, commissum et approbante Franc. Juniero (Iungero) S. I. Visitatore, secundum decreta synodi dioecesanae Helspergae (Heilsberg) 21 Aug. 1565, auctoritate Ioannis Fr. tit. S. Ciriaci in thermis Pr. Card. Commendonis apud Sigismundum Poloniae regem Legati de latere constituti prioris erectionis declarationem, et statuta ac obligationes inter Franc. praed., Laurentium Magium Provinc. S. I. per Austriam et Poloniam et Ioann. Iac. Astensem Rector. d. collegii v. seminarii Braunspergens. ex una, et Stanislaum et capitulum Varmien. ex altera partibus acceptas approbat. Separat 1000 marc. prussicas ex mensis tum episc. tum capitulari. Vladisladien. Posnanien. et Plocen. Episcopis executionem committit.
R. ap. S. P. pr. non. Febr. 1571 P. an. VI.

Reg. bull. I. 348.

47. A. P. R. M. *Cum litterarum studia.* - Pius V Societatis Iesu privilegia circa praelectiones in collegiis, etiam ubi aliorum sunt universitates, declarat.
R. ap. S. P. X Mart. 1571. P. an. VI.

Nov. bull. S. I. 42. *Reg. bull. I.* 234.

48. Card. Aloysii Cornari S. R. E. Camerarii inhibitio favore Societatis pro decimis, tum virtute privilegiorum, tum de mandato SS. Pii V v. v. or.
22 Mart. 1571.

Elench. bull.

49. A. P. R. M. *Exigit incumbentis.* - Pius V, petente Philiberto Sabaudiae duce et Ioanne Firmio, alias Fabio de Trivultiis clerico Mediolanensi, cum collegio S. I. in oppido Camberiacensi et Gratianopolitanen. dioec. unit prioratum de Megeva Ord. S. Ben. Gebennen. dioec., qui conventualis non est et a monasterio S. Michaelis d. Ordinis Taurinen. dioec. dependet, a dicto Ioanne commendatario resignatum. Fructus, 400 duc.
R. ap. S. P. non. Iun. 1571 P. an. VI.

Reg. bull. I. 203.

50. A. P. R. M. *Eius disponente clementia.* - Pius V cum collegio S. I. Panormitano a Ioanne de Vega, Prorege Siciliae instituto, secundum Caroli imperatoris de primo quod de suo iure patronatus esset monasterio vacante providere huic collegio volentis votum, unit monasterium abbatiae nuncupatum B. M. de la Grutta alias de la Gritta, ord. S. Bas. in quo a pluribus annis citra aliquis d. Ord. frater non habitavit. Fructus, 50 flor.
R. ap. S. P. V id. Iul. 1571 P. an. VI.

Reg. bull. I. 204

51. A. P. R. M. *Dum indefessae.* - Pius V Societatem Iesu declarat ex Instituti ratione Mendicantem esse aliisque Mendicantium Ordinibus connumerari et privilegiis aequari.
R. ap. S. P. VII Iul. 1571 P. an. VI.

Nov. bull. S. I. 44. *Reg. bull, I.* 236. b.

52. Ioannes Fr. tit. S. Cyriaci in Thermis Pr. Card. Commendonus in Germania et Polonia de latere Legatus, Breve Pii V, *Dudum ad uberes* sub annulo Piscatoris die XXVII Aug. 1571 P. an. VI expeditum publicat, parochialem eccle-

siam S. Ioannis Bapt. Vilnen. unit collegio S. I. in d. civitate, una cum templo, praediis etc. tam in civ. quam extra ad eam parochialem ecclesiam S. I.-B. archipresbyteratum nuncupatam spectantibus et filia eiusdem ecclesiae nempe eccl. parochiali in Rudomina de consensu Sigismundi Augusti Regis Poloniae ad quem ius patronatus huiusce eccl. pertinet. Mandat Valeriano, Epō Vilnen. executionem. Vicarius perpetuus in utraque idem ecclesia constituatur.

Petricovis dioec. Evernen. dom. praeposituraе X kal. Ian. 1571 P. an. VI.

Reg. bull. I. 205 b.

GREGORII XIII

Gregorius XIII. Bononiensis, Hugo antea dictus, de Boncompagnis, Pr. Card. tit. S. Sixti, creatus III id. Maii 1572, coronatus in festo Pentecostes, obiit 10 Apr. 1585.

Quamvis rumors pargeretur novum Pontificem esse a Societate alienissimum, statim a principio benignissimi animi nec documenta obscura nec exigua dedit pignora. Ingentes facultates aliquibus iactantibus, quid vero res haberet scripto demonstrante Polanco, Vicario Generali, dolere se ait Pontifex quod paucae essent, optare ut longe plures et ampliores essent quo plures vineae Domini cultores strenui et utiles alerentur. Tria in Societate admirabatur; tantam in tam varia excellentique doctrina demissionem animi, tantam in nationum ingeniorumque diversitate tanta coniunctionem, tantam in tam viridi vividaque iuventute castitatem.

An 1573 prioratum S. Iacobi Burdigalensi collegio attribuit; an. 1574 Viennense, 1575 Pragense et 1577 Lucernense collegium instituit; Brevi 28 Nov. 1579 Dolanos de incoepto S. I. collegio laudavit; Braunsbergae in Prussia, Laureti illyricum collegium Societati commisit; anno 1581 fundum praepositurae S. Stephani collegio Vercellensi, S. Leonardi abbatiam Catanzariensi, tria sacerdotia Gerundensi, Friburgensi ac Tiburtino assignavit. Anno 1582 Dilingano collegio 200 coronatos, quos Card. Moronus pendere solebat, eo mortuo, ipse solvere perrexit; S. Ambrosii templum largitus est collegio Genuensi; anno 1583 Claudiopolitanum in Transsylvania, ac Funaiense, Arimanum, Anxuchiense in Iaponia, sequenti vero Fuldense in Saxonia collegia erexit; Brevi 5 kal. Maii donatas Molshemiensi collegio a Ioanne Ep. Argentoratensi aedes, templum et proventum annuum confirmavit.

Operam P. Chr. Clavii in Romano kalendario corrigendo, P. Ioan. Maldonati in editione graeca 70 interpretum S. Scripturae adhibuit; P. Edm. Hayum, Gul. Critonium, Iac. Gordonum in Scotiam et Hiberniam legavit; Io. B. Elianum, Stan. Varsevium, Ant. Possevinum, Fr. Toletum, alios alio fidei et regiminis Pontificii iura defensuros mandavit.

Ipsa acta ejus Pontificia, compendio proposita, quantum Societati contulerit, demonstrant.

---

1. A. P. R. M. *Aequum reputamus.* - Greg. XIII confirmat suppressionem, a Pio IV sub data IV kal. Mart. P. an. III factam, petente Federico Epõ Herbipolen. monasterii monialium S. Agnetis Herbipoli, Ord. S. Clarae, monialibus desti-

tutae, eiusque unionem cum coll. S. I. ibidem erigendo. Fructus, 1200 fl. aur.
R. ap. S. P. VIII kal. Iun. 1572 P. an. I.

Reg. bull. II. 308.

2. A. P. R. M. *Aequum reputamus.* - Greg. XIII Societati Iesu concedit facultatem conservatores iudices assumendi in quibuscumque causis.
R. ap. S. P. VIII. kal. Iun. 1572 P. an. I.

Reg. bull. I. 238.

3. Scipio Rebiba S. Mariae in Transtiberim, Franc. Pacheco S. Crucis in Hierusalem et Franc. de Gambara S. Priscae titulorum Cardinales, Inquisitores generales, P. Alphonso Salmeroni licentiam concedunt tenendi, clam tamen, et legendi libros haereticos ut respondere valeat.
R. in pal. S. M. XII. Iun. 1572 P. Greg. XIII. an. I.

Nov. bull. S. I. 48. *Reg. bull. I.* 238.

4. *Nihil potest nobis.* - Greg. XIII Francisco de Borgia, Praep. Gen. S. I. gratias agit de litteris et de oblata per Polancum suum, veterem amicum, Sodalitatis obedientia. Reliqua ab eodem Polanco, cum quo fusius locutus est, accipiet.
R. ap. S. M. XIV Iun. 1572. P. an. I.

Brev. et rescr. 132.

5. A. P. R. M. *Dum intra mentis nostrae.* - Greg. XIII, petente Carolo tit. S. Praxedis Pr. Card. Boromaeo, cum collegio S. I. Mediolanensi unit monasterium SS. Gratiani et Felicis loci de Arona, Ord. S. Benedicti Mediolanen. dioec. quam d. Card. in commendam ad vitam habebat. Fructus, 150 fl. Excipit nonnullas terrarum perticas, modo decem non excedant, per d. Card. fratribus Ord. minorum Capucinorum pro domo, hortis et officinis eorum usui concessas. Insuper, quousque Ioannes Paulus tit. S. Pancratii Pr. Card. ab Ecclesia nunc. bona stabilia quae ad summam 1000 scut. aur. in annuis redditibus percipiuntur eidem collegio assignare non potuerit, applicat d. collegio ecclesiam praepositurae B. Mariae de Brayda, alias Brera, Mediola-

nensis, quae, post Ordinis fratrum Humiliatorum suppressionem d. Cardinali commendata fuerat ea conditione ut 28 presbyteris et 7 conversis seu servientibus 1400 scut. aur. ex eius fructibus persolveret, dictis vero 25 personis decedentibus aut ad alios ordines transeuntibus, dicta pensio extingueretur donec ad numerum 20 devenirent et tunc demum eis 800 scut. quotannis persolveret. - In collegio seu universitate unus S. Scripturam, 2 summam theol. S. Thomae Aquinatis, quartus ter in hebd. casus conscientiae, quintus mathematicam facultatem, 3 philosophiam, alii rhet. humanitates, ling. graecam et hebraicam, grammaticam praelegent.

R. ap. S. M. X kal. Iul. 1572 P. an. I.

Reg. bull. II. 300.

6. A. P. R. M. *Ad apost. dignitatis.* - Greg. XIII, petente Nicolao Epō Virodunen. qui alias timore calvinismi unum collegium S. I. erexit et de proventibus providit aliudque clericorum seminarium juxta S. Trid. Conc. formam erigere cupit sed defectu dotis nequit, cum primo dicto collegio unit prioratum S. Petri de Amella Ord. S. Benedicti dioec. Virdunen. cuius redditus 500 duc. et qui a monasterio praefatae sedi immediate subiecto Gorzien. d. Ordinis Meten. dioec. dependet, modo accedat assensus Caroli S. Apollinaris Pr. Card. de Lotharingia nunc. qui eum in commendam obtinet. Reservat ex fructib. 300 scut. auri solar. Rectori 2.° dicti collegii annis singulis solvendos.

R. ap. S. M. V id. Sept. 1572 P. an. I.

Reg. bull. II. 332.

7. A. P. R. M. *Ex pastoralis officii.* - Greg. XIII, petente Ignico, alias Ignatio Fernandez de Velasco regni Castellae Contestabili, concedit ut in executionem testamenti an. 1535 Card. Ignatii de Mendoça ex dispensatione apostol. Burgensis Episc. collegium a Petro Fernandez, contest. haeredum postremo, et dein ab Ignico, huius haerede prope Burgensem urbem perfectum, Societati Iesu committatur.

R. ap. S. M. Id. Sept. 1572 P. an. I.

Brev. et rescr. 134.

8. A. P. R. M. *Salvatoris et Domini.* - Greg. XIII, petentibus Ioanne Grodetio praeposito et Wenceslao Grodetio decano saeculari eccl. oppidi civit. nuncup. Brunnen. Olomucen. dioec., in d. civitate, ubi iam collegium S. I. a Guillelmo Epō fundatum fuit, unum collegium domum probationis in monte S. Petri eiusdem oppidi eorum sumptibus exstructum auctoritate apost. confirmat, et varias huic domui possessiones assignat, in de Bomaroio, in d. oppidi suburbio Ceil nunc. inter Wenc. Biberstein. et Franc. Reyner domos, in de Orzechow et Zuononicz villis, ut in eorum litteris 14 Iun. 1572 plenius continetur. Archiepō Pragen. et Epō Viennen. et abbati monast. Lucen. in Moravia Praemonstr. Ord. executionem committit.
R. ap. S. P. XI k l. Dec. 1572. P. an. I.

Reg. bull. II. 322. b.

9. A. P. R. M. *Sacrosanctae Rom. Eccl.* - Greg. XIII, petente Carolo tit. S. Apollinaris Pr. Card. de Lotharingia nunc. Sedis Apost. in Lothar. Barriducis ducatibus Legato de latere, duce Remen. et primo Pari Franciae, monasterium S. Gorgonii, loci Gorzien. O. S. B. Meten. dioec., fere dirutum et sine spe restitutionis, saecularizat, et in ecclesia statum regularem in statum abbatis, canonicorum etc. saecularium immutat; ex eius fructibus 1500 scut. aur. collegio S. I. Pontismonson. Meten. dioec. applicat.
R. ap. S. P. non. Dec. 1572 P. an. I.

Reg. bull. II. 424.

10. A. P. R. M. *In supereminenti Apostolicae.* - Greg. XIII petentibus Carolo tit. S. Apollinaris Pr. Card. de Lotharingia et Carolo Lotharingiae et Barriducis Duce, collegio S. I. seu diversarum scientiarum et artium studio generali ab eis in oppido Pontismonsonii Meten. dioec. erigendo, applicat praeceptoriae et hospitalis S. Antonii Ord. S. Aug. d. oppidi domum et ambitum, 1500 scut. aur. annui redditus ex monast. S. Gorgonii Gorzien. Ord. S. Ben. d. dioec., 500 super mensa episcop. Metensi, 1000 super monasteriorum et prioratuum in Meten. Tullen. et Virdunen. dioec. redditibus, donec in beneficiis 1000 sc. procuraverint, et universitatem, ubi 4 prof. theol. unus

vdl. sacras litteras, 2 th. schol., unus casus consc. exponant, 3 phil., caeteri rhet. hum. gramm. 2 ling. graec. unus hebr. et mathem., ad instar Bononien. et Parisien. instituit, et privilegia confert. Episc. Virdunen. Meten. et Tullen. executionem committit.

R. ap. S. P. non. Dec. 1572. P. an. I.

Bull. Rom. *Reg. bull. II.* 334.

11. A. P. R. M. *Ex debito pastoralis.* - Greg. XIII, petente Vicario gener. S. I. nomine Congregationis generalis, collegium S. I. Venetiarum in domum Professorum quae ex eleemosynis vivere debeat, immutat, fructusque huic collegio assignatos, sc. medietatem fructuum praeceptoriae B. Mariae Magd. collegio S. I. Paduano applicat.

R. ap. S. P. XXIII Dec. 1572. P. an. I.

Reg. bull. II. 318. b.

12. A. P. R. M. *In Apost. Sedis.* - Greg. XIII, petente Ioanne Polanco Vic. Gen. S. I. collegium Olomucense a Guillelmo Epō in ecclesia S. Francisci et domo contigua olim Fr. Min. Conventualium erectum et 4 Oct. 1569 S. I. traditum confirmat, census annuos in bonis Visconiae annexisque 2000 fl. (30 grossis pro quolibet floreno, et septem denariis albis pro grosso) a d. Gullielmo cum Caesareae maiestatis tamquam Regis Bohemiae et Marchionis Moraviae consensu assignatos approbat. Archiepō Pragen. et Epō Viennen. ac Abbati monast. Welegraden. in valle gradu Cistercien. Ord. executionem committit.

R. ap. S. P. XI kal. Feb. 1572. P. an. I.

Reg. bull. II. 324.

13. *Inter eas curas.* - Greg. XIII, Petro Canisio Ord. Iesuitarum Presbytero Romam generalis sui Ordinis capituli causa venturo mandat ut cum Ferdinando archiduce Austriae cum duce Bavariae et Archiepō Salisburgen. agat iis de rebus de quibus ad eum scribet Cardinalis Comensis, sententiisque eorum cognitis, sibi omnia, cum venerit, exponat.

R. ap. S. P. XXIII Ian. 1573. P. an. I.

Boero vita del B. Pietro Canisio, 476.

14. *Caritas Dei.* - Greg. XIII Albertum Bavariae ducem rogat ut Petri Canisii, communicaturi nonnulla ad christianae reipublicae bonum pertinentia, verbis fidem adhibeat aperiatque ei quid sentiat.
R. ap. S. P. XXIII Ian. 1573 P. an. I.

Boero, vita del B. Pietro Canisio, 476.

15. A. P. R. M. *Ex Sedis Apostolicae.* - Gregorius XIII Societati Iesu approbat et de novo concedit facultatem horas canonicas extra chorum recitandi et sacros Ordines post emissa vota etiam ante professionem suscipiendi.
R. ap. S. P. ult. Feb. 1573 P. an. I.

Nov. bull. S. I. 52. *Reg. bull. I.* 240.

16. A. P. R. M. *Rationi convenit.* - Greg. XIII motu proprio tam illa quae Occidentali quam quae Orientali Indiis a Pio V concessa sunt pro S. I. privilegia, facultates et gratias invicem communicat novae Hispaniae, non ad instar sed aeque principaliter, quia rationi convenit ne eos concessionum diversitas distinguat, quos eadem unit in religione societas.
R. ap. S. P. XX Apr. 1573 P. an. I.

Reg. bull. II. 386.

17. *Exponi nobis nuper.* - Greg. XIII Archiepō Caesaraugustano, Priori S. Dominici et Priori S. Engratiae Ord. S. Hieronymi committit ut, petente Rectore collegii S. I. in civitate Caesaraugustana, in oratorio proprietatis d. collegii extra urbem sitae, licentiam missam celebrandi concedant, si decenter ornatum sit.
R. ap. S. P. XX Apr. 1573 P. an. I.

(*Nota.* Similis omnino facultas obtenta est pro nostris commorantibus Anversae celebrandi in cappella quam habent in domo quam inhabitant, sub die 10 Febr. 1574 per Breve apud Caes. Glorierium).

Reg. bull. II. 318.

18. A. P. R. M. *Ad apost. dignitatis.* - Greg. XIII unit cum collegio S. I. Barcinonensi prioratum S. Petri loci de

Casellis, alias de Casseres (Caserras), S. Ben. seu Cistercien. Ord., Vicen. dioec. a Ferdinando ab Aragonia clerico Caesaraugustano per procuratorem Gasp. Roderici de Mercado resignatum, cura et conventu carentem. Fructus, 300 duc.
R. ap. S. P. Id. Maii 1573 P. an. I.

Reg. bull. II. 307.

19. A. P. R. M. *Ad apost. dignitatis.* - Greg. XIII confirmat concordiam factam die nona Ian. proxime elapsi inter Antonium Archiep. Burdegalen. ex una parte et Gaugerium Gorgues Caroli regis consiliarium et financiarum in prov. Aquitaniae generalem ac Fortiam Deschart ex altera de fundatione collegii S. I. Burdegalensis; prioratum S. Iacobi Burdegal. Ord. S. Aug. a Petro Deplans cler. penes Pium V resignatum, et annuente d. Carolo d. collegio assignatum, eidem incorporat. Fructus, 24 duc.
R. ap. S. P. kal. Iun. 1573 P. an. II.

Reg. bull. II. 316 b.

20. A. P. R. M. *Dum mente recolimus.* - Greg. XIII, attentis literis lingua vulgari datis et in lat. sermonem versis Caroli Card. Borbonici, Archiep. Rothomagen. Primatis Normand. et Legati Avenionen. dat. Plossiaci (le Plessis) in parco extra Turonem 6 Sept. 1569, per quas collegio S. I. Avenionensi 1200 libr. Turonens. annuae ex bonis rebellium et haereticorum consignabantur, Cardinali ab Armaniaco executione commissa; attenta suspensione huius donationis ad militum manutentionem per Pium V, donationem redintegrat, Carolum Card. et Georgium tit. S Nicolai in carcere Tulliano Pr. Card. de Armaniaco d. Caroli in legatione collegam ad executionem hortatur.
R. ap. S. P. XVII Iun. 1573 P. an. II.

Reg. bull. II. 354.

21. A. P. R. M. *Dum attenta considerationis.* - Greg. XIII, attendens ad privilegium cannarum a Pio IV S. I. concessum, quo in civitate Toletana in loco per comitem de Orgaz venditionis titulo concesso prope domum B. Petri mart. O. Pr. et

monasterium monialium S. Dom. domum professorum erexerunt, et ad litem a Pio V in favorem Fr. O. Pr. desuper exstinctam, litteras Pii V d. apud S. Petrum d. 8 Iul. P. an. 5 annullat, Presbyteros S. I. inibi manutenendos decernit, et eorum privilegium cannarum confirmat. Archiepō Toletano, Archidiacono de Guadalajara et Ferd. de Ribadeneyra Canonico eiusdem eccl. Toletanae executionem committit.
R. ap. S. P. XXVIII Iun. 1573 P. an. II.

Reg. bull. II. 388.

22. *Sedis Apost. immensa.* - Greg. XIII Balthasari abb. monast. Fuldensis concedit ut domum Fratrum Ord. S. Franc. in civitate Fuldensi desertam Presbyteris Soc. Iesu det ut filios personarum monasterio subditarum, ad proximas haereticorum scholas mitti solitos, inibi erudiant.
R. ap. S. P. XXVIII. Iun. 1573 P. an. II.

Reg. bull. II. 331 b.

23. *Volumus dilectum.* - Greg. XIII Provinciali S. I. in Austria significat Stan. Varsavicium mense Sept. a se iuberi in Suetiam navigare; maturet si quid interest eum ante Stanislai discessum Prussiae esse, secus eo non exspectato Stanislaum profecturum.
R. ap. S. M. XVIII Iul. 1573. P. an. II.

Brev. et rescr. 135.

24. A. P. R. M. *Ad apost. dignitatis.* - Greg. XIII cum collegio S. I. in oppido Complutensi Tolet. dioec. unit praestimonia in S. Mariae de Ecija, Sancti Vannez de Carça Aguda (Santibañez Zarzaguda) oppidorum Hispalen. et Burgen. dioec. a Didaco de Bozmediano et Ferdin. de Mendoza per Ant. de Fonseca laicum procuratorem suum resignata. Fructus, 270 duc.
R. ap. S. M. IV kal. Aug. 1573 P. an. II.

Reg. bull. I. 215.

25. A. P. R. M. *Ad apost. dignitatis.* - Greg. XIII cum coll. S. I. Bracharensi 600 scholares habente confirmat unionem monasterii S. Petri de Roriz O. S. Aug. Bracharen. dioec., ab

Henrico tit. 4 Coronatorum Pr. Card. Inf. Portugal. Apost. Sedis Legato de latere suppressi, et per obitum Ludovici Fernandez qui illud in commendam ab eodem acceperat vacantis. Fructus, 400 duc. Congrua portio ad vitam pro Priore et duob. canonicis regularibus, in perpetuum vero pro uno vicario perpetuo, curam animarum nonnullorum parochianorum agente.
R. ap. S. M. kal. Aug. 1573 P. an. II.

Reg. bull. II. 363

26. A. F. R. M. *Votis illis per quae.* - Greg. XIII concedit pro seminario Urbis iuxta decreta Conc. Trid. erecto, ut Praep. Gen. S. I. possit eius scholares promovere ad gradus in artibus et theologia, servata forma Conc. Viennensis, pro more, formis et modis quibus erga collegii Germanici collegiales promovendos consuevit.
R. ap. S. M. V Aug. P. an. II.

Reg. bull. II. 327.

27. A. P. R. M. *Postquam Deo placuit.* - Greg. XIII collegium Germanicum in Urbe a Iulio III refellendis haeresibus institutum et post eius obitum ob nullos redditus quasi destitutum, de novo erigit, 10 m. aureorum ei attributis, sub regimine S. I. constituit, eximit a decimis, eique privilegia studii generalis Urbis tribuit.
R. ap. S. M. VIII Id. Aug. 1573. P. an. II.

Bull. Rom. *Bull. coll. Germ.*

28. *Unigeniti Dei filii.* - Greg. XIII, accepto quod in Indiarum, Sarracenorum aliorumque infidelium terris aliqui sint Presbyteri S. I., quorum opera multi Indi christianae et cath. fidei professores parturiuntur, omnibus Xtifidelibus utriusque Indiae et transmarinorum limitum varias concedit indulgentias, pro processionibus, doctrina christiana, infirmorum cura, rosarii parte coram imagine B. M. V. ab Urbe ad coll. Limanum delata, confraternitate scholarium B. M. V., fidei defensione, etc. Ad decennium a data praesentium.
R. ap. S. P. XII Aug. 1573 P. an. II.

Litt. apost. 19. *Reg. bull. I.* 69 b.

29. A. P. R. M. *Exigit incumbentis.* - Greg. XIII, petente rectore coll. S. I Caesaraugustani, in ecclesia parochiali loci de Portalrubio Caesaraugustan. dioec. a Lud. de Santangelo, d. ecclesiae rectore in manibus Pii IV resignata et cum d. collegio unita, erigit perpetuam vicariam cum pensione 40 scut., ius praesentationis Rectori assignat, et a d. ecclesia quasdam possessiones valoris 50 duc. dismembrat.
R. ap. S. M. III kal. Sept. 1573 P. an. II.

Reg. bull. II. 310 b.

30. *Cum sicut accepimus.* - Greg. XIII, litteras Pauli III et Iulii III confirmans, novas facultates et indulgentias Religiosis S. I. in Saracenorum aliorumque infidelium provinciis commorantibus concedit. Ad decennium a data praesentium.
R. ap. S. M. VIII Sept. 1573 P. an. II.

Litt. apost. 25. *Reg. bull. I.* 70. b.

31. A. P. R. M. *Divina disponente clementia.* - Greg. XIII confirmat fundationem domus probationis S. I., a Magdalena de Uloa, muliere Zamoren. dioec. ex bonis suis et Ludovici Quixada, quondam consilii regii Indiarum praesidentis factam, in oppido Villae Garciae, Palentin. dioec.
R. ap. S. M. non. Oct. 1573 P. an. II.

Reg. bull. II. 314. b.

32. A. F. R. M. *His quae ad divini.* - Greg. XIII Rectori coll. S. I. Ferrariensis concedit facultatem emendi pro ecclesia fabricanda domos et proprietates circumvicinas ad ecclesias et loca pia spectantes. Generali auditori camerae apostolicae et Archidiac. et primicerio eccl. Ferrariensis executionem committit.
Tusculi XI Nov. 1573 P. an. II.

Reg. bull. II. 319.

33. *Ex commissi nobis.* - Greg. XIII, attendens ad lit. Pauli II *Cum in omnibus judiciis*, anno Inc. 1465, V. id. Maii, P. aõ I datas, et ad testamentum Ioann. de Zampugnano Mediolanen. aõ 1531 in favorem hospitalis Christi pauperum

seniorum Pietatis nuncup. conditum, annuens petitioni deputatorum d. hospitalis et Augustini de Rande et rectoris coll. S. I., sediminis in parochia S. Fidelis eccl. siti et contigui domui S. I. venditionem pretio 13700 libr. permittit.
R. ap. S. P. Id. Nov. 1573 P. an. II.

Reg. bull. II. 321.

34. A. P. R. M. *Inter fideles quoslibet.* - Greg. XIII confirmat concordiam inter Rectorem coll. S. I. Colimbrien. (Emm. Rodericium) et Alvarum Gondizalvium presb. Bracharen. dioec. initam et reservationi pensionis annuae 25 millium regalium (51 duc. aur.) super fructibus eccl. S. Martini de Alvaredo d. dioec. in favorem d. Alvari consentit.
Tusculi Id. Nov. 1573 P. an. II.

Reg. bull. II. 320.

35. *Laudamus quantum possumus* - Greg. XIII Marco, Ioanni, Hieronymo Fuggeris, et Georgio, Ioanni Achilli et Maximiliano Illsungis gratulatur, laudatque eorum studium religionis ac generosum in collegio et schola Iesuitarum in Urbe Augustana ingenti sumptu constituendo animum; restituendae, retinendae, propagandae religionis, iam apud multos corruptae, initium.
1573.

Agricola, hist. prov. Germ. Sup. S. I, I. 144.

36. A. F. R. M. *Ex solita Apost. Sedis.* - Greg. XIII, petente Alexandro Epō Tusculano Card. Farnesio, confirmat concordiam initam inter Pr. Generalem S. I., Fratres domus SS. Trinitatis Ord. minim. S. Fr. de Paula in monte Pincio de Urbe, et deputatos domus societatis miserabilium virginum S. Catharinae della Rota alias de Funariis, super testamento Isab. della Luna, quo d. Cardinalis haeres quamdam domum de Urbe iuxta veros suos confines sitam 130 scutis locatam ecclesiae S. I. legat cum onere solvendi quotannis 30 scut. d. Fratribus et 50 scut. virgini monialem effici volenti; 40 reliqua coll. Romano applicanda.
R. ap. S. P. XIII Ian. 1574. P. an. II.

Reg. bull. II. 329 b.

37. *Cum nos nuper.* Greg. XIII brevia 12 Aug. et 8 Sept. P. an. II extendit ad insulas Angrae Maderae et Terceris, aliasque in ea navigatione occurrentes.
R. ap. S. P. X Feb. 1574 P. an. II.

Reg. bull. II. 355. b.

38. A. P. R. M. *Ad apost. dignitatis.* - Greg. XIII, confirmans concordiam super lite initam, cum coll. S. I. Colimbriensi unit parochialem ecclesiae B. Mariae loci Dascalles districtus oppidi de Monchaon Bracharen. dioec., soluta eius unione cum canonicatu et praebenda S. Stephani oppidi de Valentia de Minho dict. dioec. penes Martinum Coelho Dabreu. Fructus, 135 duc. Reservat pensionem 132 duc. seu 60 m. regal. Martino.
R. ap. S. P. V id. Mart. 1573 P. an. II.

Reg. bull. II. 365. b.

39. A. P. R. M. *Ad apost. dignitatis.* - Gregorius XIII, petentibus Gerardo Epō Leodien. et Praep. Gen. S. I., S. Severini quem d. Gerardus, et quem Lambert. de Cora canon. Leod. in commendam nuper obtinebant de Musnault, locorum patriae et dioec. Leodien. Cluniacen. et S. Benedicti vel aliorum Ordinum prioratus, unit cum collegio Leodii instituendo, cui iam comparatae aedes. Fructus insimul, 500 duc.
R. ap. S. P. X kal. Iun. 1574 P. an. II.

Reg. bull. I. 256. b.

40. *Nuper coll. Germanico.* - Greg. XIII extendit facultates Card. Protectorum coll. Germanici ad recuperandum bona alienata spectantia ad eccl. S. Apollinaris.
R. ap. S. P. X kal. Iun. P. an. III.

R. ex typ. cam. ap. 1658. *Visit. apost. eccl. et coll. S. Apoll. p.* 205.

41. *Incredibili cum voluptate.* - Greg. XIII Epō Vilnen. gratulatur de fructibus collegii Iesuitarum ab eo instituti et de inexhausto eorum studio atque opera. Varsavicus non diutius in Suecia erit, rediturus ad collegium.
R. ap. S. P. IX Iul. 1574 P. an. III.

Brev. et rescr. 136.

42. A. P. R. M. *Ad apost. dignitatis.* - Greg. XIII unit cum coll. S. I. Salamantin. beneficia in de S. Helena, de Xexuelo (Sequeros?) et de Garcivey (Garcibuey?) locorum Salamantin. dioec. parochialibus ecclesiis, a Did. Ordonnuez de Moncalvo cler. d. dioc. resignata. Fructus, 600 duc.
R. ap. S. M. IV Id. Iul. 1574. P. an. III.

Reg. bull. II. 328.

43. A. P. R. M. *Ut ceteri de republica.* - Greg. XIV collegium Germanicum in Urbe de integro erectum, in quod non minus quam 100 pueros ex Germania et adiacentibus regionibus erudiri vult, amplissime eximit a datiis et gabellis.
R. ap. S. M. Id. Iul. 1574 P. an. III.

Bull. Rom.

44. A. P. R. M. *Pro nostri muneris officio.* - Greg. XIII postquam collegio Germ. redditus annuos 10 m. aureor. perpetuo attribuit, Io. Ostiensi Morono et Alexandro Praenestin. Episc., Farnesio, et Marco S. Georgii ab Altemps et Ptolomaeo S. Agathae Comen. ac Lud. S. Onuphrii titulorum Madrutio nuncc. ejus d. coll. protectoribus iurisdictionem amplam concedit.
R. ap. S. M. IV Id. Iul. 1574. P. an. III.

R. ex typ. cam. ap. 1656. *Bull. coll. Germ.*

45. A. P. R. M. *Salvatoris et Domini.* - Greg. XIII petentibus capitulis metropolit. et collegiatarum, aedilibus seu scabinis communitatis, nec non Ioanne Hiquet cler. Bituricen., collegium S. Mariae hughenotorum bello intermissum et desolatum, dein S. I. presbyter istraditum et a capitulis metropol. 180, S. Ursin. 125, Castelli 145, S. Petri le Puelier 70, B. M. de Salles 110, et de Moustier moyen eccliārum Bituricen. 70 libr. Turonen., in totum 700, ab aedilibus vero 550 et a d. Ioanne 700 libr. annuis dotatum, ac 9000 libris semel numeratis a d. Ioanne una cum ipsius domo donatum, in quo Aymundus Hayus Provinc. S. I. in regno Franciae, litterarum et philosophiae regentes octo constituit, auctoritate apostol. erigit, confirmat unionem tam collegii et prioratus B. M. de la Contal O. S. A. Bituricen. dioec. de consensu Praepositi Monast. Desbone d. Ord.

Lemovicen. dioec. factam (fructus, 24 duc. aur.) quam 5 suppressorum primo vacaturorum in 5 praedictis ecclesiis canonicatuum (singulorum fructus 24 duc.) quibus vacantibus cesset annua 700 libr. pensio. - Bituricen. Lugdunen. et Aurelianen. officialibus per apostolica scripta executionem committit.
R. ap. S. M. Id. Iul. 1574 P. an. III.

Reg. bull. II. 356.

46. A. F. R. M. *De Romani Pontificis providentia.* - Greg. XIII collegio Poenitiariorum Basilicae Princ. Apostolorum de Urbe assignat medietatem emolumentorum ad plumbum provenientium et expeditionum quae fiunt per officium minoris gratiae, necnon eorum quae Guglielmo de la Porta monacho converso monast. Fossanovae Cisterc. Ord. Terracinen. dioec. litterarum apostol. bullatori a Pio V, IV id. Iun. P. an. I. concessa fuerunt. - Alexandro Epō Tusculan. Card. Farnesio R. E. Vice Cancellario executionem committit.
R. ap. S. M. Id. Iul. 1574. P. an. III.

Reg. bull. II. 327. b.

47. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Gregorius XIII Societati Iesu concedit facultates varias circa librorum prohibitorum usum.
R. ap. S. P. VIII Ian. 1575 P. an. III.

Nov. bull. S. I. 53. *Reg. bull. I.* 240 b..

48. A. P. R. M. *Quoniam nos pridem.* - Greg. XIII assignat et incorporat coll. Germanico palatium contiguum S. Apollinaris cum aedibus annexis, e regione portae maioris eccl. domus fr. Eremitarum S. Augustini de Urbe aliisque ad ec - clesiam S. Apollinaris pertinentibus ea dismembrando a tit. S. Apollinaris per obitum Pr. Card. Caroli a Lotharingia vacante.
R. ap. S. P. V Id. Ian. 1574. P. an. III.

R. ex typ. cam. ap. 1656. *Bull. coll. Germ.*

49. A. P. R. M. *In supremo apost. dignitatis.* - Greg. XIII, petente Sebastiano Portug. et Algarb. rege nomine suo et An-

tonii Episc. Miranden. Ioannis Ducis Bragantiae et Gen. S. I. confirmat seu applicat pro parte collegio Bragantino a Juliano d. dioec Epõ erecto, fructus paroch. eccl. S. Petri de Pennas juntas per obitum Greg. Diaz vacantis, S. Mametis d' agro chaon. S. Martini de Ervedosa, et S. Barbarae do Brito ei annexarum, S. Ioannis de Trabasceiro, abbatiae S. Iuliani de Paços per Bened. Leite obitum vacantis, capellae S. Petri de Lagarellos, B. M. de Rio de fornos, S. Mametis de Tavagaa d. abbatiae annexarum, abbatiae B. M. de Grijo de Valvenfeito obitu Laur. Mendez Dantas vacantis, abbatiae S. Nicolai dos Corticos a Seb. Vaz resignatae et S. Michaelis de Cervadella ei annexae. Fructus insimul, 950 duc. aur. Deducuntur 400 cruc. pro 4 ecclĭārum rectoribus.

R. ap. S. P. IV kal. Mart. 1574. P. an. III.

Reg. bull. II. 360.

50. A. P. R. M. *Divina disponente clementia.* - Greg. XIII confirmat concordiam inter coll. S. I. Colimbriense a Ioanne et Sebastiano regib. Portugalliae et Algarbiorum olim erectum, et Rectorem, consiliarios et deputatos universitatis d. civitatis qui annuum redditum 3 mill. cruciator. liberum ex bonis universitatis dare recusabant, nisi collegium membrum universitatis esset. Legentur in d. collegio 4 lectiones artium, 10 schol. lat., 1 graec., 1 hebr. Archiep. Ulixbonen. et Episc. Colimbrien. et Visen. executionem committit.

R. ap. S. P. non. Apr. 1575. P. an. III.

Reg. bull. II. 335.

51. *Alias cum accepissemus.* - Greg. XIII Carolo Archiduci Austriae significat se collegii Graeciensis Salzburgen. dioec. fundationem ab eo factam libenter confirmare.

R. ap. S. P. VII Apr. 1575. P. an. III

Reg. bull. II. 355 b.

52. *Quam plenam scandali.* - Greg. XIII Epõ Parentin. mandat ut, quatenus plenam scandali vitam a pluribus annis citra duxerint ducantque fratres seu monachi monasterii S. Petri Ord. S. Pauli primi eremit. in silva Parent. dioec., religiosos

S. I. quos eo in loco tam ipse quam Carolus Archidux Austriae plurimum profuturos significaverunt, monachis ad alia ordinis eiusdem monasteria translatis substituat et monasterium eiusque fructus perpetuo hisce applicet.
R. ap. S. P. VIII Apr. 1575.

Brev. et rescr. 138.

53. A. P. R. M. *Pio tenemur.* - Greg. XIII supprimit titulum vacantem S. Apollinaris eiusque beneficia, canonicatus, dignitates, ecclesiam collegiatam et parochialem, et unit collegio Germanico, reservatis pensionibus pro rata trium super monast. SS. Sabbae et Andreae beneficiatis canonicis tunc viventibus; cura animarum per presb. saec. ad nutum Cardin. protectorum approbandum, exercenda. Assignat festa in eccl. S. Apoll. cum assistentia alumnorum celebranda.
R. ap. S. P. Id. Apr. 1575 P. an. III.

R. ex typ. cam. ap. 1656. *Bull. coll. Germ.*

54. A. P. R. M. *Decet Romanum Pontificem.* - Greg. XIII Societati Iesu concedit facultatem suis et aliorum Ordinum privilegiis more suo utendi, ac Praeposito illa per se vel alios communicandi.
R. ap. S. P. III Maii 1575 P. an. III.

Nov. bull. S. I. 54. *Reg. bull. I.* 241.

55. A. P. R. M. *Intelligentes quam Domino.* - Greg. XIII confirmat litteras quas Carolus tit. S. Chrysogoni Pr. Card. Borbonius Apost. Sedis in civitate Avenionen. de latere Legatus in executionem Brevis XVII Jun. P. an. II confecit et dedit in palatio Avenionen. XVII Oct. 1574, per quas, uti iam per patentes litteras in septo loci de Plessis les Tours 6 Sept. 1569 collegio S. I. Avenionen. donaverat 1200 libras Turonenses annuas super bonis hugonotorum, haereticorum et rebellium, ita determinate hunc redditum assignat super bonis ab anno 1560 in civitate Carpentoracte et oppidis Bedoini et Mazani. - Eidem Cardinali et Georgio tit. S. Nicolai in carcere Tulliano Pr. Card.

de Arminiaco eidem Card. in legatione collegae executionem committit.

R. ap. S. P. VII Maii 1575 P. an. III.

Reg. bull. II. 333 b.

56. A. P. R. M. *Ad apost. dignitatem.* - Greg. VIII confirmat contractum inter Fr. Ord. minor. S. Franc. Conventuales nunc. provinciae Coloniensis et Archiep. Treviren. pro fundando coll. S. I. initum. 1° Henr. Odendalius D. in theol. magister Provincialis et R. P. Generalis Commissarius, Ioann. Neunkirchensis a Westenburg Custodiae Colonien. custos, Math. Aldegundanus Custos Treveren, Steph. Becudanus Guard. conventus Treveren. Iacobo Archiepō Treviren. petenti cedunt monast. suum cum hortis etc. et domo ea quae a regione Pistoris iacet, et accipiunt in perpetuam possessionem collegium S. Germani in eadem civitate cum subsidio mille dalerorum ad ejus restructionem et desolato sui ordinis monasterio in superiori Wesana quod praedecessor Archiepisc. ad manus suas transtulerat. Treviris, anno 1570, 29 mart.

2°. Iacobus sanctae Treviren. eccl. Archiepisc. S. R. Imp. per Galliam et regnum Arelatense Archicancellarius et Princeps elector, errorum et sectarum monstris Societatem Iesu opponere cupiens, collegium d. Soc. a Ioanne praedecessore inchoatum perficiens, suprad. monast. eis tradit SS. Trinitatis nuncupandum; praeter assignatum a Ioanne monaster. S. Barbarae, assignat ei desolatum monast. Westenbruil cum agris, vineis etc. in Trittenheim, et prato in insula Mosellae, dimidiam partem curtis in pago Novill, Dñae Barbarae nuncupatae, 250 flor. aur. de 5 millibus ex monasterio divi Maximini. Treviris, 19 apr. 1570, praesentibus Gregorio Epō Azoten. in spir. Vic. Gen., Ioanne Schonenburgh praeposito, Matthia abb. S. Maximini, Godefr. a Walderdorff, Phil. Comite a Manderscheidt Archidiaconis, Wolfgango dño in Eltz scholastico, Wumphelingo Cancell., Antonio dño in Eltz Marescalco, Conr. Rectz licent., Hieron. Waltbrero Dre, Consiliariis - S. Pontifex Archiep. Treviren. et Epō Ameren. et cam. apost. generali auditori executionem committit.

R. ap. S. P. XV Iun. 1575. P. an. IV.

Reg. bull. II. 337.

57. A. P. R. M. *Quaecumque ad vitae usum.* - Greg. XIII concedit coll. Germanico duas uncias aquae Virginis.
R. ap. S. P. XVI kal. Iul. 1575. P. an. IV.

R. ex typ. cam. ap. 1658 *Bull. coll. Germ.*

58. *Commissum nobis desuper.* - Greg. XIII thesaurario eccl. Abulen. et officiali Abulen. mandat ut attentis litteris Pauli II, *Cum omnibus iudiciis*, 1465, 5 id. Maii P. aō. I. (quae inseruntur), petitioni Rectoris collegii S. Aegidii S. I. Abulen. satisfieri curent, sc. de alienatione in evidentem utilitatem partis cuiusdam prati de Hesa del Alameda nunc. in territorio del Cid per Lud. de Molina sub certis conditionibus relicti, cuius fructus annuus 30 m. morapetinorum, 80 duc. monetae partium illarum, in favorem emptoris Aegidii Gonzales laici Abulen.
R. ap. S. P. id. Iul. 1575. P. an. IV.

Reg. bull. II. 406.

59. *Molestum sane nobis.* - Greg. XIII Carolo Borbonio et Lud. Guisiano Pr. Cardinalibus et Episcopis Parisien. Altissiodoren. Andegaven. et Ebroicen., mandat ut dissensionum inter universitatem Parisiensem et presb. S. I. exortarum causas cognoscant, easque componere ipsius nomine procurent; super quo eam tribuit facultatem quae necessaria fuerit.
R. ap. S. P. XXII. Aug. 1575. P. an. IV.

Carayon, documents, I. p. 36.

60. A. F. R. M. *Ad apost. dignitatis.* - Greg. XIII Gerardo Epō Leodien. et Praep. Gen. S. I. concedit ut litterae unionis prioratus loci de Musnault a Lamberto ab Ora canon. Leodien. resignati cum collegio Leodien. S. I. perinde valeant, licet d. prioratus infra limites ducatus Bullonensis inclusus vel certe eisdem limitibus conterminus sit et non Leodien. sed nullius aut Treviren. dioec.
R. ap. S. P. kal. Sept. 1575. P. an. IV.

Reg. bull. I. 257. b.

61. A. P. R. M. *Decet Romanum Pontificem.* - Greg. XIII

petente Sebastiano Portugalliae et Algarbiorum rege, declarat litteras unionis parochialis eccl. S. Pelagii loci de Caria Lamacen. dioec. cum coll. S. I. Colimbriensi perinde valere, ac si mentio facta fuisset de iure patronatus et praesentandi ac de lite exorta.

R. ap. S. M. VII kal. Oct. 1575. P. an. IV.

Reg. bull. II. 387.

62. *Accepimus binas.* - Greg. XIII Duci Bavariae commendat ne mendaciis credat contra Franc. Toletum Iesuitam hominem omnium qui nunc sunt sine ulla controversia doctissimum, concionatorem in palatio pontificio, cuius consilium in rebus gravissimis S. Poenitentiariae omnibusque fere quae ad animarum salutem pertinent, adhibet, quem Ernesto Ducis filio ex sacris litteris quotidie interpretari Pontifex voluit.

R. ap. S. P. XXII Nov. 1575 P. an. IV.

Arch. Vat. Brev. ad Principes, tom 23 p. 71.

63. A. P. R. M. *Ad apost. dignitatis.* - Greg. XIII de novo unit cum coll. S. I. Colimbriensi ecclesiam parochialem S. Iacobi apud paludes de Barra in districtu oppidi de Montemaiori veteri, ab Alphonso Danagna milite militiae S. Iacobi de Spata donatam. Fruct. 100 duc., cum onere reparationis aggerum et unius vicarii sustentationis, cum parochiani incoluerint locum.

R. ap. S. P. kal. Dec. 1575. P. an. IV.

Reg. bull. II. 370.

64. A. P. R. M. *Circa coll. Germanici.* - Greg. XIII eximit coll. Germanicum ab omni contributione pro seminario tam Urbis quam quolibet alio ubivis instituto vel instituendo.

R. ap. S. P. id. Dec. 1575 P. an. IV.

R. ex typ. cam. apost. 1656. *Bull. coll. Germ.*

65. A. P. R. M. *Ne gratiae ab hac Sede.* - Greg. XIII dismembrat mediam partem proventuum abbatiae S. Petri Laudi

Veteris et applicat coll. Germanico, liberam ab omni gabella, datio, decima.
R. ap. S. P..... 1575. P. an. IV.

R. ex typ. cam. ap. 1676. *Bull. coll. Germ.*

66. A. P. R. M. *Ad ea per quae.* - Greg. XIII ne oriatur dissensio inter collegium et parochum S. Apollinaris mandat quod collegium ratione exercitii curae animarum, teneatur ad praestationem congruae parocho, non autem ad providendum de coadiutore nec ad alias quascumque expensas, ad quae omnia teneatur parochus suis sumptibus; qui in parte superiore et choro ecclesiae celebrare, benedicere non valet nisi de Rectoris licentia.
R. ap. S. P..... Dec. 1575. P. an. IV.

R. ex typ. cam. ap. 1656. *Bull. coll. Germ.*

67. A. P. R. M. *Desiderantes cunctorum Christi.* - Greg. XIII diversas indulgentias concedit tam Sociis quam fidelibus, et Episcopis facultatem ad tempus erigendi sodalitates sub SS. Sacramenti invocatione constitutas, in Indiarum orientalium et Brasiliae partibus.
R. ap. S. P. XI Ian. 1576. P. an. IV.

Litt. Apost. 8.

Reg. bull. II. 340. b.

68. A. P. R. M. *Altitudo divinae providentiae.* - Greg. XIII Henrico tit. SS. 4 Coron. Pr. Card. Infanti Portug. collegii seu universitatis S. Spiritus in civ. Elboren. S. I. fundatori facultatem impertitur unum vel duo aut plura alia collegia clericorum scholarium in d. civ. erigendi, eorum gubernationem S. I. aliisve committendi, statuta condendi, necnon dismembrandi 4 millia cruc., duo sc. a fabrica, duo a capitulari mensa Elborensi, eaque applicandi collegiis S. Sp. et Purificationis aliisque erigendis, in eorum usus et iuxta d. Henrici ordinationes. Archiepõ Ulixbonen. et Epõ Sylven. et archid. Olivença in eccl. Bracharensi executionem committit.
R. ap. S. P. IV Feb. 1576. P. an. IV.

Reg. bull. II. 488.

69. *Ad augendam vestram.* - Greg. XIII Generali, Provincialibus etc. novitiis, ministris etc. et scolasticis iubilaei indulgentias concedit.
R. ap. S. P. X Feb. 1576 P. an. IV.

Reg. bull. II. 340.

70. A F. R. M. *Unigeniti Dei filii.* - Greg. XIII Societati Iesu concedit facultatem medendi citra adustionem et incisionem, pro medicinae peritis.
R. ap. S. P. X Feb. 1576. P. an. IV.

Nov. bull. S. I. 58. *Reg. bull. II.* 341 b.

71. *His quae pro collegiorum.* - Greg. XIII cantori ecclesiae Panormitanae ac vicario Archiepiscopi Montisrealis confirmat alienationem in emphyteusim perpetuam quorumdam tenimentorum coll. S. I. Panormitani et domorum in eis constructarum, subtus dictum collegium in via publica Lo Capharo nuncupata.
R. ap. S. P. IX kal. Mart. 1575. P. an. IV.

Reg. bull. II. 369.

72. A. P. R. M. *Cum ad uberes fructus.* - Greg. XIII petente Gasp. de Azevedo et de Zuniga comite de Monterey applicat tertiam partem fructuum paroch. eccl. B. M. de Mederos, Aurien. dioec. de consensu Franc. de Denia ejus Rectoris, collegio S. I. de Monterey. Fructus, 200 duc.
R. ap. S. P. kal. Iun. 1576. P. an V.

Reg. bull. II. 385.

73. A P. R. M. *Romanus Pontifex.* - Greg. XIII de novo unit cum coll. S. I. in oppido de Montilla Corduben. dioec. a Catharina Fernandez de Cordova marchionissa de Pliego erecto, beneficium in parochialib. eccl. S. Mariae et S. Iacobi invicem iunctis loci de Pliego, districtus monasterii abbatiae nunc. de Alcala la Real null. dioec., ab Andrea de Casaruvios

cler. Toletano resignatum. Fructus, 300 duc. Fructus a d. Andrea perceptos condonat.
R. ap. S. P. XXX Iun. 1576. P. an. V

Reg. bull. II. 371

74. A. P. R. M. *In supereminenti.* - Greg. XIII confirmat assignationem, collegio S. I. de Brera factam a Io. Paulo tit. S. Pancratii Pr. Card. ab Eccl. nuncupato, fundi Badagii nunc. praepositurae de Brera, loco pensionis unius 800, et alterius 200 scut. aur. quas d. Card. solvebat.
R. ap. S. P. XVI Iul. 1576 P. an. V.

Reg. bull. II. 372. b.

75. A. P. R. M. *Quaecumque sacrarum.* - Greg. XIII eximit S. I. a publicis supplicationibus.
R. ap. S. P. XVI Iul. 1576 P. an. V.

Nov. bull. S. I. 59 *Reg. bull. II.* 373. b.

76. A. P. R. M. *Coelestis Patris providentia* - Greg. XIII petente Iuliano Epō Albien. applicat coll. S. I. Ruthenensi fructus prioratus S. Salvatoris loci de Chiraco O. S. Ben. Mimaten. dioec. quem a Mag. Laurentio Blanchetto clerico Bononiensi, commendatario, resignatum monasterio S. Victoris Massilien. eiusdem Ordinis unit et Iuliano d. Epō commendat. Fructus, 24 duc. - Episc. Ruthenen. Claromontan. et Lemovicen. executionem committit.
R. ap. S. P. non. Aug. 1576 P. an. V.

Reg. bull. II. 395. b.

77. A. P. R. M. *Dum ad uberes fructus.* - Greg. XIII, petentibus Ever. Mercuriano Pr. G. S. I. et Maria de Mendoza nata Aloys. Hurtado et Catherina de Mendoza dum viverent marchionibus oppidi de Mondejar Toletan. dioec., fundationem domus probationis novitiorum an. 1570 cum redditu annuo 3500 duc. transfert in collegium Complutense.
R. ap. S. P. non. Aug. 1576 P. an. V.

Reg. bull. II. 385.

78. A. P. R. M. *Coelestis Patris providentia.* - Greg. XIII applicat coll. S. I. Colimbriensi bona parochialis eccl. S. Pelagii loci de Caria Lamacen. dioec. per obitum Gasp. Rebello vacantis. Fructus, 500 duc., demptis 100 duc. pro parocho.
R. ap. S. M. X kal. Oct. 1576. P. an. IV.

Reg. bull. II. 368.

79. *Exhibita siquidem.* - Greg. XIII Everardo Mercuriano Pr. Gen. S. I. concedit, attenta paupertate domus professae et utilitate collegii Romani quo 1500 scholares confluunt, tres uncias aquarum a fonte Salone derivantium et in Urbem illabentium, duos pro coll., unam pro domo professa.
R. ap. S. P. XV Oct. 1576 P. an. V.

Reg. bull. II. 374. b.

80. A. P. R. M. *Salvatoris Domini nostri.* - Greg. XIII S. I. confirmat et extendit privilegium aedificandi et habitandi ubique, etiam intra cannas aliorum Ordinum.
R. ap. S. P. XXX Oct. 1576 P. an. V.

Nov. bull. S. I. 61. *Reg. bull. II.* 389. b.

81. A. P. R. M. *Quoniam collegium Germanicum.* - Greg. XIII collegio Germ. a se instituto locum ubi scholares studii assiduitate fessi vel morbo debilitati se recreent concedit, vineam extra port. Flamineâm in loco Pesaioli quae ad cameram apost. spectat et vineolam contiguam 22 terrae petiarum; d. collegium in iuribus cam. apost. super iis substituit. Ioanni Ostiensi Card. Morono, Hier. Maceraten. et Paulo nuper Pennen. et Andrien. Episc. exec. committit.
R. ap. S. P. XX Nov. 1576 P. an. V.

Bull. Rom.

82. A. F. R. M. *Provisionis nostrae.* - Greg. XIII litterarum apostolicarum Pii IV: *Exuberans et indefessus* d. d. 15 Iun. 1563. P. aō IV, tenorem insertum certitudinem facere decernit.
R. ap. S. P. XXVIII Nov. 1576 P. an. V.

Hernaez, I. 121. *Reg. bull. II.* 375.

83. A. P. R. M. *Apost. Sedis circumspecta.* - Greg. XIII in perpetuum concedit S. I. amplam facultatem alienandi in evidentem utilitatem, iuxta ipsius Constitutiones.
R. ap. S. P. XVIII Dec. 1576 P. an. V.

Nov. bull. S. I. 66 *Reg. bull. II.* 378.

84. A. P. R. M. *In supereminenti.* - Greg. XIII, Henrico tit. SS. 4 Cor. Pr. Card. Infanti Portug. formidanti ex dismembratione fructuum a mensa capitulari Elboren. et eorum applicatione collegiis S. I. varia odii fomenta, discordias et controversias oriri posse, supprimit dismembrationem alias factam a d. mensa, quoad 1500 cruc., ea remanente quoad 500, et dismembrat possessiones in oppido d'Estremoz ad mensam Archiepālem spectantes, valoris 1500 cruc. annuatim easque applicat collegio S. Spir. erecto et Purificationis erigendo. Archiepō Ulisbon. ac Syluen. et Eluen. Episc. exec. committit.
R. ap. S. P. XXIII Dec. 1576 P. an. V.

Reg. bull. II. 490.

85. *In apostolicae Sedis.* - Greg. XIII, misertus graecae nationis, per Turcarum tyrannidem ad extremam calamitatem et ignorantiam redactae, arbitratus aptissimum remedium fore, si in Urbe collegium erigatur pro pueris et adolescentibus graecis ex Graecia et aliunde conquisitis eruliendis in re christiana et theologia, ac dein in patriam remittendis, collegium Graecorum instituit. Ei dotis nomine assignat 100 scuta auri in singulos menses et redditus ecclesiae cathedr. Chirsasiensis (Chersoniensis) ins. Cretae vacantis, illud eximit a iurisdictione, impositione, facultatibus donat, protectores ipsi constituit Iacobum S. Mariae in Transtib. Sabellum, Gulielmum S. Laurentii in Palisperna Sirletum, Iulium S. Barthol. in insula S. Severinae Presbyteros, necnon Antonium S. Mariae in Cosmedin Diac. Card. Caraffam.
R. ap. S. P. Id. Ian. 1576 P. an. V.

Bull. Rom. *Brev. et rescr.* 150

86. *Sane comprobata.* - Greg. XIII extendens gratiam a Praedecessore 4 Ian. 1569 v. v. o. concessam ad aliud de-

cennium a fine prioris computandum concedit S. I. ut eius Religiosi in utriusque Indiae, Brasiliae ac Novae Hispaniae regionibus ad ordines, extra tempora a iure statuta, promoveri possint.

R. ap. S. P. XV Ian. 1577 P. an. V

Litt. Apost. 41. *Reg. bull. II.* 379. b.

87. A. P. R. M. *Exhibita nobis nuper.* - Greg. XIII, petente communitate Terrae Montis Sancti Firman. dioec. attendens ad testamentum Antonii Casagrand qui propriam domum pro collegio erigendo S. I. legaverat, eius voluntatem commutat quoad locum, et S. I. applicat duas ecclesiae S. Iuliani et S. Luciae quas profanat, necnon unum hospitale nullis redditibus dotatum.

R. ap. S. P. XXI Ian. 1577 P. an. V.

Reg. bull. II. 394.

88. *Exponi siquidem nobis.* - Greg. XIII, petentibus Petro Ant. Bandino et Iulio Fulco, voluntatem Ludovici Corbinelli qui ante suam professionem in S. I. instituerat coll. Rom. haeredem suum universalem et ipsos administratores constituerat sub certis conditionibus, commutat, eos ab administratione liberat. Rectorem coll. Rom. administratorem deputat et licentiam de novo inter hunc et ipsos transigendi concedit.

R. ap. S. P. X Feb. 1577 P. an. V.

Reg. bull. II. 394. b.

89. A. P. R. M. *Disponente clementia.* - Greg. XIII petente Sebastiano Portug. et Algarb. rege, collegio S. I. Colimbriensi applicat mensam conventualem monasterii B. M. loci de Carquere O. S. A. Lamacen. dioec. cuius possessionem mense Sept. 1563, post obitum Prioris Ant. Noguiera cepit. Fructus, 160 duc. Duobus canonicis superstitibus congrua portio assignetur; quaevis onera monasterio incumbentia in suffragia quae ex Instituto S. I. pro benefactoribus fieri solent commutantur.

R. ap. S. P. id. Mart. 1576 P. an. V.

Reg. bull. II. 412.

90. A. P. R. M. *Coelestis Patris providentia.* - Greg. XIII, petente Gul. Creitton Rectore coll. S. I. Lugdunensis, cum d. coll. unit prioratus B. Mariae de Tansa et de Dunieres O. S. B. Anicien. dioec. a Vincentio Epō Montisregal. commendatario resignatas per Rugerium Tritonium cler. procuratorem. Fructus 24 duc.
R. ap. S. P. V kal. Maii 1577 P. an. V.

Reg. bull. II. 399. b.

91. *Personam tuam nobis.* - Vincentio Epō Montis Regalis reservat pensionem 200 scut. auri super prioratu B. M. de Tansa et 100 super prior. de Dunieres. Patriarchae Alexandrino, ac Lugdunensi et Anicien. officialibus executionem committit.
R. ap. S. P. V kal. Maii. 1577 P. an. V.

Reg. bull. II. 401.

92. *Vitae ac morum.* - Isaaco de Magistris clerico Engolismen. reservat pensionem 100 sc. ex causa cessionis ad effectum d. unionis.
R. ap. S. P. V kal. Maii 1577 P. an. V.

Reg. bull. II. 402.

93. *Exponi nobis nuper.* - Greg. XIII, petenti Martino a Sylva pr. S. I. procuratori provinciae Indiae Orientalis, paucitati reliquiarum sanctorum in ecclesiis ultra et citra Gangem consulens, concedit licentiam recipiendi per se vel per deputatos et eo transferendi quascumque reliquias locorum almae Urbis et extra illius muros datas vel dandas, extractas vel extrahendas, et abbatibus, capitulis etc. licentiam tradendi eas, necnon eas veneraturis indulgentiam 40 dierum, et semel in anno 10 annorum et quadragenarum.
R. ap. S. P. XV Maii 1577 P. an. V.

Reg. bull. II. 409.

94. A. P. M. R. *Creditam nobis desuper.* - Greg. XIII, petente Augustino Epō Veronen., clericis per S. I. in gymnasio publico in aedibus episcopalibus gratis instituendis

favens, collegium S. I. in d. civitate erigit, et Epō facultatem tribuit dismembrandi ex beneficiorum antea unitorum et mensae fructibus 300 duc. et applicandi alia quaevis beneficia simplicia etiam perpetua valoris 100 duc. - Patriarchae Alexandrino et Archipresbytero Veronen. ac Vicario Episc. in spirit. executionem committit.

R. ap. S. P. non. Iun. 1577 P. an. VI.

Reg. bull. II. 410.

95. A. P. R. M. *Creditam nobis desuper.* - Greg. XIII, petente Carolo Archiduce Austriae, Duce Styriae, Carinthiae et Carniolae, ecclesiam paroch. S. Aegidii oppidi Graeciensis Salzeburgen. dioec., domum presbyteralem cum omnibus aedificiis d. Caroli sumptu in usum S. I. apparandam et libraria etc. instruendam (quae omnia viva voce exposita literis 7 Apr. 1575, P. an. III confirmata fuerunt) coll. S. I. appropriat et a dependentia Ordinarii eximit, proventus ecclesiae S. Aegidii ad S. Catharinae ecclesiam aliamve transfert, eidem collegio annuam pensionem 2200 fl. rhen. super monast. de Milstat, olim Ord. Cisterciensis., dein ord. mil. S. Georgii attribuit. Patriarchae Alexandrino et Archiep. Salzeburgen. et Epō Sihovien (Seccovien.?) executionem committit.

R. ap. S. P. VI kal. Iul. 1577 P. an. VI.

Reg. bull. II. 403

96. A. P. R. M. *In supereminenti.* - Greg. XIII, petente Petro Nic. Leopardo cler. Racanatensi, considerans « nihil in hac mortali vita esse magis praeferendum quam animi nobilitatem sua lapsam dignitate ad primaevos gradus reducere suoque creatori qui sapientiae et scientiae fons est conformare » collegium S. I. ex eius bonis fundat in loco parochialis ecclesiae S. Viti, quam praepositurae eccl. maioris unitam obtinet Petr. Hier. Leopardus, unionem hanc dissolvit, necnon titulum et insignia parochialia, transfert curam animarum, reditus, altaria, confraternitates ad alias ecclesias ab Ordinario designandas, et ecclesiam cum domo parochiali collegio applicat.

R. ap. S. P. kal. Iul. 1577 P. an. VI.

Reg. bull. II. 421.

97. *Dudum pro parte.* - Greg. XIII thesaurario eccl. Abulen. et officiali Abulen. mandat quatenus ex integro reassumant negotium venditionis (de qua in lit. id. Iul. P. an. IV) cui consanguineus emptoris se interposuit, regni legibus, nempe quod bonorum venditiones dato pari pretio in proximi consanguinei favorem cedant, uti volens.
R. ap. S. P. I Iul. 1577 P. an. VI.

Reg. bull. II. 407.

98. A. P. R. M. *Nostro maxime incumbit.* - Greg. XIII, petente Carolo Archiduce Austriae, seminario S. I. Graeciensi applicat monasterium monialium Studeniz nunc. O. S. D. ad radices montium extra hominum frequentiam situm, monialibus translatis vel in Graeciense monasterium vel in Tulnense O. S. A. prope Viennam, ubi duae tantum supersunt.
R. ap. S. P. X Iul. 1577 P. an. VI.

Reg. bull. II. 408.

99. *Alias siquidem.* - Greg. XIII Societati Iesu concedit facultatem dispensandi ad matrimonium cum neophytis Orientalium et Occidentalium regionum in gradibus iure divino non prohibitis, in interiori quidem foro in perpetuum, in exteriori vero, ubi Ordinarius 200 milliaribus abest, ad 20 annos.
R. ap. S. P. XVIII Iul. 1577 P. an. VI.

Litt. Apost. 46 *Reg. bull.* 409 b.

100. A. P. R. M. *Cathedram militantis Ecclesiae.* - Greg. XIII, petente Petro Lopez, laico Corduben. et medicinae Mro. collegium sub invocatione Assumptionis B. M. V. ab eo pauperibus educandis destinatum, in domo in parochia S. Dominici ab haeredibus Lud. de Angulo empta, cum censu annuo 200 duc. a Theresia de Corduba et de Hozes vidua Alf. Fernandez relicto et cum reditibus nonnullarum domorum in oppido de Marchena a Lud. Ponce de Leon, Duce de Arcos habitationi impudicarum mulierum datarum, post obitum Io. de Godoy d. oppidi incolae percipiendis, necnon annuo censu 9106 morapetinorum ex testamento Ferd. de Herrera Cordubensis, huic collegio assignatis, auctoritate apost. erigit, eiusque re-

gimen in spiritualibus et temporalibus Provinciali prov. Boeticae S. I. committit.
R. ap. S. P. Id. Aug. 1577 P. an. VI.

Reg. bull. II. 417.

101. A. P. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Greg. XIII Iacobo Archiepō Treviren. et S. R. I. Electori confirmat assignationem fructuum collegio S. I. Trevirensi factam et a Praedecessore aō 1570 confirmatam, monasterium monialium S. Dominici sub invocatione S. Barbarae Vestenbruel prope Treviren. civitatem, diu desertum, cum suis annexis in Beckingen Lotharingiae et Dailheim Lutzemburgi ducatuum, Treviren. dioec., et redditum 250 fl. a monasterio S. Maximini separatum eidem collegio applicat, necnon omnia iura cum dominiis ad monasterium S. Salvatoris Prumiense O. S. B. Treveren. dioec. in Arweiler, Reimbarch, Kessling et Wichterich dioec. et distr. Colonien. pertinentibus, pagum quoque Auans in territorio Leodiensi; fructus insimul 1200 fl. rhen. Archiepō Colonien. et Epō Leodien. executionem committit.
R. ap. S. P. XI Sept. 1575 P. an. VI.

Reg. bull. II. 419.

102. A. P. R. M *Intelligentes quam Domino.* - Greg. XIII, Everardo Mercuriano Pr. Gen. S. I. petente et Antonio S. Mariae in Cosmedin Diac. Card. consentiente, ecclesiam, domum, hortum abbatiae S. Nicolai de Calamici O. S. Bas. prope muros Reginen. de qua consistorialiter disponi consuevit, cum annuo censu 150 duc. monetae in regno Neapolitano cursum habentis, applicat collegio S. I. Regiensi, cum onere missam unam quotidie in d. eccl. celebrandi, domus per unum saltem S. I. habitandae, lampadis perpetuae ante altare maius, festi S. Nicolai solemniter pro Soc. more celebrandi, 50 duc. in aedium reparationem et paramenta sacra expendendi. Patriarchae Alexandrino et Archiepō Messanen. et Epō Reginen. executionem committit.
R. ap. S. P. XVII Sept. 1577 P. an. VI.

Reg. bull. II. 420.

103. A. P. R. M. *Dum ad uberes fructus.* - Greg. XIII

confirmat concessionem a Martino Archiepō Turritan. et Sasarren. aō 1570 Vice Provinciali S. I. Sardiniae pro condendo collegio factam domus et ecclesiae in Turritan. civitatis parochia S. Nicolai constructarum a Catharina Montanyas de Flos, vidua Diomedis, quas d. Cath. virginibus et continentibus cum bonis suis an. 1540 legaverat, testamento tamen executioni minime demandato. Epō Ampurien. et Archipresbyteris Turritan. et Ampurien. executionem committit.

Tusculi, XV Oct. 1577 P. an. VI.

Reg. bull. II. 422. b.

104. A. P. R. M. *In suprema Apost. Sedis.* - Greg. XIII, attentis literis saecularizationis monasterii S. Gorgonii loci Gorzien. O. S. B. Meten. dioec. super quo reditus 2500 sc. aur. collegio S. I. Pontismonson. applicati fuerunt, et literis per quas a praeceptoria et hospitali S. Antonii O. S. Aug. Pontismonson. reditus 1500 scut. a mensa episc. Meten. 500, et a fructibus religiorum monast. dioec. Meten. Tullen. ac Virdunen. 1000 sc. dismembravit et eidem coll. applicavit, - Ludovico tit. S. Thomae in Parione Pr. Card. a Suysia nunc. Praesuli Meten. et d. moñii post mortem Card. Caroli a Lotharingia, donec Carolus iunior clericus huius nepos ad legitimam aetatem pervenerit, administratori, concedit ut quamdiu praedicti reditus commode percipi non possunt, nonnulla iura franca viva nuncupata ac reditus aliquot sextanorum pitorum ac decimas per abbates suppressi mon. percipi solitos d. collegio applicet; sc. in locis du Maserey, du Bonneau de Chambley, de Mazey, de Doncourt, et fructus prioratus S. Mariae de Aspero monte a d. mon. olim dependentis, necnon census annuos 2250 franc. Barensium (500 scut.) super mensa Epāli Meten., - et facultatem tribuit applicandi 1000 alia sc. cum exemptione a decimis novalium. Decano et cantori eccl. Tullen. et officiali Meten. executionem committit.

R. ap. S. P. kal. Dec. 1577 P. an. VI.

Reg. bull. II. 450 b.

105. A. P. R. M. *Summi Sacerdotis curam.* - Greg. XIII, petente Henr. tit. SS. 4 Coronatorum Pr. Card. Infante Por-

tugalliae, apud Sebastianum Portug. et Algarb. regem de latere Legato, religionis S. I. in regionibus remotis Regi Portug. subiectis et in ipsa Portug. provinciis ad easdem regiones destinatis, perpetuo concedit ut ad ordines extra tempora promoveri possint.
R. ap. S. P. XIV Dec. 1577 P. an. VI.

Litt. Apost. 52. *Reg. bull. I.* 430. b,

106. A P. R. M. *Pastoralis officii cura.* - Greg. XIII Everardo Mercuriano Pr. Gen. S. I. confirmat derogationem Cap. Nuper, de decimis, ad corroboranda privilegia exemptionis.
R. ap. S. P. 1 Ian. 1578. P. an. VI.

Nov. bull. S. I. 69. *Reg. bull. II* 431. b.

107. *Mittentes vos.* - Greg. XIII Sociis quos mittit ad Pet. electum in Patriarc. Maronitarum Montislibani pro rebus ad catholicam religionem spectantibus promovendis, varias facultates, absolvendi etiam a casibus bullae Cœnae Dñi, libros prohibitos legendi, tribuit.
R. ap. S. P. XXV Feb. 1578 P. an. VI.

Brev. et rescr. 149

108. A. P. R. M. *Cœlestis Patris providentia.* - Greg. XIII, Petro Maiorio Rect. collegii S. I. Avenionen. concedit unionem prioratus S. Martini prope opp. de Visan O. S. B. Tricastrinen. dioec. a prioratu Pontis S. Spir. Uticen. dioec. dependentis et a Ios. Cana cler. Novarien. resignati. Fructus, 150 duc.
Tusculi kal. Apr. 1578. P. an. VI.

Reg. bull. II. 439.

109. *Vitae ac morum.* - Greg. XIII Iosepho Cana prioratum capellam nunc. S. Martini resignanti, reservat pensionem 120 scut. aur. in auro cunei Italiae super eodem prioratu. Curiae caus. cam. apost. generali auditori et officialibus Avenionen. et Tricastrinen. executionem committit.
Tusculi kal. Apr. 1578. P. an. VI.

Reg. bull. II. 439. b.

110. A. P. R. M. *Ad apost. dignitatis.* - Greg. XIII unit cum coll. S. I. Avenionen. prioratum de Nomentaneis et Blandiaco O. S. B. Carpentoraten. dioec. a Fr. de Benedictis cler. Lugdunen. resignatum. Fructus, 80 duc.
Tusculi kal. Apr. 1578. P. an. VI.

Reg. bull. II. 440.

111. *Vitae ac morum honestas.* - Greg. XIII, Francisco de Benedictis cler. Lugdunen. pensionem annuam 60 scut. in auro cunei Italiae super commenda resignata reservat. Curiae caus. cam. Ap. gener. auditori et Avenionen. et Carpentoraten. officialibus executionem committit.
Tusculi kal. Apr. 1578 P. an. VI.

Reg. bull. II. 441.

112. A. P. R. M. *Ad apost. dignitatis.* - Greg. XIII coll. S. I. Veronensi tradit eccl. parochialem S. Sebastiani Veronen. a Paulo Calandro ipsius rectore resignatam. Curam animarum per Epūm Veronen. ad unam seu plures proximores ecclesias transferenda. Fructus, 300 duc. Praeter duas ab antiquo reservatas super ea pensiones 60 et 30 duc. reservatur tertia 70 duc. pro resignante; dismembrantur item 40 minalia frumenti, valoris 18 aut 20 duc. pro ecclesiis ad quas transferetur cura.
Tusculi kal. Apr. 1578. P. an. VI.

Reg. bull. II. 445.

113. *Quanta cum perfidia.* - Greg. XIII, Electori Moguntino significat suum desiderium ut Iulius Balthasar abbas Fuldensis perfide eiectus quamprimum restituatur, seque de ea re scribere ad Rodulphum Imperatorem electum; hortatur ut ipsum soletur.
R. ap. S. P. V Apr. 1578. P. an. VI.

(Nota. 20 alia brevia de eadem re ad Principes, Episcopos, abbatem missa fuerunt ab an. 1578 ad 1581).

Brev. et rescr. 140-148.

114. A. P. R. M. *Quoniam divinae bonitati.* - Greg. XIII variarum nationum in Urbe seminaria esse praesidium con-

tra novos haereticos firmissimum ratus, Gregorii I pia in Anglos officia imitari cupiens, in aedibus hospitalis Anglorum de Urbe instituit unum collegium Anglicanum pro 50 scholasticis qui cum rectore et ministris necessariis inibi alantur, in phil. et theol. graecis hebraicisque litteris, cantu, caeremoniis se exerceant. Annuum redditum 3 m. sc. donec aliunde provideatur constituit; aedes praedictas cum 2 domib. contiguis, et iuribus, et pro cultu divino ecclesiam Sanctissimae Trinitatis et S. Thomae tribuit; eximit collegium, graduum collationem etc. concedit. Ioannem Episc. Ostien. Card. Moronem protectorem constituit.

R. ap. S. P. IV. kal. Maii. 1578 P. an. VI.

Bull. Rom. (Cfr. Records, Foley, vol. VI. pp. XXX, 66.)

115. A. P. R. M. *Ex solita Apost. Sedis.* - Greg. XIII confirmat conventionem inter Hieronymum Archiep. Taurinen. et Io. Mich. Daherium, Archid. decretor. Doct., Barth. Bergeria, Hor. Bairi Canonicos Taurin. ex una, et Everard. Pr. Gen. et Marian. Setinerium Rect. coll. Taurinen. S. I. ex altera factam rogatu Philippi Emm. Ducis Sabaudiae et interventu Hier. Federici Episcopi Lauden. Ap. Sedis Nuntii necnon Octavii Cervien. Episc. similiter nunc Nuntii de permutatione domus et eccl. S. Stephani ad ecclesiae S. I. in loco ab Aleramo relicto et assignato constructionem pro quadam domo super flumen Duriam (Dora) et 600 scut. Octavio Nuntio, et cur. caus. cam. Apost. generali auditori, ac Hieronymi Vicario executionem committit.

R. ap. S. P. kal. Mai 1578. P. an. VI.

Reg. bull. II. 437.

116. *Salvatoris nostri meritis.* - Greg. XIII, Ch. fidelibus confessis et communicatis in die Circumcisionis vel alio per Pr. Gen. seu per Superiorem loci semel pro semper nominando, aliquam eccl. v. cappellam aut pium locum S. I. (unam tantum ubi plures) annis singulis praeterquam iubilaei visitantibus et Pater et Ave recitantibus vel alias orationes, ind. plen. concedit.

R. ap. S. P. VII Maii 1578

Elench. bullar.

117. A. P. R. M. *Quanta in vinea.* - Greg. XIII, S. I. concedit indulgentiam plenariam semel in anno, facultatem celebrandi per horam ante auroram, conferendi gradus etiam per studiorum praefectos et concurrendi cum universitatum lectoribus.

R. ap. S. P. non. Maii 1578 P. an. VI.

Nov. bull. S. I. 72. *Reg. bull. II.* 442.

118. *In multis.* - Greg. XIII. Epõ Cuzquen. commendat Sacerdotes Sodalitatis Iesu quorum opera fidelissima et fructuosissima imprimis utitur, quorumque ordinem ipse ac superiores Pontifices multis privilegiis ornarunt; vult ut eos congruenter apostolicis privilegiis uti sinat.

R. ap. S. P. XIII Maii 1578. P. an. VI.

Fr. Hernaez. I. 567.

119. *In supremo Apost. Sedis.* - Greg. XIII cum coll. S. I. oppidi de Alcala de Henares Toletan. dioec. unit beneficia in de Castrehon et de Michaelis Sarracin. oppidorum Salmantin. dioec. parochialibus ecclesiis a Ioanne de Mendoça canon. et archidiac. de Talavera in eccl. Toletana resignata. Fructus 100 duc.

R. ap. S. P. id. Maii 1578. P. an. VI

Reg. bull. II. 444.

120. *Quia in futurorum eventibus.* - Greg. XIII, attendens ad literas, quibus Pius V unam Congregationem omnium monast. O. S. B. in Portugalliae et Algarb. regnis consistentium erexerat, cui ea monast. incorporata essent, titulo abbatiarum perpetuarum suppresso, et Henrico tit. SS. 4 Coron. Prb. Card. Legato ac Archiepõ Bracharen. et Epõ Portugallen. dederat in mandatis, ut quatenus pro Sebastiani Regis parte requisiti, nonnulla monast. sub certis conditionibus supprimerent et certis Religionibus unirent, - comperta oppositione monachorum mon. S. Salvatoris de Pace de Sousa, quod post obitum Emmanuelis Episc. Targen. commendatarii collegio S. I. Elborensi per dict. Cardinalem unitum fuerat, et visitatione dein inibi per eum facta atque unionis confirmatione, - petente

Sebastiano praedictam unionem iterum confirmat, et rebelles compescendos decernit.
R. ap. S. P. XVII Maii 1578 P. an. VI.

Reg. bull. II. 447.

121. A. P. R. M. *Creditam nobis desuper.* - Greg. XIII, petente Henrico tit. 4 Coron. Pr. Card. Elborensis eccl. Praesule tam suo quam Rectoris coll. S. Spiritus Elborensis S. I. et Lud. de Memeses civis Ulixibonensis nomine, confirmat concordiam super occupatione proprietatis de Montes claros et prorogatione pensionis 485 duc. super mensae Archiep. Elborensis fructibus ad tempus vdl. quo Cardinalis declaraverit posse collegium Elborense pretii dati et interesse expensas resarcire.
R. ap. S. P. III. id. Aug. 1578. P. an. VII.

Reg. bull. II. 382.

122. A. P. R. M. *Ex iniuncto nobis.* - Greg. XIII, petente Franc. Archiepō Compostellan. et abbatissis conventuum monasteriorum S. Mariae novae Compostellan. et S. Clarae prope d. civitatem O. S. Cl. sub cura fr. min. de observantia, committit Nuntio Apost. Sedis apud Philippum Hisp. regem confirmationem venditionis pretio 4 m. duc. d. monasterii S. Clarae pro erigendo collegio S. I. et translationis monialium, paucarum nempe, ad mon. S. Mariae a quo extractae fuerant, cum applicatione reddituum.
Tusculi, VI id. Sept. 1578. P. an. VII.

Reg. bull. II. 453. b.

123. A. P. R. M. *Cum in iis quae.* - Greg. XIII cum coll. Germanico Urbis unit abbatiam in eccl. monasterii S. Crucis Fontis Avellanae Camald. Ord. Eugubien. dioec. per Iulii Episc. Sabinen. qui eam a Pio V in commendam saecularem erectam obtinebat obitum vacantem, reservatis pensionibus 1000 duc. Michaeli tit. S. Mar. supra Minervam Pr. Card., 2000 Iuliano de Ruvere cler. Rom., 1000 Graecorum et 1000 Neophytorum collegiis in Urbe. Fr. 1000 fl. et 6000 duc.
R. ap. S. P. IX Sept. 1578. P. an. VII.

124. A. P. R. M. *Romani Pontificis.* - Greg. XIII, attentis literis fundationis domus probationis S. I. oppidi de Villagarcia Valentin. dioec., petente Magdalena de Ulloa, nominationem domini de d. oppido in patronum capellaniarum ecclesiae S. Petri, et Rectoris domus ac Abbatis mon. B. Maria in visitatores capellanorum cassat, et confirmat deputationem d. Rectoris in patronum et visitatorem; literas declarat perinde valere ac si de priore nominatione cum cassatione mentio facta fuisset.
R. ap. S. P. kal. Oct. P. an. VII.

Reg. bull. II. 454. b.

125. A. P. R. M. *Frustra aedificiorum.* - Greg. XIII cum coll. German. Urbis unit monasterium S. Petri Laudi Veteris O. S. Ben. Lauden. dioec. a Theodoro de Raude cler. commendat. resignatum, supprimit dignitatem abbatialem, vicariam cum dote 50 duc. erigit. Fr. 4900 duc., super quibus annuae pensiones ad 150 duc. reservatae sunt.
R. ap. S. P. kal. Dec. 1578.

R. ex typ. cam. ap. 1656. *Bull. Germ.*

126. *Cùm te qui ob eximiam.* - Greg. XIII Antonio Possevino theologo suo, pro gravibus S. Sedis negotiis in Suetiam usque et alias septemtr. partes misso, ut personis Suetiae ac finitimorum quarumcumque regnorum et provinciarum Daniae et etiam insularum septemtr. atque Moscoviae, Livoniae, Russiae, Hungariae, Pomeraniae, Saxoniae ubi nulli sunt Episcopi, consulere possit, facultates impertitur absolvendi, dispensandi, coniugibus benedictionem sacerdotalem tribuendi, etc.
R. ap. S. P. I. Dec. P. an. VII.

Brev. et rescr. 175 b, 178.

127. *Certiores facti sumus.* - Greg. XIII regi Bungi illustri benignitatem erga sacerdotes Sodalitatis Iesu et facultatem sacri baptismi filio concessam gratulatur, et hortatur eum ut in hac voluntate perseveret.
R. ap. S. P. XX Dec. 1578.

Bull. patr. Port. I, 229.

128. A. P. R. M. *Romani Pontificis.* - Greg. XIII Petro Aloysio Beuter Pr. Valentin. S. I. Professo concedit ut, in locum pauperum scholarium, quibus ex testamento Petri Antonii Beuter, etiam Pr. Valentin., fructus quorumdam domus et bonorum distribuendi erant, subrogetur coll. S. I. d. oppidi. Fructus, 68 duc. Archiepō Valentin, curiae causarum cam. apost. gener. auditori et Archidiacono Setavien. (Játiva) in eccl. Palentin. exec. committit.

R. ap. S. P. 1 Ian. 1579 P. an. VII.

Reg. bull. II 460 b.

129. A. F. R. M. *Romanus Pontifex.* - Greg. XIII superiorem clericorum Regularium Soc. I. constituit administratorem in spiritualibus ecclesiae Aethiopiae, occurrente illius vacatione, cum Patriarcha admodum senex et debilis existat, et singulas facultates eius, exceptis his quae sunt ordinis, ei tribuit.

R. ap. S. P. III Ian. 1579 P. an. VII.

Reg. bull. I. 243. b.

130. *Inter caetera cordis.* - Gregorius XIII Petro Moya de Contreras, Archiepō Mexicano concedit varias facultates, conciones sacras in Mexicana civitate tempore adventus et quadragesimae ordinandi, ac presbyteros S. I. simul cum reliquis aliorum Ordinum verbi Dei praedicatoribus in tabulis, ut vocant, ponendi, nonobstante quacumque contraria consuetudine.

R. ap. S. P. VI Ian. 1579. P. an. VII.

Reg. bull. I. 244.

131. *Die duodecima Augusti.* - Greg. XIII facultates die XII Augusti et VIII Sept. 1573 S. I. in Indiis concessas ad aliud decennium a fine primo dicti decennii computandum prorogat.

R. ap. S. P. VI Ian. 1579 P. an. VII.

Litt. Apost. 57 *Reg. bull. I.* 101 b.

132. A. P. R. M. *Rationi convenit.* - Greg. XIII S. I. concedit ut communicentur invicem omnia et singula privilegia ei in utraque tum Orient. tum Occidentali India ac Brasilia concessa et concedénda eaque similiter ad novam Hispaniam extendit.

R. X Feb. 1579 P. an VII.

Lit. Apost. 67 *Reg. bull. II.* 461.

133. A. P. R M. *Cathedram militantis Ecclesiae.* - Greg. XIII, petentibus Rectore coll. S. I. Foroliviensis et confraternitate battutorum turchinorum nuncupatorum eiusd. civ., hospitale seu eccl. et parvam domum S. Antonii parvi nunc. a confraternitate usui presb. S. I. an. 1557 traditum permutat cum eccl. prioratu nuncup. S. Bernardi olim O. F. Humiliatorum, de qua Ant. Raggio cler. Forolivien. provisum est, una cum alia veteri eccl. et domuncula ei contiguis ad commodiorem d. presbyterorum habitationem, adiectis quibusdam conditionibus. Amerin. Forolivien. et Imolen. Episc. executionem committit.

R. ap. S. P. IX kal. Feb. 1578 P. an. VII.

Reg. bull. II. 464.

134. A. P. R. M. *Regimini universalis Eccl.* - Greg. XIII confirmat donationem collegio S. I. Legionensi a Ioanne Epõ Legionen. fundato factam a Decano et Capitulo eccl. Legionen. domus, scholae et arearum ad capit. pertinentium, cum onere restitutionis vel solutionis 1500 duc. si coll. dissolvatur. Epõ Amerin., Archidiacono de Valderas et Cantori eccl. Legionen. executionem committit.

R. ap. S. P. Id. Feb. 1578 P. an. VII.

Reg. bull. II. 462.

135. A. F. R. M. *Apostolici muneris.* - Greg. XIII, de Hungaria a Turcis partim subacta partim haeresibus foedata sollicitus, collegium adolescentum Hungarorum in Urbe erigit, suis et camerae apost. sumptibus, quoad aliunde provideatur administrandum; ei applicat ecclesiam S. Stephani in Coelio monte, quam ab ordine S. Pauli eremitae et a Lateranensi ecclesia sepa-

rat cum bonis et iuribus; hospitale S. Stephani regis Hungarorum apud basilicam S. Petri eidem unit; privilegia concedit; designat protectores Ioannem Ostien. Moronum et Iac. Tusculanum Sabellum episcopos, Tholomaeum S. Agathae Comen. et Iulium Antonium S. Bartholomaei in insula titulorum Cardinales.

R. ap. S. P. kal. Mart. 1578 P. an. VII.

Bull. Rom. *Bull. coll. Germ.*

136. *Exponi nobis fecisti.* - Greg. XIII Petro Alarcon S. I. cum aliis Religiosis in Mexicanam provinciam proficiscenti ut ad sacros subd., diac. et presbyt. ordines a quocumque antistite tribus dominicis vel aliis festivis diebus etiam non interpolatis promoveatur concedit.

IV Mart. 1579.

Reg. bull. I. 71 b.

137. *His quae pro beneficiorum* - Greg. XIII attentis lit. Pauli V, *Cum in omnibus,* an. 1465, 5 id. Maii (quas inserit) Archipresb. eccl. Florentinae et Vic. gen. Archiep. Florentini mandat quatenus confirment, si in evidentem, emphyteusim pro coll. S. Ioannini S. I. Florentino a Baccio Pet. Franc. de Fontamnis, perp. capellano in eccl. S. Laurentii Florentin. propositam, loci cuiusdam cum 3 mansionibus tunc ad usum culinae de Chiassolino in loco populo nunc. eiusdem S. Laurentii, collegio contigui et ad suam capellaniam spectantis, annuo canone 18 scut. auri ad rationem 7 libr. monetae pro scuto.

R. ap. S. P. III kal. Maii 1579 P. an. VII.

Reg. bull. II. 401

138. A. P. R. M. *Rom. Pontificis providentia.* - Greg. XIII Henrico Portug. et Algarb. Regi, qui coll. S. Sp. Elborense S. I. exstructum ab ipso dum ecclesiae Elboren. praeerat, et postmodum in universitatem studii generalis erectum variis redditibus ditavit, concedit ut cum eodem collegio uniatur collegium sub invocatione Purificationis B. M. V. et hospitale ab ipso pro capellanis fundata cum onere quod

coll. S. Sp. 106 capellanos seu scholares manuteneat, assignata eorum singulis annua portione, vdl. 30 cruciatorum mon. pro 50 theol., 24 artium liberalium, 26 casuum conscientiae studiosis: quod annuatim 750 cruc. in usum d. hospitalis et collegialium infirmorum eroget, fabricae, paramentis capellaniarum provideat, etc. Archiepō Ulixbonen. et Silven. et Elven. Episc. exec. committit.

R. ap. S. P. XIII Iun. 1579 P. an. VIII.

Bull. Rom. *Reg. bull. II* 466

139. *Salvatoris et Domini.* – Greg. XIII congregationi studiosorum et aliorum Christi fidelium ad ecclesiam collegii S. I. in civitate Barchinonensi, indulgentias concedit, in die adscriptionis, festo Annuntiationis B. M. V., festis Paschatis etc, diebus sabbati et vigiliis festivitatum B. M. V. pro litaniis cantari solitis vel Miserere in quadragesima, pro parvo officio B. M. V. seu corona vel tertia rosarii parte, examine conscientiae vespertino, infirmorum visitatione etc.

R. ap. S. P. XXIII Iun. 1579 P. an. VIII.

Reg. bull. I. 244 b.

140. *His quae pro ecclesiarum.* – Greg. XIII, attentis lit. Pauli V, *cum in omnibus* (quas inserit) Epō Neapolitan. et primicerio eccl. Neapolit. mandat quatenus confirment, si in evidentem, concordiam inter Philippum Episc. Nolan. et Tib. Brancantium laicum Neapolitan. super emptione facta Mario de Afflicto, contemplatione collegii S. I. Neapolitani et pretio 11100 duc. territorii Santo Sosso nuncupati.

R. ap. S. P. VI kal. Iul. 1579 P. an. VIII.

Reg. bull. II. 463.

141. A. P. R. M. *Dum ad uberes fructus.* – Greg. XIII petente Henrico Portug. et Alg. rege, collegio S. I. in civitate Portugallensi applicat praedia, vineas, domus, iura et medietatem decimarum parochialium monast. S. Mariae loci de Bandoma, S. Ouaiae, S. Michaelis de Crestello, per obitum Io. de Lomano a mense Augusto an. praeteriti vacantium. Valor, 280

duc. Congrua portio 40 cruc. reservetur pro vicariis. - Archiepō Bracharen. et Epō Lamacen. exec. committit.
R. ap. S. P. III id. Sept. 1579. P. an. VIII.

Reg. bull. II. 476.

142. A. P. R. M. *Provisionis nostrae* - Greg. XIII, petente Rectore coll. German. et Hungarici de Urbe, bullam Iulii II *Iniunctum nobis* d. d. III kal. Apr. 1512, P. an IX de registro transcribi permittit et transsumpto fidem haberi vult sc. de unione eccl. ruralis S. Mariae de Celsano prope opp. Galerae Portuen. dioec. quae de iure patron. Ioannis Iordani dom. tempor. d. opp. et coniugis Felic. de Ruvere existebat, cum conventu monasterii S. Stephani in Coelio monte O. S. Pauli primi eremitae. Fr. 20 duc. aur.
R. ap. S. P. VI. kal. Oct. 1579 P. an. VIII.

R. ex typ. cam. ap. 1656 *Bull. Coll. Germ.*

143. *Usum altaris viatici.* - Greg. XIII Societati Iesu usum altaris viatici a Paulo III concessum, a Tridentino universe sublatum, restituit inter missiones.
R. ap. S. P. I. Oct. 1579 P. an. VIII.

Nov. bull. S. I. 76 *Reg. bull. I.* 246. b.

144. A. P. R. M. *Coelestis Patris providentia.* - Greg. XIII, petente Toussano Roussel Rect. coll. S. I. Burdegallen., prioratum S. Salvatoris oppidi civit. nunc. S. Macarii O. S. B. Burdegallen. dioec. a Ioanne Rousseau Canon. Burdegallen. resignatum, qui conventualis non tamen electivus et sine cura animarum existit, in quo 3 monachi existunt, qui a mon. S. Crucis Ord. et dioec. praedictorum dependet, supprimit et cum d. coll. unit, 3 monachis remanere sive alio se recipere concesso. Fructus, 23 duc.
Tusculi IV id. Oct. P. an. VIII.

Reg. bull. II. 468. b.

145. A. P. R. M. *In supereminenti* - Greg. XIII petente Everardo Mercuriano Praep. Gen. extendit pro Religiosis S. I. in regionibus extra Europam, privilegium a Pio V in-

dultum et in suis post huius obitum super hoc indulto literis contentum, assumendi iudices conservatores idoneos quosvis, loco qualificatorum supradictarum litterarum tenore.
R. ap. S. P. IX kal. Nov. 1579 P. an. VIII.

Litt. Apost. 82. *Reg. bull. I.* 208.

146. A. P. R. M. *Decet Romanum Pontificem.* - Greg. XIII, petente eodem, extendit ad provincias S. I. extra Europam, privilegium a Paulo III sub data 15 kal. Nov. P. an. XV, et a Pio IV sub data 6 kal. Dec. P. an. VI concessum contra apostatas.
R. ap. S. P. IX kal. Nov. 1579 P. an. VIII.

Litt. Apost. 67. - *Bull. Rom.* *Reg. bull. I.* 209

147. A. P. R. M. *Dum attenta considerationis* - Greg. XIII in collegio S. I. Vilnensi, a Valeriano Epō ante 10 annos erecto ad patriae ab erroribus schismaticis et infidelitate mahometana tutelam, Stephano Poloniae rege consentiente erigit studium generale theologiae, artium et philosophiae, eique privilegia aliorum studiorum generalium concedit.
R. ap. S. P. III kal. Nov. 1579 P. an. VIII.

Bull. Rom. *Reg. bull. II.* 477. b.

148. A. P. R. M. *Coelestis Patris providentia.* - Greg. XIII, Claudio Ecc. Rom. Pr. Card. ecclesiae Bisuntin. Praesule et clero atque universitate et parlamento Dolanis ob formidinem haeresis id cupientibus, coll. S. I. in opp. Dolano erigit, eique prioratum SS. Simonis et Iudae loci de Motta (Mouthe) O. S. B. a Lud. de Curia in commendam obtentum ut primum vacaverit unit. Fructus 100 duc.
R. ap. S. P. kal. Nov. P. an. VIII.

Reg. bull. II. 469 b.

149. *Cum sicut accepimus.* - Greg. XIII, Generali aliisque in Indiae Orientalis regionibus Praepositis et presbyteris S. I. concedit facultatem dispensandi cum neophytis in voto

castitatis, et in quocumque impedimento matrimonium dirimente, ac componendi super bonis incertis male quaesitis.
R. ap. S. P. IV. Nov. 1579 P. an. VIII.

Litt. Apost. 93 *Reg. bull. I.* 207

150. A P. R. M. *Cum sicut accepimus.* - Greg. XIII Provinciali S. I. in Indiae Orientalis partibus concedit licentiam erigendi duodecim confraternitates, indulgentiam decem annorum confratribus quoties missae intererunt, et in festo principali plenariam omnibus fidelibus etc.
R. ap. S. P. IV Nov. 1579 P. an. VIII.

Litt. Apost. 90 *Reg. bull.* 207 b.

151. A P. R. M. *Ad apost. dignitatis.* - Greg. XIII collegio S. I. in civitate Bracharensi instituto in quo non pauci d. Societatis theologiam practicam seu casus consc. et literas hum. profitentur, reservat pensionem annuam tertiae partis alterius pensionis 1500 millium regal. monetae regni Portug. sc. pensionem 1000 ducat. super mensae archiep. Bracharen. fructibus, ad 20 annos. - Episc. Portugallen. Lamacen. et Amerin. exec. committit.
R. ap. S. P. III. id. Nov. 1579 P. an. VIII.

Reg. bull. II. 479. b.

152. *Cum nos nuper.* - Greg. XIII concedit licentiam constituendi in favorem coll. Ruthenensis S. I. censum annuum super bonis immobilibus coll. Romani S. I. usque ad summam 1500 duc. distrahendis, pro satisfactione terminorum Laur. Blanchetti cler. Bononien. causarum pal. apost. auditoris.
R. ap. S. P. XXIII Nov. 1579. P. an. VIII.

Reg. bull. II. 473.

153. A. P. R. M. *Ad apost. dignitatis.* - Greg. XIII collegio S. I. in civitate Colimbriensi instituto pensionem annuam decies centenorum millium regalium monetae regni Portugalliae ad annos 20 assignat super fructibus mensae

episcopalis Colimbrien. per Gasparem Ep. et successores solvendam.
R. ap. S. P. V kal. Dec. 1579. P. an. VIII.

Reg. bull. I. 246. b.

154. *Hodie collegio S. I.* - Greg. XIII executionem brevis committit Archiepō Bracharen. et Portugallen. et Lamacen. Episcopis.
R. ap. S. P. V kal. Dec. 1579. P. an. VIII.

Reg. bull. I. 247. b.

155. *Ex commissi nobis.* - Greg. XIII Archiepō Neapolitan. et primicerio ecclesiae Neapolitanae communicat litteras Pauli II, *Cum in omnibus iudiciis*, datas apud S. Petrum, 1465, V id. Maii P. an I. et annuens petitioni Ios. Blondi, Rectoris coll. S. I. Neapolitani, mandat ipsis de alienatione in evidentem utilitatem, villae cuiusdam, Massariae nuncupatae in loco Capo de Monte, prope et extra muros urbis, iuxta viam, ac Iulii Minadris et Iacobi Lotterii possessiones, 3000 duc. acquisitae, cuius fructus 150 duc.
R. ap. S. P. kal. Dec. 1579 P. an. VIII.

Reg. bull. I. 211.

156. A. P. R. M. *Cum sicut accepimus.* - Greg. XIII concedit Religiosis S. I. in eorum ecclesiis indulgentias omnes ecclesiis aliorum locorum ubi illi morantur concessas.
R. ap. S. P. XXIII Dec. 1579 P. an. VIII.

Nov. bull. S. I. 77. *Reg. bull. I.* 207. b.

157. A. P. R. M. *Exposcit debitum.* - Greg. XIII, petente Paulo Novarola, Rectore coll. S. I. in civ. Senarum, quoad monasterium S. Vigilii Senense, quondam Camaldulen. Ordinis, dein parochialem eccl. effectum et monasterio S. Salvatoris de Belardenga d. Ord. Aretin. dioec. unitum, postea a d. monasterio dismembratum et cum domo contigua et situ ac praedio alias podere Grimaldi nunc. extra portam ovilium collegio S. I. Senensi unitum, effectu quoad d. praedium non secuto, nunc

eodem praedio a Scipione de Albertis clerico Senen. iam resignato, eius unionem denuo confirmat. Fructus, 16 duc.
R. ap. S. P. XII kal. Ian. 1579 P. an. VIII.

Reg. bull. II. 483.

158. *Vitae ac morum.* - Greg. XIII Scipioni de Albertis, cler. Sen. praedium Grimaldi resignanti, eius fructus, 16 duc. non excedentes, quoad vixerit loco pensionis annuae reservat. Amerin. et Maceraten. et Aquinaten. Episc. executionem committit.
R. ap. S. P. XII kal. Ian. 1579 P. an. VIII.

Reg. bull. II. 483. b.

159. *Provisionis nostrae.* - Greg. XIII. tenori litterarum Pii V *Ex omnibus affectionibus*, kal. Oct. 1567 hisce exscripto eamdem fidem sicut originalibus litteris adhiberi vult.
R. ap. S. P. IV kal Feb. 1579 P. an. VIII.

Bull. Rom.

160. *Accepimus a viris gravissimis.* - Greg. XIII (Emmanuelem Ferdinandez S. I.) multa in administratione post Andreae Patriarchae obitum ei mandata passum consolatur, et hortatur ut de regis atque Barnagaes pacificatione enitatur.
R. ap. S. P. XXVIII Ian. 1580 P. an. VIII.

Bull. patr. Port. I. 232

161. A. F. R. M. *Ex debito officii nostri.* - Greg. XIII, petentibus Priore et beneficiatis universae civitatis seu universitatis vocatis et Rectore collegii S. I. Corduben. a Ioanne de Corduba ea conditione fundati quod in vigilia nativ. S. I. Bapt. a prandio celebraretur in d. coll. octava Corp. Xti et fieret processio cum assistentia dd. prioris et benefic., in ipso vero die nativ. a d. Rector et clericis paroch. eccl. S. Dominici cantaretur solemnis missa, sub solutione 2 ducat. pro prioribus et 12 numm. argent. pro Rectore et clericis S. Dominici, commutat

processionem in vigiliam unam seu nocturnum, et missam a Rectore S. Dom. cantari permittit.
R. ap. S. P. XIV Febr. 1580 P. an. VIII.

Reg. bull. II. 479.

162. A. P. R. M. *Ad apost. dignitatis.* - Greg. XIII cum collegio S. I. in civitate Catacensi instituto unit monasterium abbatiam nuncupatam S. Leonardi Cisterciensis Ord. extra et prope muros d. civitatis, a Tiberio Epō Cassanen. commendatario resignatam. Fructus, 250 duc. Episc. Catacen. et Squillacen. et Bellicastren. executionem committit.
R. ap. S. P. VI kal. Mart. 1579. P. an. VIII.

Reg. bull. I. 248.

163. A. P. R. M. *Paterna illa charitas.* - Greg. XIII in oppido nunc. Friburgi Lausanen. dioec. erigit collegium S. I., ab ecclesia B. M. dicti oppidi capellanos vel altaristas cum fructibus et redditibus eius ad aliam ecclesiam a Ioanne Fr. Epō Vercellensi S. Sedis apud Helvetios et Rhaetos Nuntio designandam transfert, ecclesiam B. M. collegio S. I. assignat, officia etc. monastica supprimit, monasterium cuius fructus 700 duc. cum d. collegio unit; pensio Abbati et monachis annua reservetur.
R. ap. S. P. V kal. Mart. 1579. P. an. VIII.

Reg. bull. I. 253. b.

164. A. P. R. M. *Cum sicut accepimus.* - Greg. XIII confraternitati sub invocatione SS. Sacramenti in eccl. collegii S. I. Neapolitan. pro utriusque sexus fidelibus existenti varias indulgentias concedit, in die ingressus et mortis articulo plenariam; quoties ad div. off. convenerint vel SS. Communionem susceperint, hospitalia vel in carcere positos visitaverint, 100 dierum; in Nativitatis, Paschatis Resurrectionis, et in Assumptionis B. M. festis plenariam.
R. ap. S. P. I Mart. 1580. P. an. VIII.

Neapolit. Sodal. Marian.

165. *Quaecumque facultas.* - Greg. XIII clerum et populum divi Thomae monet ut Simonem quemdam, qui dum se

Episcopum facit, fur est et latro, et Episcopos catholicos ab Ecclesiae unitate seiungere conatur, vitent ut caeteros haereticos, obediant vero Abrahamo Archiepō, Georgio item Epō Palurensi.
R. ap. S. P. V Mart. 1580. P. an. VIII.

Brev. et rescr. 151.

166. A. P. R. M. *Salvatoris et Domini.* - Greg. XIII, precibus Caroli tit. S. Praxedis pr. Card. Mediolanen. praesulis inclinatus, Congregationibus sub tit. et protectione B. M. V. in coll. helvetico Helvetiorum. et Rhaetorum in domo S. Spiritus Mediolani institutis, varias indulgentias in perpetuum concedit, die ingressus, pro examine conscientiae aliisque piis operibus.
R. ap. S. P. XXV Mart. 1580 P. an. VIII.

L. Del place. Hist. des Congrégations. 1884. p: 55.

167. A. P. R. M. *Salvatoris et Domini.* - Greg. XIII cupiens ut studiosi iuvenes collegii convictorum Pragensis sub cura et directione pr. S. I. degentium, diebus festis et feriarum congregari soliti salutiferis operibus et pietati insistant, singulis Congregationis scholaribus indulgentias varias in perpetuum concedit pro communione menstrua, officio parvo et litaniis B. M. V. infirmorum visitatione, defunctorum associatione etc.
R. ap. S. P. XXIX Mart. 1580. P. an. VIII.

(Nota. Etiam Viennensi concessum.*)*

Reg. bull. II. 481. b.

168. A. P. R. M. *Rom. Pontificis circumspecta.* - Greg. XIII, petente Philippo Hispaniarum rege catholico collegio S. I. pridem in oppido Traiectensi Leodien. dioec. rite instituto et construi coepto, nunc vero ob malas temporum conditiones dissoluto, applicat, quatenus vacaverint, duos canonicatus totidemque praebendas eccl. S. Servatii d. oppidi, in qua 32 can. et praeb. ultra 6 ad eccl. Ruraemonden. a Philippo rege translata existunt. Fructus singulorum, 24, et cum distributionibus quotidianis, 300 duc. Leodien. Buscoducen. et Middelburgen. Episc. exec. committit.
R. ap. S. P. kal. Apr. 1580 P. an. VIII.

Reg. bull. II. 493.

169. *Certum habemus commendatos.* - Greg. XIII Petro de Gondi Epõ Parisien. Societatem Iesu, quam plurimum Pontifex diligit, isthic vehementer oppugnatam commendat, et cupit ut prohibeat impediri aedificationem quae instituitur beneficio Caroli Card. Borbonis.
VIII Apr. 1580. P. an. VIII.

Carayon. I. 47.

170. A. F. R. M. *Provisionis nostrae.* - Greg. XIII, petente Rectore coll. S. I. Avenionen. litteras Pauli IV *Iniunctum nobis desuper* datas 1555 pr. id. Iul. aõ I transcriptas confirmat.
VI id. Apr. 1580. P. an. VIII.

Reg. bull. II. 484

171. A. P. R. M. *Ita sunt humana.* - Greg. XIII unit cum coll. German. Urbis collegium Ungaricum nullo adhuc certo loco constitutum, cuius aliqui alumni in d. coll. Germanico instituuntur, atque ecclesiam S. Stephani in monte Coelio aliaque bona cum Ungarico coll. unita, ita ut ex duobus collegiis unum coll. Germ. et Ungaric. nuncupandum esse debeat; privilegia Ungar. collegio concessa confirmat; duodecim iuvenes scholares in regno Ungariae vel etiam in provincia Croatiae seu Sclavoniae natos manuteneri vult, varia officia et missas in d. eccl. S. Stephani celebrari iubet.
R. ap. S. P. id. Apr. 1580. P. an. VIII.

R. ex typ. cam. ap. 1656. *Bull. coll. Germ.*

172. A. F. R. M. *Hac in celsitudine.* - Greg. XIII Theotonio Archiepõ Elboren. concedit ut summa 6000 cruc. monetae Portug. quam Henricus Portugall. et Algarb. rex pro fabrica collegii Purificationis B. M. V. Elborensis et hospitalis scholarium et monast. S. Franc. in eadem civitate annuatim dare consueverat, reservetur in pensionem annuam super fructibus mensae archiep., ad fabricam et totalem perfectionem, ad decennium. Archiepõ Ulixbonen., Epõ Amerin. et archid. de Fontarcada in eccl. Bracharen. exec. committit.
R. ap. S. P. XVI Apr. 1580. P. an. VIII.

Reg. bull. II. 486.

173. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Greg. XIII, petente procuratore prov. Venetae S. I. concedit veterem eccl. S. Mariae della Rosa S. I. in civitate Ferrariensi, postquam nova benedicta fuerit, profanari pro honestis usibus collegii.
R. ap. S. P. XVIII Apr. 1580. P. an. VIII.

Reg. bull. II. 486.

174. *Intellexi-mus fraternitatem.* - Greg. XIII Epō Treviren. qui postquam in hac civitate collegium S. I. fundavit, inferiori parti dioec. in qua oppida primaria Confluentia, Bopardia, Vesalia, Monthabor, Limburgum, ab haereticis circumdatae consulere vult, permittit ut unum ruinosum monasterium monialium Ord. Cisterc. in medio Confluentiae situm supprimat, novem eius moniales ad aliud monasterium monachorum extra Confluentiam in insula Rheni situm Ord. Canonic. regular. S. Aug. fere desolatum transferat, duosque huius monachos ad aliud sibi bene visum traducat, certis reditibus ad eorum sustentationem assignatis.
R. ap. S. P. IV Maii 1580. P. an. VIII.

Reiffenberg, 58 *Reg. bull. I.* 258. b.

175. A. F. R. M. *Dei ecclesiarum.* - Greg. XIII fabricae eccl. domus prof. S. I. Neapolitan. populi frequentia et decore insigni eiusque reparationi applicat ad 5 annos pecuniam, quae per ecclesiasticas personas d. civitatis pro esculentis et poculentis gabellae nomine una cum aliis ad evitandas fraudes solvitur, ac eis singulis mensibus pro immunitate ecclesiastica conservanda per deputatos a civitate restituitur et per summos Pontifices in pios usus converti consuevit. Nuntio et Archiepō Neapolitan. executionem committit.
R. ap. S. P. XXIII Iul. 1580. P. an. IX.

Reg. bull. II. 487 b.

176. A. F. R. M. *Decet Romanum Pontificem.* - Greg. XIII exposito per Oliverium Manareum, Vicarium Generalem S. I. quod, licet Paulus III, Pius IV, Pius V Societatem a quibusvis subsidiis praestandis liberaverint ipsamque vere esse Mendicantem declaraverint, collegium in oppido Camberiaci, Gratia-

nopolitan. dioec., pro contributione subsidii 20 mill. scutorum, Emmanueli Philiberto, Sabaudiae Duci per litteras apost. concessi, facienda molestari, declarat supradictum collegium necnon alia in Sabaudiae Ducis dominio posita subsidii impositione non comprehendi.
R. ap. S. P. III Sept. 1580. an. IX.

Brev. et rescr. 152. *Reg. bull. II,* 492. b.

177 *Ad augendam fidelium.* - Greg. XIII indulgentiam plenariam die festo XI millium virginum concedit ecclesiae collegii S. I. civitatis de Pace provinciae del Peru.
R. ap. S. P. XVIII Oct. 1580 P. an. IX.

(*Nota.* Simili forma pro eccl. coll. Limae, Arequipe, Potosi, Cuzchi, concessa indulg. per 4 Brevia, nisi quod pro Lima additur fest. S. Mathiae.)

Reg. bull. II. 496. b.

178. A. F. R. M. *Cum sicut accepimus.* - Greg. XIII confraternitati de Misericordia nunc. in terra Proenzae novae prioratus del Crato regni Portug., concedit indulgentias, die ingressus confratrum, pro operibus misericordiae, et in festis Nativ. D. N. et Assumptionis et Visitationis B. M. V.
R. ap. S. P. XVII Nov. 1580. P. an. IX.

Reg. bull. II. 496. b.

179. *Cum sicut nobis.* - Greg. XIII Iulio Fuligatto cler. S. I. in 4 min. ordin. constituto concedit ut de licentia Superioris sui, extra tempora, non exspectatis interstitiis, tribus diebus festivis etiam continuis ad ordines promoveri possit.
R. ap. S. P. XXV Nov. 1580. P. an. IX.

Reg. bull. II. 497. b.

180. A. F. R. M. *Decet Rom. Pontificem.* - Greg. XIII litteras quibus reservatur pensio 1000 duc. super fructibus mensae Archiep. Bracharen. pro coll. Portugallensi S. I. declarat perinde valere ac si in eis non casus conscientiae et lit-

terae humaniores sed alia ipsius Societatis spiritualia ministeria in eodem collegio exerceri expressum fuisset.
R. ap. S. P. Id. Dec. 1580. P. an. IX.

Reg. bull. II, 497. b.

181. *Cum sicut accepimus.* - Gregorius XIII transfert indulgentiam plenariam concessam a Paulo III oratorio S. Salvatoris Perusinae dioec. ad ecclesiam S. I. prope illud constructam.
R. ap. S. P. XX Dec. 1580 P. an. IX.

Reg. bull. I. 249. b.

182. A. P. R. M. *Ad Apost. dignitatem.* - Greg. XIII confirmat collegio S. I. Cataniensi concessionem, intuitu fructus spiritualis et proventuum tenuitatis, d. collegio factam an. 1577, a Blasio, Caesare et Michaele Statella, Pompilio Juganti civibus Cattanien. et a Silvio di Platliamone eiusque matre Beatrice di Platliamone et Statella Siracusan. civibus, iuris patronatus et unionis beneficiorum per quondam Burgium de Usina fundatorum, B. Mariae de Lognina Catanien., quae Vinc. Senensis, Teodor. Nepita, Ioseph Marchesana, Erasm. de Facio et Hieron. de Alexandro per portiones obtinent. Fructus, 100 duc.
Tusculi non. Mart. 1580 P. an. IX.

Reg. bull. II. 502 b.

183. A. P. R. M. *Ad Apost. dignitatis* - Greg. XIII hospitale D naria nunc. S. Marthae Ruthenen. O. S. A. quod ab hospitali loci del Brac (Brasc) d. dioec. dependet a Caesare Pamphilio cler. Eugubin. resignatum cum coll. S. I. Ruthenensi propinquo unit. Fructus, 24 duc.
Tusculi non. Mart. 1580 P. an. IX.

Reg. bull. II. 498 b.

184. A. P. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Greg. XIII confirmat legatum domui S. I. sub invocatione S. Spiritus in civitate Valentin. erectae factum reddituum perpetui simpl. beneficii ecclesiastici sub invocatione SS. Michaelis et Antonii

in parochiali eccl. oppidi de Aulesa Barchinonen. dioec. (valor, 100 duc.), per Melch. Mercader, quondam cler. Valentin. civitatis, dein militis militiae S. Iacobi de Spatha O. S. Aug. non quidem codicillo, sed viva voce Raphaelae legit. uxori et Gaspari filio significatum. Hos redditus Bened. Dura cler. perp. beneficiatus in d. eccl. et Iordana domina in temporalibus de Mollerusa et Faudarella oppidorum detinuerunt, mota lite. Valentin. Barchinonen. et Dertusen. officialibus exec. committit.
R. ap. S. P. XV Mart. 1581 P. an. IX.

Reg. bull. II. 501.

185. *Misit proprium ad nos* - Greg. XIII Stephano Poloniae Regi significat a Moschorum Duce missum fuisse ad se proprium legatum cum litteris et mandatis, et a se remitti legatum cumque eo Ant. Possevinum, theol. et sacerd. S. I. maiestati suae optime cognitum ; cupit Possevini verbis omnem fidem tribui super negotio pacificationis tantopere a Moscho expeditae.
R. ap. S. P. XV Mart. 1581 P. an. IX.

Brev. et rescr. 179, 189.

186. *Diligentissime egisse.* - Greg. XIII Stephanum Poloniae Regem certiorem facit se ex Ant. Possevino cognovisse Regem diligentissime egisse cum Rege Suetiae de rebus quae ad cath. religionem pertinent; petit ut nullam opportunitatem amittat tam praeclarum negotium urgendi iis rationibus quas ex Possevino coram aut per litteras cognoscet.
R. ap. S. P. XV Mart. 1581. P. an. IX.

Brev. et rescr. 179 b, 187.

187. *Iucundissimum nobis.* - Greg. XIII Rodulpho Ungariae et Bohemiae Regi in Imperatorem electo gratulatur quod Epō Olmucen. in negotio reliquiarum et aliis rebus faveat. Pretiosissimum reliquiarum thesaurum, si religio in Moravia urgeatur, sine periculo eo transferri concedetur. Rogat ut quae in provincia decreverat de libris prohibitis et de seminariis abbatum cura constituendis perfici curet.
R. ap. S. P. XV Mart. 1581 P. an. IX.

Brev. et rescr. 179 b, 186 b.

188. *Cupientes pro nostro.* - Greg. XIII Ant. Possevino committit ut in provinciis ad quas pro adimplendis mandatis in aliis litteris explicatis eum declinare contigerit, abbatissas canonice electas, in defectu catholici Episc. confirmet auctoritate Apost. prius ab eis emissa professione fidei.
R. ap. S. P. XV Mart. 1581. P. an. IX.

Brev. et rescr. 179. 186.

189. *Iam decreveramus.* - Greg. XIII Ioanni Suetiae Regi significat quod Possevinus iam profecturus esset ad eum, cum legatus Ducis Moschorum pervenit, petens Ducis nomine ut aliquis ex Urbe secum mitteretur. Voluit hac in re uti Possevini opera: mittitur igitur is ad Ducem et de pace Suetiae cum Moschovia, si opportunum intellexerit, aget: per litteras dum aberit in ipsoque reditu coram, omnia Regi explicabit.
R. ap. S. P. XV Mart. 1581 P. an. IX.

Brev. et rescr. 188.

190. *Inter ceteros nostros.* - Greg. XIII Ernesto Archiduci Austriae, litteris, quas Possevinus reddet, plura coram expositurus, gratulatur zelum Dei gloriae et pietatem.
R. ap. S. P. XV Mart. 1581 P an. IX.

Brev. et rescr. 188

191. *Noluimus parcere.* - Greg. XIII Rodulpho, Ungariae et Bohemiae Regi in Imper. electo nuntiat tertio ad oras remotissimas mitti a se Ant. Possevinum, missum enim ad se fuisse legatum a Duce Moschorum, qui aliquem secum mitti rogavit.
R. ap. S. P. XV Mart. 1581 P. an. IX.

Brev. et rescr. 189.

192. *Dudum per alias.* - Greg. XIII (Ant. Possevino), ut facultatibus in Brevi I. Dec. 1578 datis minori incommodo uti possit, concedit in concessionibus earum vigore factis, soli narrativae et litteris eius stari debere.
R. ap. S. P. XVIII Mart. 1581 P. an. IX.

Brev. et rescr. 179. d.

193. A. P. R. M. *Divina disponente clementia.* - Greg. XIII confirmat pensionem annuam 100 scut. auri in auro Italiae, a Carolo tit. S. Chrysogoni pr. Card. Borbonio in civit. Avenionensi et comitatu Venayssini S. Sed. Legato super legationis proventibus assignatam collegio S. I. Avenionensi. - Avenionen. Vasionen. et Cavallicen. officialibus exec. committit.
R. ap. S. P. kal. Apr. 1581 P. an. IX.

Reg. bull. II 499. b.

194. A. P. R. M. *Ad Apost. dignitatis.* - Greg. XIII prioratum S. Petri loci de Avella O. S. B. Meten. dioec. alias per resignationem Francisci de Beaucaire cler. vacantem et coll. S. I. Virdunensi unitum, reservata tamen annua pensione 300 sc. auri ad signum solis seminario d. civitatis, - unione priore, quae effectum sortita non fuit, dissoluta - unit accedente Praep. Gen. consensu, cum collegio S. I. Mussipontano cui ob copiosum Religiosorum et iuventutis instituendae numerum et ad religionis inter haereticos incrementum providere cupit. (Citantur priores cum hoc collegio uniones.) - Meten. et Tullen. Episc. exec. committit.
Tusculi kal. Apr. 1581 P. an. IX.

Reg. bull. II. 505.

195. A. P. R. M. *Exposcit incumbentis.* - Greg. XIII unit cum coll. S. I. Tholosano prioratum S. Amantii loci de Trebano O. S. B. Albien. dioec. quem Io. de Fregeville pr. Tholosan. in commendam ex concessione apost. obtinebat, non tamen pacifice, cum super illius possessorio molestia inter d. Ioannem et Ant. Cisquet et Andr. Carrier pro clericis se gerentes in suprema parlamenti Tholosani curia pendeat, et hodie libere cessit. Fructus, 24 duc.
Tusculi IX kal. Maii P. an. IX.

Reg. bull. II. 512.

196. A. P. R. M. *Dum gratos Domino.* - Greg. XIII, petente Carolo Archiduce Austriae, beneficium Rindschaid nunc. in parochiali eccl. S. Aegidii opp. Graecien. Salisburgen. dioec. ab eo ex manibus haereticorum ereptum, unit

cum ecclesiastico puerorum seminario d. oppidi. Fructus, 24 duc.
R. ap. S. P. kal. Maii 1581 P. an. IX.

Reg. bull. II. 515. b.

197. *Inter caetera quae.* - Greg. XIII collegio S. I. Romano reservat ad 20 annos pensionem mille duc. super fructib. monasterii S. Mariae in Scitria O. S. Ben. vel. Cist. Nucerin. dioec. quod post mortem Lud. Cesii Philippo tit. S. Mariae in Cosmedin diac. Card. Vaslavillano nunc. commendatum fuit. - Patriarchae Hierosolymitan. Archiepō Mediolanen. et Epō Laudan. exec. committit.
R. ap. S. P. kal. Maii 1581. P. an. IX.

Reg. bull. II. 521. b.

198. *Plurimum in Domino.* - Greg. XIII Theutonio Archiepō Elboren. collegium S. I. in universitate studii generalis ab Henrico Portug. et Alg. rege, et in civitate Elboren. Praesule et Pastore institutum commendat. Per Philippi Port. et Algarb. regis catholici epistolas certior fit Socios in percipiendis redditibus a mensa Archiep. Elboren. auctoritate apost. dismembratis et collegio assignatis affici molestiis et fabricam interrumpi; rogat Theutonium ut ministros suos a molestiis abstinere curet.
R. ap. S. P. X Maii 1581. P. an. IX.

Brev. et rescr. 155.

199. *Quod olim monuit.* - Greg. XIII Gulielmo Bavariae Duci significat sacerdotes Sodalitatis Iesu qui in Anglia sunt postulare a se adiutores et nominare in primis Gasp. Helvodium (Haywood) Anglum S. I. Sacerdotem, cuius auctoritatem quae ibi non modica est, magno sibi usui futuram sperant. Ut secretissime discedere eum permittat rogat.
R. ap. S. P. XVII Maii 1581. P. an. IX.

Agricola hist. prov. Germ. sup. I, 244. *Brev. et rescr.* 153.

200. A. P. R. M. *Quanto maiora exploratae.* - Greg. XIII unit cum coll. German. in Urbe monast. S. Christinae O. S. Ben.

Mediolanen. seu Papien. aut nullius dioec., per obitum Alexandri tit. S. Mariae in Via Pr. Card. Sfortia vacans. Super fruct. ad 350 fl. auri taxatis, pensionem annuam 1000 sc. auri Ludovico tit. S. Onuphrii Pr. Card. Madrutio reservat.
Tusculi, XVI kal. Iun. 1581 P. an. IX.

R. ex typ. cam. ap. 1556. *Bull. coll. Germ.*

201. A. P. R. M. *Ut in mystico Domini regno.* - Greg. XIII sui Romae S. I. collegii angustiis et aeris alieni magnitudini providens, cum eo unit monasterium Claraevallis Ord. Cisterciensis Camerinen. seu nullius dioec.; in d. monasterio divinus cultus et solitus monachorum et ministrorum numerus non miniatur. Fructus, 106 fl. aur.... (?). Ostien. et Portuen. et Camerinen. Episc. execut. committit.
Tusculi, XVI kal. Iun. 1581. P. an. IX.

Reg. bull. II. 513.

202. *Exponi nobis nuper.* - Greg. XIII Claudio Aquaviva Pr. Gen. S. I. exponenti in Anglia permulta in matrimoniis et nuptiis partim illegitimis partim incestuosis versari mala plurimaque impedimenta iure positivo indicta negligi, concedit ut presbyteri S. I. ab eo et successoribus huc destinati possint in contractis super quibuscumque consanguinitatis et affinitatis (non tamen secundo) gradibus iure positivo prohibitis, in reliquis etiam omnibus circa matrimonia impedimentis, qui solius iuris positivi sunt, dispensare, prolemque legitimam declarare.
R. ap. S. P. III Iun. 1581 P. an. X.

Reg. bull. II. 515.

203. *Etsi per privilegia.* - Greg. XIII privilegia a Paulo III diversis temporibus Societati Iesu concessa ad Confessiones et Sacramentorum administrationem tuetur contra Parisien. et forte aliarum parochialium ecclesiarum rectores, qui contendunt ea privilegia correcta fuisse per eam licentiam, superioribus annis a Greg. XIII concessam praedicatoribus et confessariis S. I. semel ab Ordinario approbatis, tempore quo sive terra sive mari iter faciunt, instruendi et confessiones audiendi, modo id non faciant ubi Ordinarii existunt, eorum licentia super hoc

non obtenta, cum perspicuum sit Ordinarios contra viatores S. I. munera ipsa obire volentes dumtaxat repugnare posse, et declarat licentiam praedictam ad supradicti Pauli privilegia non extendi; iterum tribuit ut presbyteri S. I. a suis quisque Superioribus approbati munia obeant et fideles ad eos accedant, rectorum vel Ordinariorum licentia minime requisita. Rothomagen. et Viennen. Archiepisc. ac suo Nuntio per easdem mandat ut S. I. praemissis frui faciant.

Tusculi, X Iun. 1581. P. an. X.

Reg. bull. II. 511.

204. *Tempore unionis.* - Greg. XIII liberat coll. Germanicum Urbis a solutione, quoad terminos ad diem nativ. S. Ioannis Bapt. anni praeteriti decursos, pensionis super fruct. abbatiae S. Crucis Fontis Avellanae debitae collegio Neophytorum.

R. ap. S. P. XVII Iun. 1581. P. an. X.

R. ex typ. cam. ap. 1656. *Bull. coll. Germ.*

205. A. P. R. M. *Ex solita Sedis.* - Greg. XIII attendens concordiam inter Franciscum Manrique Aurien. Epũm et Alphonsum de Azebedo et Zuniga Comitem de Monterey, per quam litium vitandarum gratia olim collegio S. I. in oppido Montisregalis d. dioec. fundando duae tertiae partes ex fructibus certarum ecclesiarum et capellarum (B. M. de Mandin, S. Petri de Queyzanos, S. Andreae de Guillamil, S. Salvatoris de Villaza, B. M. de Famagos d. dioeceseos,) tertia pars pro congrua illarum rectorum applicarentur - litem ortam inter Ferdin. Nicco, post Franciscum Blanco alterum Epũm Aurien., et Gasparem Comitem de Monterey tam de iure patronatus quam de dismembratione duarum tertiarum partium - confirmat, petente Ioanne Aurien. Epõ et Gaspare, novam concordiam et donationem 2 ex 3 partibus fructuum d. collegii; qui simul annuum valorem 600 duc. non excedunt. Archiepõ Compostellan., Epõ Amerin. et decano ecclesiae Compostellan. exec. committit.

R. ap. S. P. Id. Aug. 1581. P. an. X.

Reg. bull. I. 269. b.

206. *Vitae ac morum honestas.* - Greg. XIII Thomae de la Fraeyria rectori B. Mariae loci de Mandin, Aurien. dioec. ne ex concordia et cessione supra dicta nimium dispendium patiatur, pensionem annuam 32 duc. monetae illarum partium, 29 duc. auri de cam. non excedentes, super d. eccl. assignat, per rectorem collegii S. I. solvendam in festo nativ. D. N. quamdiu d. ecclesiam obtinuerit. Iisdem execut. committit.
R. ap. S. P. Id. Aug. 1581. P. an. X.

Reg. bull. I. 273. b.

207. A. F. R. M. *Ut collegii nostri.* - Greg. XIII fabricae collegii Romani concedit integrum venditionis officii clericatus camerae apost. quod morte Ludovici Caesii vacans, magistro Alexandro Glorierio litterarum abbreviatori et correctori concessum fuit, sc. 36 m. scuta auri.
R. ap. S. M. VII Sept. 1581. P. an. V.

Reg. bull. I. 255. b.

208. *Ea nos in primis.* - Greg. XIII collegio S. I. Romano reservat ad 20 annos pensionem annuam 3 mill. scut. super fructib, monasterii Claraevallis Ord. Cist. Mediolanen. dioec. quod post mortem Pauli Cesii et Ludov. etiam Cesii clericorum Philippo tit. S. Sixti pr. Card. commendatum fuit. Patriarchae Hierosolymitan. Archiepõ Mediolan. et Epõ Laudan. exec. committit.
R. ap. S. M. VII id. Sept. 1581 P. an. X.

Reg. bull. II. 520.

209. *Decet Romanum Pontificem.* - Greg. XIII rectori collegii S. I. Catacensis concedit ut litterae unionis monasterii S. Leonardi perinde valeant, licet fructus valeant 400 duc.
R. ap. S. P. kal. Oct. 1581. P. an. X.

Reg. bull. I. 256.

210. A. P. R. M. *Cum ea in quibus.* - Greg. XIII petente Stanislao Epõ Olomucen., confirmat translationem ad monasterium inter caetera mon. marchionatus Moraviae celeber-

rimum et opimum S. Salvatoris opp. Pustiviers (Pustomer) O. S. B. d. dioec., monialium S. Mariae Brunensis oppidi O. S. Aug., quum ad monasterium S. Annae in suburbio eiusdem opp. transire noluissent, et d. monasterii S. Mariae concessionem pro domo probationis S. I. Brunensi.
R. ap. S. P. XXII Nov. 1581. P. an. X.

Reg. bull. II. 523.

211. *Cum sicut accepimus.* - Greg. XIII Anglis, Scotis et Hibernis in collegiis S. I. ultra montes concedit ut absque dimissorialibus propriorum Epōrum, sed cum litteris testimonialibus a Patribus S. I., et absque titulo beneficii aut patrimonii, duodecim singulis annis pro quolibet collegio ad Ordines promoveri possint.
R. ap. S. P. XXV Nov. 1581. P. an. X.

Reg. bull. I. 255.

212. *Exponi nobis nuper.* - Greg. XIII. Lucio Bencio S. I. clerico concedit ut extra tempora, tribus diebus dominicis seu aliis festivis diebus etiam continuis ad sacros ordines promoveatur a Vicario Urbis seu ab eo deputato.
R. ap. S. P. V Dec. 1581. P. an. X.

Reg. bull. II. 520.

213. A. P. R. M. *Exposcit debitum.* - Greg. XIII confirmat concordiam initam inter Rectorem collegii S. I. Barchinonen. et Gasp. Desperez, monachum mon. Rivipulli (Ripoll), O. S. B. Vicen. dioec. de infirmaria prioratus ruralis S. Petri loci Cerrensis seu de Casserris O. S. B. seu Clun., eamque d. collegio de novo incorporat.
Tusculi, Id. Ian. 1582. P. an. X.

Reg. bull. II. 523 b.

214. *Consueverunt superiores.* - Greg. XIII Philippum Port. et Alg. regem monet ut sacerdotes Sodalitatis Iesu in Indiis orientalibus et praesertim Goae ubi eorum Provincialis

habitat iisdem officiis et eleemosyna adiuvet quibus superiores Portugalliae reges.
R. ap. S. P. XXII Ian. 1582.

Bull. patr. Port. I. 244.

215. *Exponi nobis humiliter.* - Greg. XIII Claudio Aquavivae Pr. Gen. et Provincialibus S. I. in Transylvania concedit ut ob paucitatem et distantiam Epōrum harum partium, religiosi S. I. possint promoveri a quocumque Antistite et extra tempora.
R. ap. S. P. XXV Ian. 1582 P. an. X.

Reg. bull. II. 524. b.

216. *Exponi nobis humiliter.* - Greg. XIII Cl. Aquavivae Pr. Gen. et Provincialibus S. I. in provinciis regni Polonici concedit eamdem facultatem.
R. ap. S. P. XXV Ian. 1582 P. an. X.

Reg. bull. II. 525. b.

217. A. P. R. M. *Coelestis Patris providentia.* - Greg. XIII, petente Io. Bapt. Athanasio Rectore collegii S. I. oppidi Camberaci Gratianopolitan. dioec., unit cum d. collegio prioratum S. Mauritii de Bourgeto Cluniac. Ord. d. dioec., qui conventualis et de iure patronatus Caroli Emman. Sabaudiae ducis existit. Fructus, 350 duc.
R. ap. S. P. VI kal. Feb. 1581 P. an. X

Reg. bull. I. 261. b.

218. *Nihil est quod.* - Greg. XIII concedit ut Georgius tit. S. Nic. in carcere Tull. pr. Card. de Armignaco, qui ecclesiae Tholosan. praeeest, prioratum Castri novi strictorum fontium (Castelnau d'Estrelefont) Tholosan. dioec. a Gerardino praeposito et canonico eccl. Auxitan. resignatum, cuius dispositio ad Archiepisc. Tholosan. pertinet, uniat cum coll. S. I. Tholosan., cui nuper prioratus S. Amantii loci de Trebano O. S. B. Albien. dioec., cuius fructus (200 duc.) nuper seque-

strati sunt, unitus fuerat, et quod reditus habet 800 duc. Fructus, 24 duc.
R. ap. S. P. kal. Febr. P. an. X.

Reg. bull. II. 535 b.

219. *Misericors Deus* - Greg. XIII Echebarim regem Mogor hortatur ut postquam presbyteros S. I. quos ad se accersiri fecit et humaniter accepit, attente de regno Dei disputantes audivit, ne animi motum a Deo profectum, deliberationis tarditate prodat; commendat ut saepius eos audiat.
R. ap. S. P. XII kal. Mart. 1581 P. an. X.

Brev. et resor. 156.

220. A. P. R. M. *Quoniam per litterarum studia.* - Greg. XIII annuens petitioni Ernesti electi Leodien. et clericorum saecularium fratrum nuncupatorum congr. S. Hieronymi Leodien. dioec. conventionem inter eos collegii S. I. Leodien. erigendi gratia factam approbat, ut aedes cum horto Guidonis Roser fluvio Mosae adiacente ipsis tradantur, et domus adiacens Iacobi Gerardini pro domo quadam intra septa eorum tunc habitationis posita, ut 1400 flor. ipsis numerentur monetae Barbantiae pro onere transmigrationis, ut ecclesia S. Remigii cum domo pastorali et fructibus, et S. Pauli ac S. Dionysii canonicatus unus et praebenda una eis tribuantur, etc. - Concedit ut habitum priorem fusci vel alterius coloris dimittant et communi clericorum incedendi modo se conforment. - Archiepō Colonien. ac Traiecten. et Monasterien. Episc. exec. committit.
R. ap. S.P. kal. Mart. 1581 P. an. X.

Reg. bull. I. 259.

221. A. P. R. M. *In supremo Apost.* - Greg. XIII, petente Rodulpho electo Romano Imperatore, domum et eccl. B. M. V. ord. Carmelitarum ad plateam Scotorum Viennae ab archiducibus Austriae olim fundatas, in quibus unus tantum frater degebat, clericis S. I. a Ferdinando concessas cum bonis, auctoritate apost. suppresso in iis d. Ordine, applicat collegio S. I., huic privilegia universitatis cuiusvis Germaniae,

Italiae etc. concedit, et insuper pro eius sustentatione monast. S. Annae Viennense O. S. Clarae desolatum cum proventibus ei assignat. Fructus prioris domus, 180, alterius 1800 duc. Epō Amerin. et decano ac officiali Viennen. exec. committit.
R. ap. S. P. Id. Mart. 1581 P. an. X.

Reg. bull. II. 539.

222. A. P. R. M. *Cathedram militantis Ecclesiae.* - Greg. XIII collegium S. I. Vercellense a Guidone tit. SS. Viti et Modesti in Macello martyrum Pr. Card. Vercellensi nunc. adversus haeresim exstructum apost. auctoritate erigit, mensam conventualem monast. S. Stephani de Cittadella, in quo post suppressum in eo a Paulo III Ordinem S. B. Ordo S. Aug. canon. regul. congr. Lateranen. institutus fuerat, ab eadem congregatione dismembrat, eamque una cum 100. sc. annuis per Card. Emman. Sabaudiae Ducem super datio seu gabella vini assignatis pro dote d. collegio concedit, (insimul 1000 scut.) ad situm vero collegii ecclesiaeque, ecclesiam sine cura S. Petri d. civitatis et domus quas cesserunt presbyteri congr. S. Pauli desolati, Barnabitae nunc. assignat. Insuper ei reservat pensionem 100 sc. auri super fructibus mensae episc. Vercellen. - Archiepō Mediolanen. et Novarien. ac Amerin. Episc. execut. committit.
R. ap. S. P. Id. Mart. 1581 P. an. X.

Reg. bull. II. 536 b.

223. A. P. R. M. *Exponi siquidem nobis.* - Greg. XIII Praepositae et monialibus (4 vel 5 numero) mon. S. Agatii Colonien. O. S. Aug. concedit facultatem vendendi d. monasterium, aere alieno gravatum, presbyteris S. I. qui a 30 annis in d. civ. conductitiis domibus absque propria eccl. habitatione neque vixerunt, et reliquam pecuniam, aere alieno soluto, cum Ordinarii licentia, monasteriis ad quae se transferre cupiunt distribuendi.
R. ap. S. P. XXX Mart. 1582. P. an. X.

Reg. bull. II. 529.

224. A. P. R. M. *Exposcit debitum.* - Greg. XIII bene-

ficium in parochiali eccl. oppidi de Benalcaçar alias de Gaita et de Hynojosa Corduben. dioec. a Ioanne Alvarez de Luna clerico resignatum, unit cum coll. S. I. Cordubensi quod seminarium est scholarium Soc. I. per totam provinciam Boeticae et 1200 scuta mon. earum partium, insufficientia percipit. Pensio annua 9 mill. marapetinorum Ioanni de la Vega cler. reservata. Fructus, 400 duc.

R. ap. S. P. V kal. Apr. 1582. P. an. X.

Reg. bull. II. 533. b.

225. A. R. M. *Vitae ac morum.* - Greg. XIII Ioanni Alvarez de Luna cler. quamdiu pensio 9000 morap. reservata Ioanni de la Vega duraverit, reliqua, illa autem cessante, omnes fructus beneficii resignati reservat. - Epō Amerin. ac Toletan. et Corduben. officialibus exec. committit.

R. ap. S. P. V kal. Apr. 1582 P. an. X.

Reg. bull. II. 534. b.

226. A. P. R. M. *Coelestis providentia.* - Greg. XIII presbyteris S. I. qui a 30 annis in civitate Ianuen. absque domo propria et ecclesia versantes, et nunc de situ quodam in d. civitate iuxta mon. monialium S. Sebastiani de Pavia nunc. O. S. A. a se comparato litem cum dd. monialibus sustinent, consulere volens, collegiatam ecclesiam S. Mariae ad vineas eiusdem civit. supprimit, Canonicos et beneficiatos mansionarios nunc. cum eorum proventibus ad ecclesiam Annuntiatae veteris nunc. quam ab hospitali maiori dismembrat, transfert, ipsam vero ecclesiam S. Mariae et habitationes canonicorum pro habitatione presb. S. I. concedit. Canonicis census annuus 250 scut. hospitali census 50 scut. a Rectore S. I. assignetur. Animarum parochianorum cura ecclesiae S. Mariae imminens, super qua controversia inter S. Matthaei, S. Magdalenae et S. Lucae parochial. ecclesiarum rectores orta est, ad S. Petri de Banchis quae proxima est pro maiori, pro aliis partibus ad dd. alias ecclesias transferatur.

R. ap. S. P. kal. Apr. 1582 P. an. X.

(*Nota.* Non habuit effectum propter graves oppositiones.)

Reg. bull. II. 529. b.

227. *Hodie a nobis.* - Greg. XIII Epō Novarien. Abbati saec. et collegiatae eccl. S. Matthaei Ianuen. et Vicario Episc. Saonen. exec. committit.
R. ap. S. P. kal. Apr. 1582 P. an. X.

Reg. bull. II. 531

228. *Exponi nobis nuper.* - Greg. XIII Claudio Aquaviva Praep. Gen. S. I. concedit ut facultate quam Alexand. Frumentus officii S. Pœnitentiae regens verbotenus concessit, Religiosi S. I. utantur, sc. aperiendi litteras S. Pœnitentiariae et absolutionem iuxta illarum despensationem impendendi, licet ad gradus theologiae et iuris canonici promoti non essent.
R. ap. S. P. III Apr. 1582 P. an. X.

Nov. bull. S. I. 78. *Reg. bull. I.* 258.

229. A. P. R. M. *Divina disponente clementia.* - Greg. XIII confirmat concordiam inter Car. Emm. Sabaudiae ducem et Pedemontium principem ac Rectorem coll. S. I. Taurinen. initam super Castro Lucento nunc. a civit. Taurinensi ad milliare distante, quod Aleramus Beccutus civis Taurinen. cum omnibus pertinentiis d. collegio haereditate reliquerat, quodque Emm. Philibertus tunc Sab. dux et Pedem. princeps ad se pertinere praetenderat. Scilicet cedebatur Duci Castrum cum pertinentiis omnibus, excipiendo 118 terrae iugera, de quibus lis ventilabatur inter Rectorem et commendatarium monasterii S. Andreae O. S. B. et quorum loco expiscationem in aquis Gerundae nunc. Rector cederet, ac praeterea cedebantur duo petia terrae ; e converso Philibertus in annuis frumenti reditibus aequivalentem compensationem 350 scut. et praeterea 22 scut., non computatis 200 scutis eleemosynae in perpetuum antea assignatis, collegio dedit. - Archiepō Taurinen. et Amerin. et Salutiar. Episc. exec. committit.
R. ap. S. P.... 1582 P. an. X.

Reg. bull. II. 531 b.

230. *Cum animo recolimus.* - Greg. XIII emptionem monasterii S. Achatii, regul. S. Aug. Coloniensis ratam

habens, d. monasterium cum annexis Societati I. unit et incorporat.
R. ap. S. P. kal. Iun. 1582. P. an. XI.

Reiffenberg, 71.

231. *Inter caetera.* - Greg. XIII, postquam super commenda post obitum Lud. Caesii cler. facta Philippo tit. S. Sixti Pr. Card. Boncompagno nunc. de mon. Claraevallis Cisterc. Ord. Mediolanen. dioec. reservavit collegio S. I. Romano pensionem ann. 3000 sc. auri, collegii fabricam iuvare cupiens alteram pensionem 3000 eidem reservat. - Patriarchae Hierosolymitan. Archiep. Mediolanen. ac Epō Lauden. exec. committit.
R. ap. S. P. Id. Iun. 1582. P. an. XI.

Reg. bull. II. 595. b.

232. A. P. R. M. *Exposcit debitum.* - Greg. XIII cum domo probationis Messanensi S. I. unit capellam S. Crucis in territorio S. Fradelli Messanen. dioec. a Paulo Balestri nuper ipsius capellae rectore resignatam. Fructus, 60 duc. - Archiepō Messanen. et Cephaluden. ac Lipanen. Episc. exec. committit.
R. ap. S. P. Id. Iun. P. an. XI.

Reg. bull. I. 265.

233. A. P. R. M. *Romani Pontificis.* - Greg. XIII petente Praep. Gen. S. I. concedit ut parochialis ecclesia S. Eustachii Placentin. provinciae Mediolanen., in insula domorum pro collegio S. I. in d. civitate instruendo per Octav. Farnesium Parmae et Placentiae ducem assignatarum sita et 17 animas parochianorum S. Communionem de praesenti suscipientium habens, cuius fructus 5 vel 6 duc., exstinguatur, cura animarum ad viciniorem ecclesiam translata, et altari sub invocatione S. Eustachii ibidem in translationis memoriam exstructo pro erigendo collegio inserviat.
R. ap. S. M. VII kal. Iul. P. an. XI.

Reg. bull. I. 263 b.

234. A. P. R. M. *Dum animo recolimus.* - Greg. XIII,

petente Claudio Aquaviva Praep. Gen. S. I. pro collegio in civitate Coloniensi erigendo, commodiore se obtingente occasione, situm monasterii S. Agatii assignat, priorissam cum 5 monialibus et 4 famulantibus sub regula S. Aug. degentes ad alia monasteria traduci concedit. Fructus, debitis solvendis impares, 180 duc. - Archiepisc. Colonien. et Treveren. et Epō Amerin. exec. committit.

R. ap. S. M. kal. Iul. 1582 P. an. XI.

Reg. bull. I. 268 b.

235. A. P. R. M. *Ex debito pastoralis.* - Greg. XIII facultatem alienandi S. I. extendit ad census redimibiles.

R. ap. S. M. non. Aug. 1582 P. an. XI.

Nov. bull. S. I. 79. *Reg. bull. II.* 540. b.

236. A. P. R. M. *Coelestis Patris providentia.* - Greg. XIII petentibus Pr. Gen. S. I. et nomine parochianorum eccl. S. Ambrosii Ianuen. Greg. Marchano et Ios. Arquate, in d. eccl. per Iulii Calcagnini resignationem vacante curam animarum extinguit et parochianos ad viciniores ecclesias pro arbitrio executorum transfert, et ecclesiam cum fructibus clericis S. I. a 30 annis in d. civitate nullam commoditatem loci ad habitandum proprii habentibus, assignat. Fructus, 100 duc.

Tusculi, non. Sept. 1582 P. an. XI.

Reg. bull. II. 542. b.

237. *Vitae ac morum.* - Greg. XIII Iulio Calcagnino nuper Rectori Praeposito nunc. eccl. paroch. S. Ambrosii Ianuen., pro resignata d. eccl. parochiali, quam Pontifex exstinxit et coll. S. I. Ianuen. applicavit, reservat omnes eius fructus et habitationem domus donec in S. Ambrosii aut S. Laurentii parochia de alia habitatione et aequivalentibus reditibus prospectum fuerit. Epō Firman., Abbati S. Salvatoris et collegiatae S. Matthei Ianuen. et Vicario Archiep. Ianuen. exec. committit.

Tusculi, non. Sept. 1582 P. an. XI.

Reg. bull. II. 542.

238. A. P. R. M. *Pium et utile.* - Greg. XIII clericis S. I. concedit facultatem ordines suscipiendi a quocumque Antistite, idque etiam extra tempora.
Tusculi, XXII Sept. 1582.

Nov. bull. S. I. 83. *Reg. bull. II.* 544 b.

239. A. F. R. M. *Cum alias fe. re.* - Greg. XIII Societatis Iesu puritati emissorumque saluti consulens, statuit ut in perpetuum liceat Praep. Gener. quos iudicaverit emittere, etiam professos, eisque liberum sit non tantum ad Carthusiensium sed ad quemvis etiam non Mendicantium paris, laxioris, aut arctioris observantiae Ordinem per Praep. praescribendum transire.
Tusculi, XXII Sept. 1582 P. an. XI.

Nov. bull. S. I. 82 *Reg. bull. II.* 544.

240. A. P. R. M. *Romani Pontif. providentia.* - Greg. XIII petente I. B. Piscatore Rectore domus prob. S. Andreae de Urbe S. I., in qua omnium nationum novitii biennio probantur, monasterium B. M. V. seu S. Petri de Florentillo O. S. B. Spoletan. dioec., a Lud. Blanchetto can. basilicae Principis apost. Praef. cubic. et continuo commensali S. Pontificis resignatum, etsi super regimine et iure praesentandi lis pendeat, d. domui prob. incorporat. Fructus, 60 fl. aur. - Patriarchae Hierosolymitan. Epō Amerin. et Vic. Ep. Spoletan. exec. committit.
R. ap. S. M. kal. Oct. 1582 P. an. XI.

Reg. bull. II. 545.

241. A. P. R. M. *Votis fidelium.* - Greg. XIII unionem monasterii B. M. V. seu S. Petri de Ferentillo cum domo prob. S. Andreae de Urbe S. I. confirmans, Ioannem Bapt. Piscatorem et d. domum in omni iure et ad omne ius, quod Ludovico tempore cessionis competebat, apost. auctoritate surrogat.
R. ap. S. M. kal. Oct. 1582 P. an. XI.

Reg. bull. II. 548.

242. *Rediit ad nos.* - Greg. XIII Ioanni Basilii, magno duci Moschoviae, Novoguardiae, Smolensciae, Vlodomiriae,

dño Cassani et Astracani, nuntiat rediisse Ant. Possevinum, ad ducem cum Iacobo Melvianino huius oratore missum; gaudet pacem cum rege Poloniae, auctoritate apost. interposita, factam esse. Quod perspectum habeat, uti ad Stephanum Pol. regem scripserat, in ecclesia Romana verae fidei cultum semper viguisse nec posse unquam violari, sicut Isidorus Russiae Metropolitanus in oecum. synodo Florent. agnoverat, quodque ab eo tempore Russiam cum Rom. ecclesia coniunctam asserat, spem facit ut in aliis facilis futurus sit. Hortatur Ducem contra Turcas, communem hostem. Libros Possevini ei commendat legendos. De libero in Persas commeatu concesso gratias agit; item de pellibus anno superiore per Paulum Campanum, hoc tempore per Iacobum missis. Amicitiam ab eo per Iacobum cum Venetiarum republica coniunctam gaudet.
R. ap. S. M. kal. Oct. 1582 P. an. XI.

Brev. et rescr. 180

243. *Cum eius Beatitudini.* - Ptolemaeus Gallius, tit. S. Agathae Pr. Card. Comen. a Greg. Pont. seminariorum in Germania, Polonia et reliquis regionibus constitutus protector, Antonio Possevino, prof. S. I. plenam potestatem auctoritate S.mi D. concedit ut nomine suo uti possit ad alumnos seminariorum dimittendos, mutandos, etc. per se vel per socios; de fructu spirituali, destinatione alumnorum, catalagos quotannis mitti curet.
XV Oct. 1582 P. an. XI.

Brev. et rescr. 177.

244. A. P. R. M. *Ex supernae providentia.* - Greg. XIII confirmat concordiam initam inter Io. Paiez Rect. paroch. eccl. B. M. loci de Bandoma Portugallen. dioec. et Mart. Brehar Rect. coll. S. I. in civit. Portugallen. super fructibus d. eccl. et unius S. Ovayae et alterius S. Michaelis de Crestello eiusd. dioec. d. ecclesiae annexorum, ac praedicto collegio de Henrici Regis consensu unitorum. Archiepō Ulixbonen. et Amerin. ac Lamacen. Episc. exec. committit.
R. ap. S. P. III kal. Ian. 1582 P. an. XI.

Reg. bull. II. 551. b.

245. *Exigit singularis devotionis.* - Greg. XIII collegio S. Spiritus Elborensi S. I. concedit ut villam Conselho nunc. de Monte Agrazo territorii Ulisbonensis a mensa archiep. Elborensi olim dismembratam et d. collegio applicatam permutet, quia temporalis iurisdictionis annexae ratione ab instituto suo distrahitur Societas, et ut alia bona stabilia quae redditus uberiores afferent acceptet.
R. ap. S. P. Id. Ian. 1582 P. an. XI.

Reg. bull. II. 556. b.

246. A. P. R. M. *Quanto fructuosius.* - Greg. XIII confirmat Institutum, privilegia et constitutiones S. I.
R. ap. S. P. kal. Feb. 1582 P. an. XI.

Nov. bull. S. I. 85. *Reg. bull. II.* 549.

247. A. P. R. M. *Etiam ad ceteras orbis regiones.* - Greg. XIII cum coll. S. I. Tiburtino, quod nullo solido vel perexiguo proventu annuo fundatum et indigentia coactum est, unit prioratum S. Sabae Tiburtin. Ord. S. Bened. a Io. - B. Argenti cler. perpetuo beneficiato in basil. Pr. Apost. resignatum una cum duobus beneficiis ad prioratum spectantibus. Fruct. 300 duc. super quibus pensio 75 scut. Annibali Fidulfo Cler. Interamnensi reservata. Ecclesiam d. prioratus, deformem, minantem, nimis angustam profanandi et illius loco unam capellam in eccl. quae prope coll. sub invocatione SS. Angelorum exstruitur instituendi licentiam tribuit Epō Tiburtino.
R. ap. S. P. non. Iun. 1583 P. an. XII.

Reg. bull. II. 571.

248. A. P. R. M. *Exposcit debitum.* - Greg. XIII, petente Ioanne Archiep. Treviren., pro coll. S. I. Confluentiae exaedificando decimas territorii seu districtus Niderbrechen et aliarum prope terrarum quas nonnulli Canonici O. S. Aug. ratione monasterii de Erenbreidtstein eorumdem ord. et dioec. hoc tempore desolati obtinebant, dismembrat et d. coll. applicat.

Valor, 200 duc. - Colonien. et Maguntinen. Archiep. et Epō Amerin. exec. committit.
R. ap. S. P. Id. Iun. 1583 P. an. XII.

Reg. bull. II. 585 b.

249. A. P. R. M. *Mirabilia Dei.* - Greg. XIII Societati Iesu, quae a 30 annis in Iaponica orientali terra laborat, ubi perfertur 100 paganorum millia convertisse, et tantum 22 sacerdotes et 50 pios adiutores habet, consulere volens, et collegia aliqua ac domum probationis in Iaponicis regnis institui cupiens, pensionem annuam 4 m. scut. auri super collettoria iurium Camerae in Hispania, unica solutione in festo Natalis Dñi solvendam in oppido Madritii Toletan. dioec. assignat. Ad 20 annos et ultra, quoad alios redditus similes habeat Societas in Iapone.
R. ap. S. P. Id. Iun. 1583 P. an. XII.

Reg. bull. II. 555.

250. A. P. R. M. *Ad apost. dignitatis.* - Greg. XIII, petente Cl. Aquaviva Pr. G. S. I. confirmat unionem a Ferdinando Imperatore ac Maximil. et Rodulpho successoribus factam cum collegio S. I. Pragensi monasterii Fr. Praed. cum illorum eccl. S. Clementis et ruinosis aedificiis in parte urbis veteri, alio ipsis loco assignato, assignationem 1400 taler. super Oybinensis et 450 fl. super Doberluch (Dobrylug) seu Lusatiani monasteriorum S. Bened. Celestinorum nunc. Pragensis dioec. fructibus, et super proventu camerali regni Boemiae 300 taler. in cuius ultimi redditus loco a Rudolpho possessio quaedam Kopanina nunc. supposita fuit. Valor in universum 1000 duc. aur. - Archiepō Pragen. et Amerin. ac Olomucen. Episc. exec. committit.
R. ap. S. M. kal. Iul. 1583 P. an. XII.

Reg. bull. I. 557. b.

251. A. P. R. M. *Copiosa Sedis Apost.* - Greg. XIII petente Cl. Aquaviva Pr. G. S. I. confirmat concessionem a Petro Epō Cracoviensi de consensu Stephani Transylvaniae et Poloniae Regis Augusti et Capituli maioris eccl. Cracov. factam So-

cietati Iesu, pro collegio d. urbis, sc. parochialis eccl. S. Barbarae sitae in coemeterio B. M. V. Cracoviensis, eius patronatu translato, fructibus remanentibus salvis, officiis in eccl. B. M. V. etiam Cracoviensem translatis, concionatore germanico a S. Barbara ad eccl. S. Adalberti mane singulis dom. et festis transeunte, a prandio in eccl. B. M. V. concionante, confraternitate literatorum ad eccl. S. Adalb. translata. Essentiam parochialis ecclesiae in d. eccl. supprimit. Patriarchae Hierosolymitano et Cracovien. et Plocen. Episc. exec. committit.
R. ap. S. M. Id. Iul. 1583 P. an. XII.

Reg. bull. II. 559 b.

252. A. P. R. M. *Ex pastoralis officii.* - Greg. XIII confirmat applicationem, a Franc. Epō Malacitan. factam collegio S. I. Malacitano, possessionis in loco nunc. El Arroyo del agua ac termino civitatis positam, a Ferd. de Puebla archid. d. eccl. legatae Alf. de Torres thesaurario eiusd. eccl. ut ibi domus Ord. fr. min. de observ. descalzos nunc. unam missam submissa voce cum uno responsorio pro defuncto dicere teneretur (quod Provincialis d. Ord. Andaluciae recusavit), et nunc de consilio d. Alfonsi, Didaci Fernandez Romero, Alfonsi Lopez, portionariorum d. ecclesiae et haeredum, Soc. I. concessae cum onere quod oratorium in d. haereditate construatur, et praeter unam missam loco responsorii decantandi altera missa dicatur, et 50 duc. annui census pro redimendis captivis constituantur.
R. ap. S. M. XV Iul. 1583 P. an. XII.

Reg. bull. II. 556 b.

253. A. P. R. M. *Regimini universalis Ecclesiae.* - Greg. XIII, petentibus Decano eccl. S. Servatii opp. Traiectensis Leodien. dioec., et Rectore coll. S. I. pridem in d. oppido instituti, confirmat concordiam de controversia quadam nomine collegii S. I. et capituli S. Serv. 22 Apr. initam inter Balduinum ab Angelo Praep. eiusdem Soc. per provinciam Belgien. ex una, et Corn. Borcotum Vice-praepositum et Io. Groeten canonicum ex altera partibus, medio et interventu Liv. Terrentii archid. Barbantiae in eccl. Leodien. et Vic. Gen. ac Ant. Genarch per dioec. haereticae pravitatis Inquisitoris. -

Videlicet decanus et capitulum consentiunt suppressioni et appropriationi 2 canonicatuum, sed quotannis ex emolumentis defalcabunt 80 fl. Barbant. in suos seu eccl. S. Hernatii communes usus convertendos. - Archiepō Treviren. et Amerin. ac Leodien. Episc. exec. committit.
R. ap. S. M. V kal. Aug. 1583 P. an. XII.

Reg. bull. II. 561.

254. A. P. R. M. *Plantata in agro Dominico.* - Greg. XIII petente Cl. Aquaviva Pr. G. S. I., collegio a Stephano Transilvaniae et Poloniae rege Aug. in civitate Colosvarien. erecto applicat piscinam totalem Barathole Thabba (barátok tava) nunc. in territorio possessionum Also et Felscosulr (Felsozsuk ?) etiam nunc. comitatus Colosien. olim pertinentem ad domum regul. Ord. fr. min. eiusdem civit., post Turcarum incursionem desolatam. - Patr. Hierosolymitan. et Cracovien. ac Plocen. Episc. exec. committit.
R. ap. S. M. kal. Aug. 1583 P. an. XII.

Reg. bull. II. 563. b.

255. A. P. R. M. *Coelestis Patris providentia.* - Greg. XIII, petente Cl. Aquaviva Pr. G. S. I. confirmat applicationem a Stephano Transilvaniae et Poloniae Rege Aug. factam collegio S. I. in civitate Alba Iulia, ecclesiae S. Stephani cum regulari domo contigua a fr. Ord. Praedic. prius desertae, item unius horti prope et extra civit. ex adverso portae S. Gregorii, olim dum christiani reges legitimo iure regnum Ungariae possidebant ad praeposituram Alben. pertinentem, ad studiosorum recreationem. Suppressa essentia regulari, d. ecclesiam dismembrat a praepositura et appropriat Societati. - Patriarchae Hierosolymitan. et Cracovien. ac Plocen. Episc. exec. committit.
R. ap. S. M. kal. Aug. 1583 P. an. XII.

Reg. bull. II. 562.

256. *Unigeniti Filii Dei.* - Greg. XIII ecclesiae S. Salvatoris collegii S. I. Pragensi, non ita pridem a fundamentis exstructae et de proximo consecrandae, singulis annis, dedicationis diebus, et in festis Purificationis et Assumptionis glo-

riosissimae Dei Genitricis, ac pridie SS. Sacramenti necnon Nativitatis eiusdem D. N. I. C. festivitatibus indulg. plen. concedit.

R. ap. S. P. IX kal. Feb. 1583 P. an. XII.

Reg. bull. II. 565.

257. A. P. R. M. *Omnium saluti.* - Greg. XIII ecclesiae S. Salvatoris Societatis Nom. I. Pragensi pro altari S. Crucis quod maius non est, concedit ut quoties sacerdos aliquis pro anima cuiuscumque fidelis in caritate cum Deo defuncti celebrat, ipsa de thesauro Ecclesiae consequatur indulgentiam quatenus a Purgatorii poenis liberetur.

R. ap. S. P. IX kal Mart. 1583. P. an. XII.

Reg. bull. II. 565.

258. *Ad apost. dignitatem.* - Greg. XIII collegio S. I. Tholosano, in quo 9 praeceptores et 40 iuvenes ac 10 aliae personae aluntur, et ad quod propter civitatis et provinciae amplitudinem magna adolescentium multitudo confluit, cuius porro redditus mille duc. non sufficiunt, assignat prioratum conventu et animarum cura carentem B. M. de Burgo oppidi Stapiscagni (?) Cluniacen. Ord. Albien. dioec. quem Nic. Badons cler. Carnuten. dioec. in commendam obtinet, cuius collatio ad abbatem seu commendatarium mon. S. Petri de Moyssaco d. Ord. Caturcen. dioec. pertinet. Fr. 24 duc.

R. ap. S. M. IV kal. Mart. 1583 P. an. XII.

Reg. bull. II. 568.

259. A. P. R. M. *Immensa Dei providentia.* - Greg. XIII, petente Stephano Poloniae rege Illustri, monasterium monialium S. Mariae Magd. Ord. Cisterc. Rigensis civitatis, unas inter profligati per haereses status eccl. reliquias, a duabus monialibus centenariis fere nec ullas sectatrices sui ordinis habentibus habitatum, una cum eccl. contigua S. Iacobi, extincta regulari essentia, applicat collegio S. I. erigendo, item possessiones quasvis feudales et allodiales intra et extra civitatem, in Livonia et Curlandia seu Semigalea constitutas. Donec a Rigen. Praesule curae animarum per vicarios seu parochos in

eccl. provideatur, a Rect. S. I. huic curae portio annua ad vicariorum sustentationem assignetur.
R. ap. S. M. kal. Mart. 1583 P. an. XII.

Bull. Rom. *Reg. bull. II.* 567.

260. A. P. R. M. *Magna quam in dies.* - Greg. XIII cum coll. S. I. Avenionensi unit prioratum B. Mariae de Monte Calmo, Ord. S. Aug. Tricastrinen. dioec., a Laur. Borelli clerico per Domin. Hatton secretarium S. Pont. resignatum. Fructus prioratus et S. Stephani de Maco et aliorum annexorum, 24 duc.
R. ap. S. M. non. Mart. P. an. XII.

Reg. bull. I. 276.

261. *Exponi nobis nuper.* - Greg. XIII Cl. Aquaviva Pr. G. S. I. exponente quod Gavinus Saronira decanus eccl. Algaren. aõ 1572 Ioannem Saronira nepotem haeredem constituerat, huic autem sine filiis decedenti Soc. Iesu substituit ac voluit ut omnia sua bona venderentur et ex eorum pretio redditus annuus 500 duc. pro coll. S. I. in civ. Algarensi constitueretur, cupiente porro ut dicta bona ad usum collegii plurimum commoda, quae si vendantur vix efficere possent illos redditus, potius in proprietatem d. collegii cedant, voluntatem Gavini commutat. - Archiep. Turritan. et Ep. Algaren. et curiae cam. apost. gen. auditori exec. committit.
R. ap. S. P. VII Mart. 1584 P. an. XII.

Reg. bull. II. 565 b.

262. A. P. R. M. *Pastorale officium.* - Greg. XIII, petentibus rectore coll. S. I. Arequipensis in regno Peruano et Gometio de Buitron, filio Gometii de Leon, attento testamento 16 Iun. 1558 ex ultimo dicti voluntate a Francisca de Vergara eius uxore et Cath. de Vergara facto, secundum quod ex 4 officinis in d. civ. construi coeptis redditus docendis Indis d. Gometio de Leon subiectis servirent, quarum valor ob translatam a Prorege in alium portum mercaturam et dein ob terraemotum anno 1581 fere annullatus est, situm earum d. col-

legio restaurando applicat, commutatque Gometii de Buitron voluntatem. Valor, 300 duc.
R. ap. S. P. Id. Mart. P. an. XII.

Reg. bull. II. 566. b.

263. *Pervenerunt ad nos.* - Greg. XIII Ludovico Epō Lauden. Apost. Sed. in regnis Hispan. Nuntio committit ut Thom. Peretam F. O. D. Abulae ob quasdam adversus Instit. et decreta Ord. Sodalitatis Iesu a Sede Apost. confirmata vulgatas ex suggestu propositiones, falsas et temerarias, gravissime reprehendat, scribatque ad omnes universitates Hisp. et Ordinum conventus ut eas tamquam falsas et temerarias reiiciant.
R. ap. S. P. XVI Mart. 1584 P. an. XII.

Possini, de aux. gr. l. II, n. IX, 5.

264. A. P. R. M. *Ex collegio Germanico.* - Greg. XIII constitutiones pro d. collegio condit: de examinatoribus, de alumnorum patria, qualitatibus, iuramento, probatione, magistris, festis, vacationibus, promotione, regulis, poenis, discessu; de ecclesiarum cultu; de rectore a Praep. Gen. S. I. constituendo; de protectoribus, oeconomis, bonorum administratione.
R. ap. S. P. 1 Apr. 1584 P. an. XII.

Bull. Rom. - Cordara, coll. germ. et hung. hist.

265. A. P. R. M. *Magna quam in dies experimur.* - Greg. XIII cum coll. S. I. Cordubensi unit unum in de Fazalcazar (Aznalcazar?), alterum in Del Puerto de S. Maria per Mag. Christoph. Robusterii pal. Apost. auditoris, et in de las Cabezas locorum Ispalen. dioec. ecclesiis beneficia per Did. Maldonado liberas resignationes vacantia. Fr. 1200 duc.
R. ap. S. P. IV non. Apr. P. an. XII.

Reg. bull. II. 566.

266. A. P. R. M. *Ex debito pastoralis.* - Greg. XIII, petente Praep. Gen. S. I. domunculam unam et hortum contiguum, a Balthasare abbate monasterii Sedi Apost. immediate subiecti oppidi Fuldensis Ord. S. Bened. nullius seu Herbipolen.

dioec., ad perpetuam sine cura capellaniam vicariam nuncupatam sub invocatione S. Annae in parochiali eccl. S. Blasii pertinentem, collegio S. I. Fuldensi applicatam, denuo, ne de iuribus haesitari contingat, dismembrat et d. collegio auctoritate apost. concedit. Valor in proprietate, 200 scut. auri.
Tusculi, V kal Maii P. an. XII.

Reg. bull. I. 275. b.

267. *Exigit debitum pastoralis officii.* - Greg. XIII, cum coll. S. I. a Ioanne Epō Argentinen. in opp. Molshemio d. dioec. instituto, et propter situs, aedium et facultatum angustias multis incommodis obnoxio, unit hospitale ad d. Epūm et capitulum pertinens cuiusque literae fundationis non inveniuntur, et transfert hospitalitatem ad unum intus et aliud extra muros d. oppidi hospitalia. Fr. 600 duc.
Tusculi, V kal. Maii P. an. XII.

Reg. bull. II. 583.

268. A. P. R. M. *Ad summi apostolatus.* - Greg. XIII domui probātionis S. I. sub invocatione S. Andreae de Urbe reservat ad 20 annos pensionem 700 scut. auri super monast. S. Petri et Andreae de Ripalta Cistercien. Ord. quod Andr. Spinola cler. Ianuensis, nunc Ordinem presbyt. S. I. ingressus, in commendam obtinebat et Bonifacius de Nigris cler. Ianuensis ad vitam commendatum habet. Altera medietas in B. Ioann. Baptistae, in D. N. I. C. nativitate altera. - Archiepō Ianuensi et Amerin. ac Aquinaten. Episc. exec. committit.
Tusculi, pr. kal. Maii 1584 P. an. XII.

Reg. bull. II. 570.

269. A. P. R. M. *Ascendente Domino.* - Greg. XIII Societatem Iesu, a pluribus Pontificibus et a Synodo Tridentina commendatam, iterum confirmat, simulque eius finem, media, graduum distinctionem, vota simplicia longamque probationem vindicat contra impugnantes et in controversiam revocari prohibet.
R. ap. S. P. VIII kal. Iun. 1584 P. an. XIII.

Nov bull. S. I. 88. *Reg. bull. II.* 577.

270. A. P. R. M. *Immensa Dei providentia.* - Greg. XIII, petente Phil. II Hispan. rege catholico, collegium S. I. Iprae erigit eique monasterium monialium de Mercheten O. S. Ben. Ipren. dioec. per obitum Margaritae van Suelle abbatissae vacans, a civitate 3 leucis abstans, dirutum, una cum prioratu SS. Martini et Amati applicat. Fructus 450 duc. - Episc. Tornacen. et Brugen. et caus. cam. ap. generali auditori exec. committit.

R. ap. S. P. VIII kal. Iun. 1584 P. an. XIII.

Bull. Rom.

271. A P. R. M. *Immensa Dei providentia.* - Greg. XIII petente eodem, coll. S. I. in oppido Montensi Cameracen. dioec. erigit eique prioratum S. Ant. de Barbefosse O. S. B. prope d. oppidum, per Iuliani Gergot clerici obitum vacantem applicat. Fructus, 300 duc. - Archiep. Cameracen. Epō Atrebaten. et caus. cam. ap. gen. auditori exec. committit.

R. ap. S. P. VIII kal. Iun. 1584 P. an. XIII.

Bull. Rom.

272. A. P. R. M. *Immensa Dei providentia.* - Greg. XIII, petente Phil. II Hisp. rege cath. et Flandriae Comite, collegium S. I. in civitate Brugen. alias inchoatum et malorum temporum conditione dissolutum, perpetuo erigit, eique monasterium Dulcisvallis O. S. Aug. canonic. regul. olim Tornacen. nunc. Brugen. dioec. derelictum, cum primum vacaverit, applicari vult. Fruct. 120 fl. - Episc. Tornacen. et Brugen. et caus. cam. ap. gen. audit. exec. comm.

Tusculi, IX kal. Iul. 1584 P. an. XIII.

Bull. Rom. - *Miraeus III.* 252.

273. A. P. R. M. *Humana sic ferunt.* - Greg. XIII, loco hospitalis pro Maronitis Libani in Urbe a se erecti ad eccl. S. Ioannis de Ficocia regionis Trivii, quod meliora aemulatus charismata supprimit, collegium pro pueris istius nationis, quibus sub gravi Turcarum iugo vix facultas datur bonarum litterarum studia excolendi, subrogat, domos, redditus etc. assignat, missam et div. off. arabico vel chaldaico idiomate

celebrari, exemptionem, facultatesque, quibus Germanicae, Anglicae et Graecae nationum collegia gaudent, concedit; Antonium tit. S. Eusebii Pr. Card. Caraffam protectorem deputat etc.
R. ap. S. P. V kal. Iul. 1584 P. an. XIII.

Bull. Rom.

274. A. P. R. M. *Laboriosam et indefessam.* - Greg. XIII, petentibus Gulielmo et Eleonora ab Austria Ducibus Mantuae et Montisferrati, qui collegio S. I. Mantuae fundando redditus 600 scut., sex libris monetae in d. civitate cursum habentis pro quolibet scuto computatis, donare intendunt, unit cum d. coll. ecclesiam par. SS. Salvatoris ab Antonio de Ferrariis rectore eius resignatam, cum adiacentibus domibus, pertinentiis. Fructus 120 duc., nomen, denominationem paroch. eccl. extinguit, officia, fundationes etc. ab Ordinario transferri concedit, collegium erigit.
R. ap. S. M. Id. Iul. 1584 P. an. XIII

Bull. Rom. *Reg. bull. II.* 575. b.

275. *Ad populorum devotionem.* - Greg. XIII gratias alias Societati Iesu pro Perù et Indiis ad decennium concessas renovat. Ad X annos.
R. ap. S. M. XII Aug. 1584. P. an. XIII.

Litt. Apost. 97.

276. A. F. R. M. *Decet Romanum Pontificem.* - Greg. XIII attendens ad literas Pii IV, quibus collegio S. I. Colimbriensi unitum fuit monasterium S. Petri de Pedroso O. S. B. Portugallen. dioec., quarum clausulas interpretatus Ordinarius loci matutinum, missam ceteraque conventualia officia decantari aut recitari facere per sequestrationem fructuum contendit, declarat rectorem et collegiales ad haec minime teneri. - Archiep. Ulixbonen. et Epõ Portugallen. et curiae causar. cam. ap. generali auditori exec. committit.
R. ap. S. P. 1 Sept. 1584 P. an. XIII.

Reg. bull. II. 573. b.

277. A. F. R. M. *Satis superque dilectos filios.* - Greg. XIII exemptionem S. I. ab Ordinariorum iurisdictione a praedecessoribus ab eius erectione concessam confirmat.
R. ap. S. M. X Sept. 1584 P. an. XIII.

Nov. bull. S. I. 97. *Elench. bull.*

278. A. P. R. M. *Laboriosam et indefessam.* - Greg. XIII, petente Americo Çapata (Zapata) eleemosynario eccl. Caesaraugustan. O. S. Aug. canon. regularium, annuit ut pro coll. S. I. in opp. civitate nunc. Calatajubii d. dioec. erigendo, praeter summam 8 m. duc. ex incolarum largitione, assignentur praestimonia in de Monton per Ioannis Romero, in de Villalvia locorum Tirasonen. dioec. parochial. ecclesiis per Ioannis de Ruesta clericorum liberas resignationes vacantia. Fr. insimul, 90 duc.
R. ap. S. P. kal. Oct. 1584 P. an. VIII.

Reg. bull. II. 574.

279. *Exponi nobis.* - Greg. XIII privilegia a Pio IV et Pio V concessa ne ulli S. I. liceret ad carthusiam secundo transire nisi de licentia Pr. G. confirmat.
R. ap. S. M. XIII Oct 1584.

Nov. bull. S. I. 97. *Elench. bull.*

280. A. P. R. M. *In suprema militantis Ecclesiae.* - Greg. XIII in civ. Calaritan. insulae Sardiniae domum probationis S. I. erigit, cum ea unit parochiales invicem unitas de Sardana et Sarzella locorum Usselen. dioec. ecclesias, quas Iac. Spiga earum rector obtinet (fructus, 400 duc.), reservatis 150 duc. et aliis incertis et ped. altaris rectori paroch. pro temp. existenti.
R. ap. S. P. kal. Nov. 1584 P. an. XIII.

Reg. bull. II. 581.

281. *Vigore privilegii.* - Greg. XIII facultatem praedicandi, etiam scholaribus S. I. nondum sacris ordinibus initiatis, a Paulo III concessam fuisse declarat eamque confirmat.
R. ap. S. M. XX Nov. 1584 P. an. XIII.

Nov. bull. S. I. 100. *Elench. bull.*

282. A. P. R. M. *Dudum ad uberes fructus.* - Greg. XIII collegio B. Mariae de Brera nuncupato S. I. in civitate Mediolanensi applicat partim bona parochialis ecclesiae praepositurae nunc. loci de Brusano Mediolanen. dioec. per obitum Ioannis Recalcati eius rectoris vacantis, relinquens 100 scutorum valorem praeter domum et iura pastoralia praeposito pro tempore. Fructus, 250 duc. - Archiepō Mediolanen. et Episc. Novarien. et Viglevanen. execut. committit.
R. ap. S. P. kal. Dec. 1584 P. an. XIII.

Reg. bull. I. 277.

283. A. P. R. M. *Omnipotentis Dei.* - Greg. XIII, postquam olim primordiis Congregationis studiosorum in eccl. Annuntiationis B. M. V. collegii S. I. de Urbe favens, indulgentias concessit, primariam Congregationem instituit, indulgentiis ornat, facultatem alias in collegiis erigendi et aggregandi Generali S. I. impertitur.
R. ap. S. P. non. Dec. 1584 P. an. XIII.

Nov. bull. S. I. 101. *Reg. bull. II.* 585 b.

284. A. F. R. M. *Insinuatum fuit nobis.* - Greg. XIII, sciens Albertum seniorem Marchionem Brandeburgen., Ducem Prussiae, per Paulum Scaligerum ad Pium V, se cum Eccl. Rom. reconciliandi gratia, confugisse, et in poenitentiae signum centum talerorum millia camerae apost. decrevisse, hanc vero pecuniam, ex Dantia missam, ab haereticis interceptam fuisse constituit, ut quoniam Albertus de ea tamen postea mentionem fecit in testamento, applicetur, si recuperetur, collegiis Bransbergae in Prussia, Vilnae in Lithuania et Colosvarii in Transylvania erectis, tertia tamen eius pars personae, a suo apud Rodulphum Imperatorem electum Nuntio nominandae, ob suos labores in hoc negotio indagando, solvatur.
R. ap. S. P. VIII Dec. 1584 P. an. XIII.

Brev. et rescr. 181 b.

285. *Ad augendam fidelium.* - Greg. XIII impertit in-

dulg. pl. in festo invocationis ecclesiarum S. I. in provincia del Brasil. Ad 20 annos.

(*Nota* Aliud simile fuit expeditum pro Iapone, et alia pro singulis provinciis Hispaniae et Lusitaniae).

R. ap. S. P. VIII Ian. 1585 P. an. XIII.

Reg. bull. II. 584. b.

286. *Ad augendam.* - Greg. XIII visitantibus ecclesias, oratoria domorum, collegiorum et residentiarum S. I. provinciae Mexicanae die festo invocationis indulg. plen. concedit ad 20 annos.

(*Nota.* Octo Brevia in simili forma pro domibus etc. provinciarum Castellae, - Toleti, - Peruanae, - Aragonensis, - Iapponi, - Portugalliae, - Brasiliae, - Bethicae, data fuerunt).

R. ap. S. P. VIII Ian. 1585 P. an. XIII.

Reg. bull. I. 275.

287. A. F. R. M. *Populis ac nationibus.* - Greg. XIII, consulens infidelibus quos ex Angola, Aethiopia, Brasilia et aliis Indicis regionibus in remotas regiones ab hostibus exterminari contingit, concedit facultatem dispensandi cum conversis ad fidem, ut nonobstante matrimonio in gentilitate contracto possint cum fideli denuo contrahere, etiam priore coniuge non praemonito, si summarie constiterit illum vix posse praemoneri. Litteris praesentibus Pr. Gen. S. I. sigillo munitis fides habeatur.

R. ap. S. P. XXV Ian. 1585 P. an. XIII.

Litt. Apost. 102, *Hernaez I.* 77. *Reg. bull. II.* 585.

288. *Ex pastorali officio.* - Greg. XIII, postquam seminariis studiosorum in Iaponia fovendis operariisque illuc mittendis opem praestitit, incommodis quibusdam ex operariorum varietate et agendi novitate orituris obviam ire cupiens, considerans sacerdotibus S. I. qui soli hactenus eo penetrarunt, singularem quamdam fidem ab his nationibus tribui, omnibus Patriarchis, Archiepisc. Episc. etiam provinciae Chinae et Iaponis, sub interdicti et suspensionis, sacerdotibus vero clericis etc. tam saecularibus quam regularibus, exceptis S. I. religiosis

sub excommunicationis maioris poena, interdicit ne sine Sedis Apost. expressa licentia illuc proficisci audeant.
R. ap. S. P. XXVIII Ian. 1585 P. an. XIII.

Litt. Apost. 106. *Brev. et resc.* 190. - *Reg. bull. II.* 584 b.

289. *Ad augendam.* - Greg. XIII visitantibus ecclesias Incarnationis, Conceptionis, S. Ioann. Bapt., S. Petri, S. Pauli, S. August., S. Iac., S. Martini, S. Sebastiani, S. Barbarae, S. Bened., S. Bernardi et S. Christophori nuncupatas parochiales ecclesias villae Potosi dioec. de las Chacas, die festo invocationis indulgentiam plenariam concedit. Ad 20 annos.
R. ap. S. P. XV Mart. 1584 P. an. XIII.

Reg. bull. I. 275.

SIXTI V.

Sixtus, V de Monte alto, Picenus, fr. Felix Perettus antea dictus, Ord. S. Francisci, Pr. Card. tit. S. Hieronymi Illyricorum, creatus 12 Apr. 1585, coronatus kal. Maii, obiit VI kal. Aug. 1590.

Tradita Societati a praedecessore suo seminaria confirmavit; Romano, quod Praepositus generalis relinquere volebat, retineri iusso, Maroniticum adiecit, Iaponica duobus aureorum millibus auxit. Anno 1588 collegio Vercellensi templum SS. Trinitatis adiunctasque aedes, atque anno 1589 Ratisbonensi collegio monasterium S. Pauli attribuit. Eodem anno Sigismundum Transilvaniae Principem graviter monuit ut Societatem eo unde religionis causa fuerat eiecta restitueret, ac datam Alberto Bavariae Duci a Pio IV facultatem coenobia derelicta eorumque redditus ad collegia Sociorum vel clericorum seminaria transferendi Gulielmo Duci confirmavit.

P. Antonium Guisanum aliosque in Moldaviam misit ac P. Ant. Possevinum cum Archiepiscopo Neapolitano Nuntio Apostolico theologum in Poloniam; P. Franc. Massarellium cum tribus sociis in Cretam insulam, ubi etiam tria Societatis collegia fundare decreverat, attributo in vectigal censu, qui ex decreto concilii Tridentini seminariis clericorum quotannis e beneficiis ecclesiasticis persolvi consuevit. Anno 1589 P. Robertum Bellarminum Legato Henrico Cardinali Caietano theologum dedit in Gallias.

---

1. A. P. R. M. *Coelestis Patris providentia.* - Sixtus V, petente Carolo Archiduce Austriae, Duce Styriae, Carinthiae et Carniolae, in collegio S. I. in oppido Graecensi Salzburgen. dioec. eius sumptibus exstructo et a Gregorio XIII erecto cum assignatione pensionis annuae 2200 flor. super monasterio de Milstadt, olim Ord. Cisterciensium, dein militum S. Georgii, instituit studii generalis universitatem, sub auctoritate pro tempore existentis rectoris, ut in facultatibus artium et theologiae ad baccalaureatus etiam formati, licentiaturae, laureae doctoratusque et magisterii gradus promoveat concedit, ultra praedictam pensionem aliam duorum millium florenorum super d. monasterii proventibus in quatuor terminis solvendam as-

signat. - Salzburgen. et Amerin. Episc. et cam. Ap. gen. auditori pensionis ab administratore monasterii solutionem committit
R. ap. S. P. kal. Maii 1585 P. an. I.

Bull. Rom. *Reg. bull. I.* 281.

2. A. P. R. M. *Rationi congruit.* - Sixt. V confirmat litteras Greg. XIII 6 kal. Ian. P. aõ XIII, quibus occasione controversiae in universitate Mussipontana ortae, an iure per 8 annos vel circiter Caroli Lotharingiae et Barri Ducis permissu Rector collegii nomen et officium Rectoris universitatis obtinuisset, statuerat perpetuis futuris temporibus qui foret d. collegii Rector idem et ipsius universitatis Rector pro tempore esset, cui etiam Decanus iurisprudentiae et professores quarumcunque facultatum etiam iuris civilis et canonici subessent, item ut festo die S. Nicolai omnes lectores etc. ad solemnia sacra universitatis in eccl. coll. S. I. celebranda convenirent, publicis supplicationibus bis aut ter quotannis interessent. - Meten. Virdunen. et Tulen. Episc. exec. committebat.
R. ap. S. P. kal. Maii 1585 P. an. I.

Bull. Rom. *Reg. bull. II.* 587.

3. A. P. R. M. *Rationi congruit.* - Sixt. V declarat perinde valere gratiam a Praedecessore suo sub data kal. Nov. P. aõ XIII concessam ac si sub ea data literae confectae fuissent, sc. super monasterio SS. Petri et Andreae de Ripalta Cisterc. Ord. nullius dioec. provinciae Taurinensis, cuius proventus ad 100 fl. auri taxabantur, et cuius commenda ab Andrea Spinola presb. Ianuensi resignata, Bonifacio de Nigris clerico Ianuensi concessa fuerat, reservari ad 20 annos pensionem annuam 700 scut. auri domui probationis S. Andreae S. I. de Urbe, licet aetatis d. Bonifacii 21 dumtaxat annorum mentio in literis apostolicis facta non fuisset.
R. ap. S. P. kal. Maii 1585 P. an I.

Reg. bull. II. 278. b.

4. A. P. R. M. *Ex iniuncto nobis.* - Sixt. V attendens ad litteras Pii IV paroch. ecclesiam loci de Navalcarnero Toletan. dioec. collegio S. I. in univers. studii gen. loci de Alcala

de Henares d. dioec. assignantis, petente Rectore d. coll. eo quod Societas curae animarum exercitio commode vacare nequit, in d. ecclesia unam perpetuam vicariam erigit, eique assignat redditus 100 fanegarum frumenti, totidem ordei, 50 arsonas vini musti, 150 duc. monetae illarum partium constituentes, ultra parochialia ad 150 duc. ascendentia.
R. ap. S. P. non. Maii 1585. P. an. I.

Reg. bull. II. 588.

5. *Eximia pietas tua.* - Sixt. V Francisco regi Bungi, de pietate litteris ac legatione sub Greg. praedecessore declarata gratulatur; et praestita item sibi a Mancio obedientia gaudet. In tribulationibus eius animum erigit, particulam ligni S. Crucis in auream crucem inclusam, ensem et pileum pro galea, nocte natali D. N. I. C. consecratos, peracto missae sacrificio ipsi tribuendos mittit.
R. ap. S. P. XXVI Maii 1585 P. an. I.

Brev. et rescr. 159.

6. *Fuerunt tuae literae.* - Sixt. V Protasio Arimae regi nuntiat litteras eius a Michaele esse Gregorio praed. redditas, sibique praestitam ab eodem obedientiam. Particulam ligni S. Crucis in auream crucem inclusam, ensem et pileum pro galea, nocte natali D. N. I. C. consecratos, peracto missae sacrificio ipsi tribuendos mittit.
R. ap. S. P. XXVI Maii 1585 P. an. I.

Brev. et rescr. 160.

7. *Recitatis tuis literis.* - Sixt. V Bartholomaeo Omurae principi nuntiat litteras eius a Michaele esse Gregorio praedec. redditas, sibique praestitam ab eo obedientiam. Particulam ligni S. Crucis ipsi mittit.
R. ap. S. P. XXVI Maii 1585 P. an. I.

Brev. et rescr. 160 b.

8. A. P. R. M. *Divina bonitas.* - Sixt. V, paterna charitate complectens clericorum S. I. in Iaponicis regionibus operam, quam et a nobilibus adolescentibus Mancio et Chingiva

Michaele in illis partibus regum legatis sanguine regio editis, nuper cum Fara Martino et Nacaura Iuliano missis cognovit, - exemplum Praedecessoris secutus qui in d. regionibus domui probationis et collegiis S. I. ac seminariis instituendis annuam pensionem 4 mill. scut. auri super proventibus officii collectoriae iurium camerae in Hispaniarum regnis persolvendam statuerat, hanc confirmat et aliam 2 mill. scut. super eisdem reservat. Annis singulis in oppido Madritii Toletan. dioec. in festo Nativ. D. N. unica solutione solventur.
R. ap. S. P. X kal. Iun. 1585. P. an. I.

Reg. bull. I. 279.

9. *Salvator noster I. Ch.* - Sixt. V concedit indulgentias confraternitati in oratorio coll. S. I. Bareti, sub invoc. B. M. non tamen pro hominibus unius spiritualis artis canonice erectae, cuius confratres quamplurima charitatis, pietatis et misericordiae opera exercere consueverunt. sc. die ingressus et in mortis articulo, plenariam, in variis festis et pro variis operibus, partiales, 7 ann. et quadragenas, 60 dies.
R. ap. S. M. XIV kal. Sept. 1585. P. an. I.

Reg. bull. II. 593.

10. Rectori coll. S. I. Caesaraugustani conceditur per solam supplicationis signaturum licentia extrahendi nonnullas SS. reliquias ex dd. civ. et dioec. et sibi donandas ad partes Indiarum maris Oceani deferendi.
R. ap. S. P. Id. Ian. P. Sixt. V an. I.

Reg. bull. II. 589. b.

11. *His quae pro ecclesiarum.* - Sixt. V, attendens ad lit. Pauli II, 5 id. Maii 1465 *Cum in omnibus iudiciis* (quas recitat), petentibus Praep. dom. prof. S. I. Neapolitanae, Io. Th. Miciconi u. i. d., Io. Sanctonio de Sacaco, Io. Naclerio et Io. Vincentio laicis Aversan. magistris, oeconomis et gubernatoribus eccl. S. Marthae, etiam Neapolitan., - Archiepō Neapolitan. et Archidiacono eccl. Neap. confirmat concordiam initam super domibus quibusdam in platea sedilis Nidi seu S. Clarae Neapolitan. inter praed. domum et ecclesiam huiusmodi

sitis, a Loysio de Capua Neap. Praeposito d. domus alienatis cum onere census annui 120 duc. de carlinis d. ecclesiae in perpetuum solvendi: sc. censum et ius laudemii et ratam census a med. Decemb. 1584 ad praesens decursam et debitum pro summa 2543 duc. et 1 tareni et 10 granor. mon. illarum partium Praeposito affrancarunt etc.
R. ap. S. P. Id. Ian. 1585 P. an. I.

Reg. bull. II. 590.

12. Decretum seu oraculum subscriptum a Card. Caraffa quod pro beneficiis unitis Societas non teneatur ad contribuendum seminario portionem, quae prius solvi consueverat.
13 Ian. 1586.

Elench. bull.

13. *Significarunt nobis.* - Sixt. V Archiepō Burdegalen. mandat ut iniquitatis filii detentores, celatores aut scientiam habentes, censuum, domorum, paramentorum etc. ad prioratum S. Salvatoris in S. Mashani et illi annexa, collegio S. I. d. civ. perpetuo unita spectantium publice moneat, infra competentem terminum excommunicet; si revelatio fiat, non possit nisi pro civili interesse et civiliter tantum agi, aliter revelatio ipsa neque in iudicio neque extra iudicium fidem faciat.
R. ap. S. P. Id. Feb. 1585 P. an. I.

Reg. bull. II. 591.

14. S. Cong. Ep. et Reg. decretum quod Religiosi S. I. non sint cogendi in suis ecclesiis ad usum superpellicei in sacramento Poenitentiae.
25 Mart. 1586.

Elench. bull.

15. A. P. R. M. *Superna dispositione.* - Sixt. V confirmat applicationem, etc. ordinationem Magdalenae de Ulloa, mulieris relictae quondam Lud. Quixadae consilii reg. partium Ind. praesidis, pro fundatione hospitalis in opp. de Villagarcia ab ecclesia S. Ludovici S. I. via publica tantum disiuncti pro miserabilibus, non tamen mulieribus; et in eorum defectum

scholaribus pauperibus; cuius hospitalis directio penes Provincialem pro tempore prov. Castillae S. I.
R. ap. S. P. XVI kal. Maii 1586. P. an. I.

Reg. bull. II. 591. b.

16. A. P. R. M. *Supremae christianae reipublicae clavum.* - Sixt. V cum coll. S. I. Audomarensi, cui ob adauctam annonae charitatem et recenter institutum seminarium magistrorum humanarum literarum, quodque iuxta Angliae et Galliae fines situm multos transeuntes excipit, redditus non sufficiunt, unit prioratum B. Mariae de Cohem O. S. Ben. Audomaren. dioec. nuper a Priore Iuliano Jamotio resignatum, ob praeterita bella ruinosum, et in quo, ob distantiam monasterii Molisinen. dioec. Lingonen. a quo dependet, lites et scandala oriri solent. Fruct. 70 duc. Suppresso statu et denominatione prioratus, vicariam perpetuam saecularem, de quo Epūs Audomaren. disponat, erigit, cui 50 duc. valoris redditus ab Ordinario designandos pro dote separat. - Amerin. et Tornacen. Episc. et officiali Audomarensi exec. committit.
R. ap. S. M. pr. kal. Aug. 1586. P. an. II.

Reg. bull. III. 5. b.

17. A. P. R. M. *In supereminenti.* - Sixt. V, petente Magd. de Ulloa, surrogat Praepositum Provincialem prov. Castellae S. I. Rectori collegii S. I. de Villagarcia pro visitandis capellanis d. hospitalis ut ratio visitandi maioris sit auctoritatis et efficaciae.
R. ap. S. M. IV non. Sept. 1586. P. an. II.

Reg. bull. II. 599.

18. A. P. R. M. *Ad apost. dignitatis.* - Sixt. V confratribus confraternitatis noviter ad fidem catholicam conversorum utr. sex. fidelium civitatis Cochim in Indiis Orient., procurantibus infidelium conversionem, et missam audientibus in altari SS. Trin. eccl. coll. S. I. a Provinciali d. Soc. sibi concesso, indulget ut ecclesiam sub invoc. SS. Trinitatis in d. civ. erigant; et nihilominus eo confraternitatem transfert, et eximit a iurisdictione Ordinarii, nisi curam presbyt. S. I. subire noluerint.

Varias indulgentias concedit, die ingressus, in mortis articulo, in festo SS. Trinitatis, plenariam; pro variis operibus et in certis festis unum annum, vel 7 ann. et quadrag.
R. ap. S. M. XVII kal. Nov. 1586. P. an. II.

Reg. bull. II. 600. b.

19. A. P. R. M. *Militanti Ecclesiae.* - Sixt. V, petentibus Provinciali S. I. regni Portugalliae et Rectore coll. S. I. et universitatis stud. gen. in civitate Elboren., quod Henricus S. R. E. Pr. Card. Infans Portug. aõ 1571 a iurisdictione Archiepiscopi Elboren. eximi obtinuerat et eius rectori ius eligendi in Conservatorem ecclesiasticum sive officialem Elboren. sive alterum Inquisitorum duorum haer. prav. in eadem civitate commorantes, - quum ducenti hactenus Conservatores nominati fuerint et differentiae possent oriri inter Archiep. et officialem, negotiis vero suis Inquisitores praepediantur ne ad collegii commoda attendant, - concedit ut quosvis Conservatores assumere possint.
R. ap. S. P. non. Nov. 1586. P. an. II.

Reg. bull. II. 599. b.

20. *Ex quo tempore Basilius.* - Sixt. V Theodoro, dño Russiae, magno duci Moschoviae, Novaeguardiae, Vlodomiriae, dño Casani et Astracani etc. in memoriam revocat Basilium, eius avum ad Clementem VII P. M. de pace cum Sigismundo I Poloniae rege obtinenda misisse - dein Ioannem Basilium, eius patrem, ad Gregorium XIII misisse legationem - Ant. Possevinum bis a Gregorio missum in Moschoviam, aliquoties ad Sigismundum, summa fide rem confecisse - Legatum amicitiae continuandae causa a patre Romam fuisse missum. Post Greg. obitum scripsit ad Theodorum successorem Ioannis Basilii parentis, nunc iterum mittit Possevinum, ut bellum, quod Stephanus Pol. rex iureiurando obstrictus de recuperandis rebus ducatui Lituaniae regnoque suo ademptis, (ducatu Smolenciae, Plescoviae, Novaeguardiae) gerere statuit, non committi curet. Antonio fidem omnem haberi cupit.
R. ap. S. P. XX Nov. 1586. P. an. II.

Brev. et resor. 182.

21. *Respondimus statim.* - Sixt. V ad litteras regis Poloniae a Possevino allatas responso antea dato, nunc mittit Possevinum cum Archiepō Neapolitano suo Nuntio. Recte autem factum iudicavit priusquam exeat tempus induciarum, mitti Possevinum cum suis literis et mandatis ad ducem Moscoviae eique suaderi ut rerum quae a rege repetuntur possessionem cedat; sperat sibi satisfactum iri. Interea intendat rex rebus Livoniae constituendis quod ad religionem attinet; si ordines regni cum eo operam suam non coniungerent, poterit Possevinus, S. Sedis auctoritatem interponendo, res maiori cum dignitate perficere. Hunc plurimi facit et fieri cupit.
R. ap. S. P. XX Nov. 1586. P. an. II.

Brev. et rescr. 183.

22. *Mittentes dilectum filium.* - Sixt. V universis Christi fidelibus commendat Possevinum ad varias regiones septemtrionales pro Sedis Apost. negotiis missum eiusque comites etc.
R. ap. S. P. XX Nov. 1586. P. an. II.

Brev. et rescr. 184.

23. A. P. R. M. *Superna dispositione.* - Sixt. V, petente Cl. Aquaviva Pr. G. S. I., concessam a Gregorio XIII facultatem congregationes B. M. V. erigendi et aggregandi extendit ad plures etiam non scholarium sub Annuntiationis aliove titulo in Societatis collegiis vel domibus congregationes. Eas, si impedimentum praeiudiciumve attulerint, dissolvendi facultatem tribuit Praeposito Generali.
R. ap. S. P. non. Ian. 1586. P. an. II.

Nov. bull. S. I. 106. *Reg. bull. II.* 605.

24. *Cum sicut accepimus.* - Sixt. V petente Rectore coll. S. I. in civitate Limen. in Indiis, Christi fidelibus ecclesiam sub invocatione S. Pauli in d. collegio visitantibus in die commemorationis S. Pauli ind. plen. concedit ad 30 annos.
R. ap. S. P. XIII Mart. 1587 P. an. II.

Reg. bull. II. 604 b.

25. *Salus animarum.* - Sixt. V facultates a Pio V pro

Indiis concessas, a Greg. XIII prorogatas sc. pro presb. S. I. baptizandi sine coeremoniis, pro christianis vendendi infidelibus quin incurrant sententias bullae Coenae Dñi, componendi super bonis male quaesitis, cibis prohibitis vescendi, dispensandi a ieiuniis et in matrimonio, in aetate et tempore statuto sacrorum ordinum prorogat. Indulg. et iubilaeum reducentibus ad fidem ad tempus a Pio IV concessum, similiter concedit. Prout respective ab initio concessa fuerunt valituris.
R. ap. S. P. XIV Mart. 1587 P. an. II.

Litt. Apost. 110 - *Bull. Rom.* *Reg. bull. II.* 601. b.

26. *His quae pro religiosorum domorum.* - Sixt. V, attentis literis Pauli II, *cum omnibus iudiciis*, 1465 5 id. Maii P. an. I, petentibus Praep. dom. prof. S. I. Ispalensis et Franc. Pacheco proprio administratore hospitalis S. Hermegildi del Cardinal nuncupati Hispalensis, confirmat permutationem in evidentem utilitatem domus cuiusdam, ad hospitale spectantis, in via della Vallestilla sitae et a qua dependet situs quidam domui professae adhaerens et pro fabrica necessarius, cum domo quadam in vicolo Leucoria (Lenceria?) Vieja nunc. parochiae omnium SS. Ispalensis sita. Prior ad 2 generationes pro annua mansione 9 m. morapetinorum et 4 gallinarum (21 duc.) certis personis concessa, altera 3 m. marapet. et 12 gall. (7 duc.)
R. ap. S. M. X kal. Maii 1587. P. an. II.

Reg. bull. II. 606 b.

27. *Ad augendam fidelium.* - Sixt. V Christi fidelibus ecclesiam B. Mariae gratiarum vel de montibus nunc. S. I. Tusculanam in festo Assumptionis visitantibus plenariam indulg. largitur, perpetuo valituris.
Tusculi I Iun. 1587 P. an. III.

Reg. bull. II. 604. b.

28. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Sixt. V, petente Epō Tiburtino et communitate et hominibus civitatis Tiburtin., ecclesiae a bo. me. Matthaeo tit. S. Steph. in monte Coelio Pr. Card. pro collegio S. I. exstructae, loco invocationis SS. An-

gelorum quam illius ecclesiae esse volebat d. Cardinalis, invocationem SS. Symphorosae et 7 filiorum, cui dd. homines desiderabant aliquam ecclesiam dedicari, (quod tenuibus subnixi facultatibus facere non potuerunt), de consensu Praep. Gen. S. I. assignari concedit. Indulgentiam plen. in die festo dd. martyrum ecclesiam visitantibus largitur.
Tusculi I Iun. 1587 P. an. III.

Reg. bull. 606.

29. A. P. R. M. *Romanum decet Pontificem* - Sixt. V, dubitante Cl. Aquaviva Pr. G. S. I. utrum possit congregationes seu sodalitia personarum quae in collegiis, seminariis aliisque locis sub directione S. I. morantur, praesertim ea quae a S. Sede vel Legatis instituta sunt, de novo erigere et aggregare Primariae Annuntiationis, erectionem, privilegia, indulgentias a Greg. XIII concessas et a se antea extensas confirmat, facultatem de novo erigendi et aggregandi concedit, necnon translationem indulgentiarum cum festo sodalitatum.
R. ap. S. M. III kal. Oct. 1587 P. an. III.

Nov. bull. 110. *Reg. bull. II.* 607.

30. A. P. R. M. *Ex debito ministerii.* - Sixt. V confirmat translationem curae animarum ab ecclesia S. Viti Racanati ad ecclesiam S. Augustini Ord. Fratrum eremitarum S. Augustini; quam translationem Ordinario concesserat Gregorius XIII, petente Petro Nicolai Leopardi clerico Racanatensi, ut in loco d. ecclesiae S. Viti collegium S. I. erigeretur.
R. ap. S. M. III kal. Oct. 1587.

Reg. bull. I. 285.

31. *Hodie emanarunt.* - Lauretan. ac Maceraten. Episc. et cam. apost. generali auditori executionem committit.
R. ap. S. M. III kal. Oct. 1587 P. an. III.

Reg. bull. I. 287.

32. A. F. R. M. *Cum publice multum intersit.* Sixt. V, commentaria Fr. Toleti in sacrosanctum Ioannis evangelium quam diligentissime typis excudi ne a quoquam deformari

possint cupiens, interdicit a quovis alio imprimi praeter Vaticani typographum.
R. ap. S. P. XI Nov. 1587 P. an. III.

Fr. Toleti S. I.... Commentaria typ. Vatic. 1589.

33. S. Cong. Ep. et Reg. decretum super dubio an per licentiam concessam alicui regulari sub his verbis nempe « ut alium quemcumque ordinem religiosum, modo approbatum et in quo regularis vigeat observantia, ingredi et in eo professione edita remanere possit » liceat huic regulari ingredi aliquem ex ordinibus militaribus. Cong. censuit non licere, nisi expresse concedatur. - In causa P. Iac. Levanti, prof. 3 vot. sol. e S. I. dimissi qui ad ordinem Hierosolymitanum migrarat.
7 Nov. 1587

Elench. bull.

34. *Apostolicae Sedis providentia.* - Sixt. V, petente Mart. Ronella rect. coll. S. I. Ruthenensis et exponente quod prioratus conventualis S. Salvatoris prope Chiriacum O. S. Ben. Mimaten. dioec., a mon. S. Victoris Massilien. olim dependentis et d. coll. pro fundatione uniti, duodecim portiones de anno proxime praeterito vacant, et quod cum ex d. prioratus redditibus 12 monachi, 1 sacerdos, 1 clericus, 4 rectores parochialium eccl. prioratui annexarum sustineri solerent, bellorum civilium, pestis et famis detrimenta aliquod subventionis auxilium, ad prioratum et ecclesiam in statum pristinum restituendos requirant, - mandat officiali Ruthenen. ut si de expositorum veritate constiterit, duodecim portiones uniat cum d. collegio. Fruct. 24 duc.
R. ap. S. P. VII Dec. 1587 P. an. III.

Reg. bull. III. 3.

35. *Ex iniuncto nobis desuper.* - Sixt. V, attentis litteris Pauli II, *Cum in omnibus iudiciis*, 1465, 5 id. Maii P. an. I, petentibus Praep. dom. prof. S. I. et priorissa mon. S. Paulae Ispalen. O. S. Hier., Decano eccl. Ispalen. et officiali Ispalen. mandat ut confirment, si de utilitate constiterit permutationem quarumdam domorum, quas d. Praepositus ut lo-

cum prope d. domum ad construendum necessarium acquireret, pretio 1150 duc. emerat, in districtu parochiae S. Romani sitarum, annuo 100 morapetin. (2 duc., 4 iul.), censu oneratarum et ex quibus 70 duc. percipiebantur, pro quibusdam aliis domibus d. domui contiguis, in via de la Vallestilla Ispal. consistentibus et ad d. mon. spectantibus, valoris in proprietate 600 duc., eo pacto quod priorissa 450 duc. solveret in fabricam.
R. ap. S. P. non. Ian. 1587 P. an. III

Reg. bull. III. 1.

36. A. P. R. M. *Dum ad uberes fructus.* - Sixt. V informatus ex relatione Cardd. super consultatione Conc. Tr. deputatorum, ecclesiam SS. Trinitatis contiguam eccl. S. Mariae Maioris in civitate Vercellensi, una cum domibus canonicalibus et aliis cohaerentibus dismembrat a d. eccl. S. M. M., ipsamque eccl. et domos, depositato prius vel soluto pretio quoad domos, collegio S. I. d. civitatis concedit, unit, annectit et incorporat. Apost. Sedis apud Carolum Emm. Sabaudiae Ducem Nuntio mandat quatenus pretium arbitretur et declaret et ex eo alias domos emi vel aedificari pro Canonicis curet, atque Rectorem collegii in possessionem immissum manuteneat.
R. ap. S. P. XIII Feb. 1587 P. an. III

Reg. bull. III. 9 b.

37. Cedula consistorialis de ecclesia metropolitana Funayensi in regno Bungi, a Sixto V erecta et Sebastiano de Moraes, presb. S. I et in Portugallia Provinciali commissa.
R. in aed. sol. res. Vice-Cancell. XIX Feb. 1588. P. an. III.

Bull. patr. Port. I. 255.

38. A. P. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Sixt. V petente Cl. Aquaviva Pr. Gen. S. I. et exponente quaenam in Constitutionibus d. Soc. impedimenta admissionis in novitiatum et ratio admittendi statuta sint, constitutioni suae : *Cum de omnibus* derogans, concedit ut novitii qui amplius quam per 3 menses ante tempus celebrandae congregationis triennalis provinciae admitti petierint, non expectato capitulo et alias iuxta d. Societatis et suam constitutiones admitti valeant, dummodo

de examinatoris et consiliariorum unanimi consensu, nemine penitus discrepante, admittantur, aliquo autem discrepante, recipiantur donec Congr. generalis vel provincialis statuerit retinendine sint.
R. ap. S. M. I Mart. 1587 P. an. III.

Reg. bull. III. 20 bis

39. S. Cong. Ep. et Reg. decretum secundum in causa P. Iac. Levanti (cfr. 7 Nov. 1587) ad S. I. redire renuentis, ubi S. C. rescripsit per haec verba: Viso supplici libello nomine Religionis Hierosol. ad favorem fr. Iac. Levanti SS. oblato et Congr. transmisso, visaque supradicta Iesuitarum responsione, fuit resolutum quod PP. Iesuitae utantur iuribus suis.
29 Mart. 1588.

Elench. bull.

40. Octavius Ep. Calatinus, Ap. Sed. in Coloniensi etc. et in infer. German. provinciis Nuntius, postquam opinionum dissensiones ortas inter universitatis Lovaniensis theologos et sacerdotes S. I. Lovanii theol. profitentes super quibusdam sanae doctrinae articulis Sixto V significavit, et apost. mandato iussus utramque partem ut a disceptationibus desisteretur monuit, accepto aliquos diversorum Ordinum regulares, clericosque saeculares et potissimum studiosos pertinaciter de assertionibus contendere, mandat ut nemo de iis ita disputare, loqui, scribere vel dictare attentet ut eas haereticas etc. esse affirmet, sub poena excomm. lat. sent. Archiepiscopis etc, praecipit ut praesentes promulgari faciant; in locis solitis opp. Lovaniensis affigi vult.
Lovanii X Iul. P. an. IV.

Liv. De Meyer, hist. contr. p. 45. *Possini de aux. gr.* I. II n XXVI. 2.

41. A. F. R. M. *Provisionis nostrae.* - Sixt. V tenorem insertum eumdem vigorem habere declarat, quem originales litterarum Greg. XIII *Perlatum est ad nos*, d. apud S. Marcum d. 4 Sept. 1574 an. 4, quibus ob clericorum, qui dignos se Dei ministros exhibeant, raritatem in Germania, concedit facultatem suscipiendi ordines extra tempora et sine litteris

dimissoriis ac titulo, pro alumnis omnium collegiorum superioris Germaniae a se institutorum.
R. ap. S. M. XX Aug. 1588 P. an. IV.

Reg. bull. III. 11

42. *Piis fidelium votis.* - Sixt. V officiali Frisingen. mandat ut pro collegio S. I. firmissimo adversus Ecclesiae hostes praesidio in civitate Ratisbonen. erigendo, petente Philippo ex Bavariae ducibus d. ecclesiae administratore per Sedem Ap. specialiter deputato, monasterium canonissarum S. Pauli Ratisbonen. sub regula S. Benedicti, duabus quae nuper existebant cum congrua portione ad aliud mon. translatis, supprimat et apud illud d. collegium erigat, cui fructus (24 duc) appropriet.
R. ap. S. P. Id. Oct. 1588 P. an. IV.

Reg. bull. III. 12

43. A. P. R. M. *De circumspecta Rom. Pontificis providentia.* - Sixt. V domui pauperum studiosorum sub cura S. I. in civitate Pragensi, ope pro eorum sustentatione indigenti consulens, annullat assignationes 10 scut. Laurentio Magno Gotto cler. a Greg. XIII, et 15 sc. Iacobo Cyprio a se factas pro alimentis 3 filiarum in monast. S. Luciae in Silice de Urbe super redditibus hospitalis S. Brigidae Gottorum reginae Suetiae de d. Urbe, quibus aliunde providebit, d. domui 50 scut. auri ad rationem 11 $^1/_2$ iuliorum pro quolibet scuto, 25 sc. super praedictis et 25 super nationis Bohemiae de d. Urbe hospitalium, quae sub Vicarii Urbis protectione subsunt, redditibus reservat. - Epō Marturan. Vicario Urbis et caus. cam. ap. generali auditori exec. committit.
R. ap. S. P. non. Feb. 1588 P. an. IV.

Reg. bull. III. 328 b.

44. A. P. R. M. *Superna Salvatoris nostri.* - Sixt. V, petentibus filiis universitatis et hominibus terrae Setiae Terracinen. dioec., qui collegium erigi in d. terra a S. I. Praeposito, propter operariorum d. Soc. penuriam et tenuium collegiorum multiplicitatem obtinere nequiverunt, donec interventu

nob. mulieris Camillae Perettae suae sec. carnem sororis germanae inter eos et Pr. Gen. conventum est de dotatione paranda sc. praeter legatum 3 m. scut. Nicolai Pilorcii, 10440 scutorum, et de operariis sexto a die traditae fundationis anno mittendis, d. collegium erigit, parochialem ecclesiam S. Nicolai terrae Setiae, Dominici Minicossi rectoris eius obitu vacantem, cum domo et annexis eidem collegio assignat, cura iure et supellectili parochiali ad S. Angeli vel S. Petri vel ambas ecclesias d. terrae translatis. Fructus, 24 duc.
R. ap. S. P. kal. Mart. 1588 P. an. IV.

Reg. bull. III. 25. b.

45. *Piis fidelium votis.* - Sixt. V, petente magistratu Gandavensi, collegio S. I. in d. civitate, exercitio catholicae religionis restituto, erigendo consulens, monasterium monialium filiarum Dei nunc., olim sub invoc. S. Mar. Magd. O. S. Aug. institutum et ab haereticis in privatas aedes redactum, in quo 2 supersunt moniales et quod a primaeva sua institutione ad recipiendas convertitas destinatum fuit, supprimi a magistratu (sede Episcopali vacante) permittit, fructusque (150 duc. aur.) eidem collegio applicari; 2 monialibus provideat Rector.
R. in monte Quirinali V Aug. 1589 P. an. V.

Précis historiques, Bruxelles, Septembre 1883. *Reg. bull. III.* 25 b.

46. S. Cong. Conc. decretum quo declaratur decretum Conc. Trid. c. 16. sess. 25 de Regularibus, in materia renuntiationum non comprehendere renuntiationem vel donationem factam ante ingressum in Religionem, hoc est ante susceptionem habitus.
6 Aug. 1589.

Elench. bull.

47. *Sacra religio vestra.* - Sixt. V indulgentiam plen. in forma iubilaei universis Societ. I. personis etiam novitiis concedit certa die designanda per Pr. Gen. vel Provinciales in sua provincia.
VI Sept. 1589.

Elench. bull.

48. A. P. R. M. *Ad apost. dignitatis apicem.* - Sixt. V, prioratum de Jonvelle O. S. Ben. Bisuntinen. dioec. obitu Cl. Dandelot Prioris vacantem, consentiente Philippo Hisp. rege catholico et Burgundiae Comite, cum collegio S. I. Dolano unit. Fructus, 350 duc.
R. in monte Quir. VI id. Oct. 1589. P. an. V.

Reg. bull. III. 17 b.

49. Annibal de Grassis, Episc. Faventin. Ap. Sed. in Hisp. regnis cum pot. Leg. de lat. Nuntius, Scholastico Salmanticensi mandat ne super sextâ ex nonnullis conclusionibus theologicis typis impressis et die 13 praesent. mensis forte per Regulares O. Pr. defendendis, quoad artic. « et in his (3 votis) substantia religionis consistit, dummodo solemni voto firmentur, quod fit per solam professionem in religione approbata» ullatenus disputare vel illam disputando quis proponere audeat, sub excomm. latae sent. poena, cum d. conclusio sit contraria const. Greg. XIII *Ascendente Domino*, 8 kal. Iun. 1584.
Madriti, XI Dec. 1589. P. an. V.

Possini, l. II, n. XVI, 4.

50. A. P. R. M. *Exhibita nobis nuper.* - Sixt. V, petente Ioanne Ep. Tornacen. in qua civitate domus dumtaxat novitiorum S. I. existit, et pars tantum dotis pro collegio inventa est, prioratum Denglos O. S. B. Tornacen. dioec. ab abbatia B. M. Magd. Wesulien. Bisuntin. dioec. dependentem, in qua unus tantum Prior reperitur, supprimit, fructus (200 duc.) d. collegio annectit. - Cameracen. et Mechlinien. Episc. exec. committit.
R. ap. S. P. XXX Mart. 1590, P. an. V.

Bull. Rom. *Reg. bull. III.* 20.

51. *Spectata tua in nos.* - Sixt. V Francisco Toleto S. I. per viginti annos concionatori apostolico, meritorum intuitu, ob stomachi morbum impartitur in quibusvis locis ad quae divertere contigerit altaris portatilis privilegium.
R. ap. S. P. XX April. 1590 P. an. V.

Arch. Vat. Sixti V brev. ad princ. t. 29, 431 b.

52. Cong. S. Off. decretum quo examinata ad instantiam univers. theol. Salamantin. propositione cuiusdam fr. S. D. (Bañez) quod sc. substantia religionis consistit in 3 votis essentialibus dummodo solemnibus, quod fit per solam professionem in religione approbata, declaratum fuit praef. propositionem publice doceri et explicari posse, addito tamen verbo: *regulariter* post clausulam *per solam profess.*; licet S. P. aliter statuere possit, ut factum est per Greg. XIII in bulla ubi declaravit emittentes vota simplicia in S. I. esse vere et proprie religiosos.
14 Iun. 1590.

Elench. bull.

URBANI VII.

Urbanus VII, civis Romanus, Ioannes Baptista Castanea antea dictus, Archiep. Rosanensis, presb. Card. tit. S. Marcelli, creatus XVII kal. Oct. obiit V kal. Oct. 1590.

In suo brevi 12 dierum pontificatu, mense Septembri, quum Sixtus V P. Rob. Bellarmini librum de Romano Pontifice ob negatum directum totius mundi dominium in librorum prohibitorum indicem referri iussisset, indicem illum necdum editum supprimi atque aboleri mandavit; liberque Bellarmini perhonorifico iudicio Cardinalium S. Congregationis, cui cura censendi de libris suspectae doctrinae proprie demandata est, omni est nota liberatus. Ac P. Lud. Santanderum, non sanae apud Quaesitores doctrinae accusatum, ab omni suspicione criminis absolvit et nullo iure nullaque dignitate ob eam delationem imminutum declaravit.

GREGORII XIV.

Greg. XIV, Mediolanensis, Nicolaus Sfondratus antea dictus, presb. Card. tit. S. Caeciliae, creatus non. Dec., coronatus VI id. Dec. 1590, obiit id. Oct. 1591.

Anno 1591 collata Societati a Gregorio XIII seminaria non solum confirmavit, verum etiam assignatis ex aerario pontificio pensionibus ornavit. Seminarium Graecorum 4 kal. Octobris eius administrationi commisit. Cretense collegium datis ad Rempublicam Venetam litteris retinendum curavit. - Pontificiis copiis, Hercule Sfondrato duce ad foederatos in Gallia catholicos missis, quatuor Socios qui sacra militibus procurarent adiecit.

---

1. A. P. R. M. *Expedit interdum.* - Greg. XIV de constitutionibus a Greg. XIII pro collegio Germanico de Urbe datis kal. apr. P. an. XII, et in virtute obed. ac sub obtestatione div. iudicii observandis scrupulum exortum, ob plurima et minima in eis contenta, praecidens declarat eas rectorem et collegiales sub gravi, nisi in his quae ex sui natura peccatum includunt, non obligare. Hortatur ne minori quam antea studio eas amplectantur.
R. in monte Quir. XXIX Mäi. 1591. P. an. I.

Bull. Rom.

2. S. Congr. Conc. decretum cum epistola ad Archiep. Liman. declarat religiosos S. I. doctrinam christianam in partibus Indiarum docentes non comprehendi in numero degentium extra claustra nec debere ab Ordinariis visitari secundum Conc. Trid. c. 3, sess. 6.
10 Iun. 1591.

Elench. bull. Reg. bull. III 173. b.

3. Octavius Ep. Calatinus, Apost. Sedis Nuntius, omne dis-

sidium inter Duacenses doctores et Iesuitas cessare cupiens et licet diversorum hominum sint sententiae, unum tamen cor sine schismate esse cupiens, per sua, imo verius apostolica scripta ordinat et mandat ut utriusque opinionis assertoribus maneat sua sentiendi et docendi libertas (quod fuit, ut subdit in litteris ad Episc. Atrebatensem 26 Sept., SS. D. N. Papae auctoritate sententiaque confirmatum).

28 Iun. 1591.

Oliv. Man. Commentarius 32.

4 A. F. R. M. *Exponi nobis.* - Greg. XIV, exponentibus rectore coll. Braydensis S. I. Mediolanen. et Io. Broccho praep. paroch. seu praeposituralis eccl. loci de Bruzzano Mediolanen. dioec., confirmat concordiam 24 dec. 1586 in praesentia Gasparis Archiep. Mediolanen. ad hoc Iudicis Apost. delegati intereos initam super fructibus d. eccl. a Greg. XIII eidem collegio applicatis, secundum quam, omni lite in posterum praecisa, domum praeposituralem cum aedificiis, iardino seu viridario cum suis iuribus necnon universam decimam nomine d. domus, exceptis bonis in instrumento desuper confecto designatis, d. Ioannes et successores habebunt, etiam proventus decimales anni 1586 si qui adhuc penes quosvis et praesertim penes Io. B. de Nigris positi essent, - petia terrae vineae in Bruzzano uti dicitur alla publica perticarum 94, petia terrae campi in Affori pertic. 36, alia in territorio Cusani seu Brexii pertic. 22 et 16, alia petia terrae Buschi prope campum pertic. 8, item desuper pertic. 6 et 5, petia terrae campi de S. Morone pertic. 4, campi in campania della Girolla pertic. 4 et reliqua, petia in instrumento specificata una cum fictis livellariis seu annuis praestationibus et fructibus anni 1586 iuris erunt d. collegii, minime autem livellaria a fratrib. Io. B. et Philippo de Canenesiis in festo S. Martini a massariis in territ. della Bicocha, fictum a communi loci Prati centenarii, a Iac. del Bene solvi solita, - reliqua autem iura, quae forte aliquo tempore comperirentur, ad d. collegium spectabunt. D. Ioannes ad expensam in colligendo fructus an. 1586, rector autem ad solvendos 150 aureos pro fabrica domus praeposituralis tenebuntur.

R. in monte Quir. uit. Iun. 1591 P. an. I.

Reg. bull. III. 25.

5. A. P. R. M. *Ecclesiae catholicae.* - Greg. XIV considerans Ordines religiosos iisdem modis debere progredi et crescere quibus primum S. Sede approbante fundata sunt, Societatem Iesu a pluribus praedecessoribus suis confirmatam, eius rationem gubernandi, graduum diversitatem, vota simplicia, nomen Societatis, et alias constitutiones confirmat, poenas a Greg. XIII statutas contra impugnantes innovat.
R. ap. S. P. IV kal. Iul. 1591 P. an. I.

Nov. bull. S. I. 116.

6. *Exponi nobis.* - Greg. XIV, petente Cl. Aquaviva, S. I. Praep. Gen., derogans Sixti V de novitiis constitutioni *Cum de omnibus*, modum novitios in Societate, ad suffragia consultorum non decisiva sed consultiva admittendi, et facultatem cum illegitimis dispensandi confirmat.
R. ap. S. M. XXX Aug. 1591. P. an. I.

Nov. bull. S. I. 123.

7. *Alias siquidem.* - Greg. XIV, facultates et gratias a Pio IV 2 Feb. 1563, a Pio V 15 Dec. 1567, a Greg. XIII 12 Aug. et 8 Sept. 1573, 9 Ian. 1576, a Sixto V 14 Mart. 1587, a Pio IV 15 Iun. 1563, a Greg. XIII 17 Iul. 1577, 4 Nov. 1579 et 12 Aug. 1584 (quae Brevia inserit) pro missionibus S. I. concessas aut prorogatas, confirmat, defectus iuris et facti supplet, ad tollendam ambiguitatem concessiones omnes a data praesentium ad viginti annos prorogat, declarat omnes naturales tam Orientalium quam Occidentalium partium, etiamsi Aethiopes, Angolani etc., etiam si christianorum filii vel inter se vel cum Europaeis mixtim progeniti sint, intelligi debere neophytos; cum mixtim progenitis quos mesticos vocant, declarat posse in gradibus, dummodo non ita facile fiat, dispensari; presbyteros S. I. super praemissis per quoscunque molestari nullatenus posse.
R. ap. S. M. XXI Sept. 1591 P. an. I.

Litt. Apost. 120 - *Bull. Rom.* *Reg. bull. III.* 29.

INNOCENTII IX.

Innocentius IX, Bononiensis, Ioannes Antonius Fachenettus antea dictus, presb. Card. tit. SS. Quatuor Coronatorum, creatus III kal., coronatus III non. Novembris 1591, obiit III kal. Ian. 1592.

In bimestri suo pontificatu Rob. Bellarminum sacra purpura ornare decreverat. - Congregationi Cardinalium lapsis cleri moribus restituendis institutae PP. Cl. Aquavivam et Ant. Possevinum interesse voluit. Educandis in domo probationis et in collegio Romano Sociis ducentis, atque etiam externis magno numero spiritualia prius exercitia quam ullos in curia magistratus aut munera capesserent apud ipsos obituris, aedes atque alimenta comparabat.

---

1. Innocentius IX Cardin. Alberto archiduci Austriae et Legato in Lusitania Breve mittit ne Societatem ibi visitet neque in eius causis iam ad S. Sedem delatis se intromittat et ab ulteriore processu abstineat. Si quid autem dicatur esse ab aliquibus factum aut tractatum contra Regis maiestatem vel regni tranquillitatem, - quod non facile credit, - cum causa diversa sit, legitime inquirat et procedat.
XXV Nov. 1591.

Elench. bull.

CLEMENTIS VIII.

Clemens VIII, Hipp. Aldobrandinus antea dictus, Florentinus, presb. Card. tit. S. Pancratii, creatus III kal. Feb., coronatus die Domini Purificationis B. M. V. 1592, obiit III Mart. 1605.

Anno 1592 Turribium archiepiscopum Limanum graviter hortatus est ut, sublatis quos invidus daemon excitarat dissensionibus, pristinam cum Patribus concordiam foveret; Socios vetuit Embrica unde illos Mauritius Nassavius adducto exercitu pulsos volebat, abscedere. - Anno 1593 collegio Ingolstadiensi monasterium Biburgense et 1594 aliquot ecclesiastica beneficia collegio Luxemburgensi, aliisque alia indulsit. Illyricum seminarium commodioris institutionis causa Romano adiunxit 18 Feb. et 18 Mart. 1595. Brevibus commendavit collegium Glacense.

Brevi 14 Aug. 1593 *Cum sicut accepimus* adnotationes et meditationes in Evangelia P. Hier. Natalis a Phil. Nutio Antverpiensi typis datas, 9 Maii 1594 I. B. Villalpandi et Hier. Prado explanationes in Ezechielem, et Bulla 17 Mart. 1603 *Quaecumque a Romanis*, P. Chr. Clavii Romani kalendarii explicationem iussu suo editam approbavit, ceteraque kalendaria perpetuo abrogavit.

Franc. Toletum, cuius doctrinam et spectata merita pluribus litteris Apostolicis (cfr. Paria, proleg. ad *Fr. Toleti in summam S. Thomae enarrationem*, p. VIII) commendaverat, 17 Sept. 1593 in senatum Cardinalium adlegit: eo praesertum auctore, Henricum IV Galliae regem cum ecclesia catholica reconciliavit. Bellarminum eosdem ad honores, quantumvis reluctantem, adegit: de quo Cardinales in concistorio 9 Mart. 1599 alloquens: Hunc, inquit, elegimus quia parem non habet Ecclesia Dei quoad doctrinam. Brevi *Gratulamur* 8 Iun. 1602 et *Gaudemus in Domino*, praeclara talenta in Capuae archidioecesi negotiantem, laudibus ornavit.

Cum gravissimae quaestionis occasione in opera P. Thomae Sanchez incidisset, ingenium hominis, iudicium, doctrinam, facilitatem admiratus, negavit alium esse quemquam qui de matrimonio melius scripsisset. P. Bernardum Colnagum magistrum, P. Gregorium de Valentia doctorem doctorum, Ordinem vero totum nunc Societatem ingeniorum, nunc brachium dexterum Ecclesiae appellabat.

Controversiam Molinae cum Bannesio, a quaesitoribus Lusitanis libro de concordia edi permisso, anno 1589 diremptam, de gratiae auxiliis non praedeterminantibus communi Societatis nomine susceptam, diu coram sancta Sede agitatam, quin ad gratiae per se efficacis ac praedeterminationis physicae quaestionem deveniretur, tandem morte praeventus successori suo definiendam reliquit.

---

1. A. P. R. M. *Aequum reputamus.* - Clem. VIII respectu collegii Montissancti Firman. dioec. testamento Ant. Casa-

grande, procurante Sixto V, tunc tit. S. Hier. Illycorum Pr. Card. erecti, loco tamen designato, Ant. sc. domo, cum alio solo commodiore, sc. Ioannis Mansini, commutato, de qua commutatione, addito quod d. haereditatis fructus per 4 annos percepti fuerant et bona meliorata multis expensis, ad val. 400 duc. Sixtus V, 8 kal. Aug. P. an. I. condonationem etc. dedit mutando voluntatem testatoris et fructus perceptos condonando perinde ac si conditio annullans d. testamento apposita non fuisset - decernit d. Sixti V condonationem etc. perinde valere ac si sub d. data litterae confectae fuissent.
R. ap. S. P. V id. Febr. 1591. P. an. I.

Reg. bull. III. 212.

2. A. P. R. M. *Aequum reputamus.* - Clem. VIII concordiae inter coll. oppidi de Soria Oxomen. dioec. et Ioann. de Vinuesa cler. d. dioec. initae super praestimonio in eccl. SS. Cinerelli et Celédonis d. dioec, per obitum Bernardini Rodriguez cler. d. collegio unito (fr. 24 duc.), confirmationem a Greg. XIV 15 kal. Oct. P. an. I. factam cum nova eiusdem praestim. unione, perinde valere declarat ac si litterae sub eiusdem diei data confectae fuissent.
R. ap. S. P. V id. Febr. 1591. P. an. I.

Reg. bull. III. 41. b.

3. A. P. R. M. *Aequum reputamus.* - Clem. VIII, monasterii S. Ferronis vel Pharaonis O. S. Ben. Melden. dioec. per obitum Lud. Episc. Melden. vacantis cum coll. S. I. Parisiensi per bella et longam haereticorum et aliorum perduellium obsidionem penuria laborante unionem d. id. Dec. P. Innocent. IX an. I, dummodo d. die alteri commendatum canonice non existeret, concessam, ita quod, commenda suppressa, per Priorem regi deberet monasterium, confirmat. Fr. 1200 fl. auri.
R. ap. S. P. V id. Feb. 1591 P. an. I.

Reg. bull. III. 34. b.

4. *Aequum reputamus.* - Clem. VIII recitatis litt. Pauli II *Cum in omnibus iudiciis* 1465, 5 id. Mart. Archiepō Firman. et Archidiac. eccl. Firman. mandat, quatenus rectori coll. S. I. in terra Montissancti d. dioec. dent licentiam alienandi certa petia terrae ex haereditate Ant. Casagrande relicta cum prohibitione alienationis, alioquin caderent domui et eccl. Lauretanae, de quali centia a Greg. XIV kal. Sept. P. an. I. concessa, litterae expeditae non fuerant: sc. laborativa 2 modiorum et 5 stariorum nella contrada de Carpineto, laborat. et olivata 5 mod. et 6 star. nella contrada del Varco, alia 2 mod. et 8 star. nella contrada della prata grande, prativa 8 mod. et 5 mod. star. nella strada della prata grande, laborativa et prativa 3 nella contr. del baccile, reliqua prativa nella contrada del Piloco 3 mod. Fr. 90 duc.
R. ap. S. P. V id. Febr. 1591 P. an. I.

Reg. bull. III. 204. b.

5. *Sicut de catholica religione.* - Clem. VIII labores et discrimina presbyterorum S. I. in remotissimis locis exploratos habens, (Cl. Aquavivae Pr Gen. S. I.) concedit ut in Transsylvania et tractu Hungarico locisque Turcarum tyrannidi subiectis, ubi desunt Episcopi vel non libere exercent iurisdictionem, amplas facultates uni vel pluribus S. I. presbyteris communicet: cum illegitimis non tamen ex incestu aut sacrilegio dispensandi ad ordines; promotos a censuris absolvendi; dispensandi cum personis quae 3 et 4 simplicibus vel 3 et 4 mixtis consanguin. seu affinitatis gradibus coniuncti vel se attinentes matrim. contraxerint eas absolvendo, quoad occulta in foro consc. tantum, quoad manifesta in utroque, et proles legitimas decernendi: matrimonia non iuxta Trid. decreta, forsan non publicata, sed iuxta morem patriae vel clandestine vel non servatis canonum requisitis rehabilitandi; sacris oleis antiquis utendi; de abortu absolvendi; litteras dimissorias et commendatitias concedendi pro sacris ordinibus etiam absque titulo recipiendis, apostatas Regulares absolvendi: haereticos, schismaticos, a fide apostatas, non haeresiarchas vel relapsos, de quibus S. Sedes consulatur, absolvendi; super altari portatili celebrandi facultatem communicandi; sacerdotes ad cu-

ram animarum probandi; libros prohibitos tenendi. Ad quinquennium.

R. ap. S. P. XXI Mart. 1592 P. an I.

Reg. bull. III. 38.

6. *Excelsa divinae potentiae.* - Clem. VIII, intelligens tum ex litteris multorum et fama, nunc ex Alphonso Sanchez, S. I. professo, apud Sixtum V et successores Episcoporum nomine legato, proventus evangelicae praedicationis in Novi Orbis, utrarumque Indiarum, et insularum praesertim Philippinarum, benedicit Deum et Episcopum Manilen. gubernatorem, clericos, senatum virosque Philippinos ob stabiliendae fidei studium laudat. Benedictionem apost. et insignes indulgentias aliis litteris elargitur, charitatem cum omnibus, regi Hispaniarum obedientiam commendat: caetera ex Alphonso cognoscent.

R. ap. S. P. XXI Mart. 1592 P. an. I.

Bull. Rom.

7. *Ut spiritualibus.* - Clem. VIII Epō Meliten. significat pro collegio 12 presb. S. I. eum locum eosque proventus ab eo assignandos quos pro institutione seminarii puerorum ecclesiasticorum ibidem adhuc non erecti iuxta conc. Trid. decreta assignare tenetur; quoscumque id impedientes cogendi facultatem tribuit.

R. ap. S. P. XXVIII Mart. 1592 P. an. I.

Reg. bull. III. 60. b.

8. *Ut Melitensem populum.* - Clem. VIII Ugoni S. Mariae in porticu diac. Card. Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani magno Magistro significat se collegium 12 presbyterorum S. I. in civit. Meliten. erigendum duxisse et ea de re ad Episc. Meliten. scribere, atque eum eorum sustentationem coadiuvare cupit.

R. ap. S. P. XXVIII Mart. 1592 P. an. I.

Reg. bull. III. 60.

9. *Iniunctum nobis desuper.* - Clem. VIII, petente Cl.

Aquaviva Pr. Gen. S. I. de testamento quo Rod. de Oballe Archipr. de Quessada et beneficiatus perp. in ecclesiis de Cazorla oppidorum Toletan. dioec. bona sua ecclesiae et concionatoribus S. I. in habitatione sua instituendis legavit, et de altero eiusdem testamento quo, donec ex haereditate sua accumulabuntur redditus mille duc. annui ad fundandum collegium, quatuor vel quinque S. I. religiosi per adventum et quadragesimam residere deberent, - decernit, quum debitis gravatam haereditatem cum beneficio legis et inventarii acceptasset Societas, quumque pia mulier quaedam in commodiore loco d. civitatis collegium instituere intendat, posse vendi residuum d. haereditatis, et pretium in manutentionem et sustentationem religiosorum collegii converti.
R. ap. S. P. VI kal. Iun. 1592 P. an. I.

Reg. bull. III. 43 b.

10. A. F. R. M. *Cum sicut accepimus.* - Clem. VIII opus quoddam Ant. Possevini: *Bibliothecae selectae* inscriptum et typis in Vaticana bibliotheca cusum atque impressum, durante decennio impressoribus et bibliopolis tam intra quam extra Italiam, sine speciali licentia, vulgari, imprimi vetat.
R. in monte Quir. III Iun. 1592 P. an. I.

Brev. et resor. 184. b.

11. *Accepimus nuper.* - Clem. VIII Epō seu officiali Maioricen. significat breve quo Innoc. IX id. Nov. 1591 Nicolaum Ferrum ad saeculum redire vel ad alium regularem ordinem transire indulgebat, fuisse subreptitium, constito de votorum simplicium emissione, et d. Nicolai correctionem Superioribus Societatis esse remittendam.
XXII Iun. 1592.

Elench. bull.

12. *Ea semper fuit.* - Clem. VIII, de seminariorum erectione et prospero statu sollicitus, rectoribus, praefectis et alumnis seminariorum suorum et Sedis Apost. et quibuscumque aliis qui catholicorum regum, principum, episcoporum etc.

opera informantur, indicit tria una hebdomada ieiunia et concedit indulg. plenariam.
R. in monte Quir. XXIII Iun. 1592. P. an. I.

Bull. Rom. *Brev. et rescr.* 185.

13. A. P. R. M. *In Petri naricula.* - Clem. VIII, petentibus Hieronymo Epō Vladislavien. et Praep. Gen. S. I. in oppidi civitatis nunc. Gedanen. d. dioec.. ad cuius emporium ex Germania, Anglia, Scotia, Suetia aliisque haeresi infectis regionibus confluunt multi, suburbio, quum in ipso oppido ecclesias et pia loca profanata et a saecularibus occupata Senatus restituere nollet, erectum collegium confirmat et factam cum eo unionem monasterii desolati in oppido Noreae O. S. Ben. Vladislavien. dioec., villae Gembe nunc. mensae episc. in capitaneatu Solcovien., et alterius villae domus B. M. Virg. paradisi nunc. Carthus. Ord. d. dioec. in Prussia quae vulgo dicitur Wielbir Bielbovo, quam Prior et patres d. domus Epō obtulerunt qui lomum eorum ab Abbatibus Oliven. iure medio liberaverat (Fructus. 700 duc.) necnon assignationem areae pro ecclesia seu cappella. - Epō Amerin., decano eccl. Vladislavien. et caus. cam. ap. gener. auditori exec. committit.
R. ap. S. M. id. Iul. 1592. P. an. I.

Reg. bull. III. 61.

14. A. P. R. M. *Ad ea ex apost. servitutis officio.* - Clem. VIII de unione, quam Greg. XIII dederat in mandatis Epō Albien., prioratus B. M. de Burgo oppidi Rapistagni Cluniacen. Ord. Albien. dioec. ab Ant. Badoux resignati (valor 24 duc.) cum coll. Tholosano S. I., quum dubitet rector d. coll. litteras Gregorii XIII subreptionis vitio subiacere quod Nicolaum, non Antonium prioratum obtinere dicerent et quod Tridentinum Conc. prohibeat beneficia unius dioec. loco alterius dioec. perpetuo uniri, declarat perinde valere.
R. ap. S. M. XIII kal. Aug. 1592. P. an. I.

Reg. bull. III. 51. b.

15. A. P. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Clem. VIII, petente rectore coll. S. I. in civitate Leodiensi, confirmat

factam per Ioann. Fr. Ep. Vercellen. Sixti V in inferioris Germaniae et Belgarum et praesertim Leodien. provinciis Nuntium, petentibus Ernesto Epō Leodien. et rectore unionem cum d. collegio unius in de Alken, quod Lannoy Canonicus eccl. S. Pauli Leodien., et alterius, quod Federicus Nolens in de Xhinesse locorum parochialibus ecclesiis obtinebant beneficiis personatus nunc. (fructus insimul 300 duc.); cui unioni Ernestus, ad cuius ille in de Alken, et abbas et Capitulum Stabulen. et Malmandarien. perpetuo unitorum monasteriorum O. S. Ben. Leodien. et Colonien. dioec. ad quorum alterum de Xhinesse personatus collationes dum pro tempore vacant pertinent, consenserunt. - Archiepō Colonien., caus. cam. ap. gener. auditori et officiali Leodien. exec. committit.
R. ap. S. M. III Aug. 1592. P. an. I.

Reg. bull. III. 457.

16. A. P. R. M. *Regimini universalis Ecclesiae.* - Clem. VIII, petentibus Franc. Epō Claromonten. et rectore coll. S. I. in opp. de Billom in partibus Aquitaniae quondam erecti a Gul. du Prat. tunc Epō Clar., qui statim post donationem multorum bonorum in d. oppido, morte praeventus, ea censibus dominii directi, emphyteutici et terratici et aliis mensae episcopali debitis multis onerata reliquerat, donationem censuum et iurium dom. dir. et emphyteutici a d. Francisco de caetero factam confirmat.
R. ap. S. M. V kal. Sept. 1592. P. an. I.

Reg. bull. III. 75.

17. *Cum sicut accepimus.* - Clem. VIII collegii et universatis Graecien. S. I. rectori unum ex publicis notariis illius vel alterius dioeceseos semel vel pluries deputandi licentiam concedit.
R. in monte Quir. XII Sept. 1592. P. an. I.

Reg. bull. III. 51.

18. *Expositum nobis.* - Clem. VIII, petente Gulielmo Bavariae duce, attentis uberibus collegii S. I. Ingolstadien. fructibus permutationem inter d. Gul. et abbatem monast.

S. Mauritii inferioris Altachae, O. S. Ben. Patavien. dioec. concordatam super decimis quibusdam, ad 150 fl. ascendentibus, quas d. collegio applicare intendit dux, suo ad Caes. Maiest. Nuntio Caesari Epō Cremonen. committit approbandam.
R. ap. S. M. XII Sept. 1592. P. an. I.

Bull. Rom. *Reg. bull. III.* 49. b.

19. A. P. R. M. *Circa universorum.* - Clem. VIII confirmat concordiam inter Ferdinandum Episc. Palentin. et modernum provincialem Castellae S. I. Praepositum de iure visitandi capellanias in ecclesia S. Ludovici in opp. de Villagarcia a Magd. de Ulloa fundatas; sc. ius castigandi in visitatione capellanos quoad servitium capellaniarum penes praep. provincialem, ius idem, modo non tollat nec revocet prioris iudicata, penes Episcopum et praeterea in rebus civilibus et ceteris.
Tusculi XXVIII Sept. 1592. P. an. I.

Reg. bull. III. 53. b. 64. b.

20. A. P. R. M. *Ex Apostolicae Sedis.* - Clem. VIII, petente Gulielmo Bavariae duce, monasterium Biburgense, O. S. Ben., cuius fructus collegio S. I. Ingolstadiensi Eystetten. dioec., permittente ut creditur Pio IV, applicaverat Albertus dux d. Gulielmi genitor, d. collegio a d. Gulielmo perfecto et non parum aucto, unit, exstincta essentia regulari, fructus forsan indebite perceptos remittit, debitis supportatis oneribus residuos fructus percipere, alienatione tamen immobilium et pretiosorum mobilium interdicta, permittit. - Philippo episcopatus Ratisbonen. administratori, Gaspari electo Eystetten. et caus. cam. ap. gen. auditori exec. committit.
Tusculi II Oct. 1592. P. an. I.

Reg. bull. III. 56.

21. A. P. R. M. *Romanus Pontifex.* - Clem. VIII collegio S. I. novissime in civ. Agennen. erecto, quod manutentione uberiore quam quae ei per Margaritam reginam Navarrae et comitissam Agenen. necnon communitatem et homines d. civitatis assignata est, indiget, concedit pensionem 700 libr. Turonen. monetae super fructibus mensae episcopalis constitutum,

factam per Ioann. Fr. Ep. Vercellen. Sixti V in inferioris Germaniae et Belgarum et praesertim Leodien. provinciis Nuntium, petentibus Ernesto Epõ Leodien. et rectore unionem cum d. collegio unius in de Alken, quod Lannoy Canonicus eccl. S. Pauli Leodien., et alterius, quod Federicus Nolens in de Xhinesse locorum parochialibus ecclesiis obtinebant beneficiis personatus nunc. (fructus insimul 300 duc.); cui unioni Ernestus, ad cuius ille in de Alken, et abbas et Capitulum Stabulen. et Malmandarien. perpetuo unitorum monasteriorum O. S. Ben. Leodien. et Colonien. dioec. ad quorum alterum de Xhinesse personatus collationes dum pro tempore vacant pertinent, consenserunt. - Archiepõ Colonien., caus. cam. ap. gener. auditori et officiali Leodien. exec. committit.
R. ap. S. M. III Aug. 1592. P. an. I.

Reg. bull. III. 457.

16. A. P. R. M. *Regimini universalis Ecclesiae.* - Clem. VIII, petentibus Franc. Epõ Claromonten. et rectore coll. S. I. in opp. de Billom in partibus Aquitaniae quondam erecti a Gul. du Prat. tunc Epõ Clar., qui statim post donationem multorum bonorum in d. oppido, morte praeventus, ea censibus dominii directi, emphyteutici et terratici et aliis mensae episcopali debitis multis onerata reliquerat, donationem censuum et iurium dom. dir. et emphyteutici a d. Francisco de caetero factam confirmat.
R. ap. S. M. V kal. Sept. 1592. P. an. I.

Reg. bull. III. 75.

17. *Cum sicut accepimus.* - Clem. VIII collegii et universatis Graecien. S. I. rectori unum ex publicis notariis illius vel alterius dioeceseos semel vel pluries deputandi licentiam concedit.
R. in monte Quir. XII Sept. 1592. P. an. I.

Reg. bull. III. 51.

18. *Expositum nobis.* - Clem. VIII, petente Gulielmo Bavariae duce, attentis uberibus collegii S. I. Ingolstadien. fructibus permutationem inter d. Gul. et abbatem monast.

25. A. P. R. M. *Dum ad uberes.* - Clem. VIII, petente Stanislao Archiepō Gnesnen., collegio S. I. in opp. civit. regia Calissii d. dioec. a se erecto et nondum sufficienti dote proviso, unit unam ex quatuor villis praeposituraе Coszcielnensis Clun. Ord. d. dioec. quae monachis mon. Tinciensis d. Ord. Cracovien. dioec. per mon. abbatem conferri solet et quam Alb. Baranousti praepositus d. praep. obtinet, quia una illarum Szoszcielna vocata, earum optima praepositis sufficit, alias vero consanguineis, plerumque haereticis concedere solent. Villa incorporanda Piotrono nunc. collegio vicina, quam Raphael Brzeklba in emphith. obtinet una cum tribus colonis alterius villae, huic villae subditis, redd. ann. 50 duc. habet: reliquae insimul 600 aur.

R. ap. S. P. id. Dec. 1592 P. an. I.

(*Nota:* P. Gaspar Moraris scripsit ad me 4 Oct. 1596 quod huiusmodi unio effectum non habuit.)

Reg. bull. III. 69

26. *Charitas Dei et Domini.* - Clem. VIII Echebar regi Mogor de multis dotibus et de animo a christianae fidei praeceptis audiendis non abhorrente, ut sacerdotes S. I. narraverunt, gratulatur, veras divitias, gratiam et per d. sacerdotes, quos commendatos habeat, fidem apprecatur.

R. ap. S. P. XVI kal. Ian. P. an. I.

Bull. Rom. *Brev. et rescr.* 170

27. *Significatum fuit nobis.* - Clem. VIII Octavio Epō Tricaricen. Ap. Sed. in inferiori Germania Nuntio, moleste ferens quod Duacenses parochi fideles ab ecclesiis Mendicantium et collegii S. I. missae vel confessionis paschalis ratione avertant et quod Archiepiscopus Cameracen. et Ep. Atrebaten. rem ad saecularem curiam deduxerint, significat se causam ad se advocare, silentium imponit, et sancit licere fidelibus apud privilegiatos idoneos et ab Ordinario approbatos missam audire, modo in contemptum parochorum id non faciant, et confiteri quovis tempore dummodo Eucharistiam in Paschate a proprio parocho sumant. Decretum publicari iubet. Ipsis privilegiatis praecipi vult ut populum ad reverentiam parochorum et ad

eorum missas dominicis et festis audiendas frequenter moneant.
R. ap. S. P. XXII Dec. 1592 P. an. I.

Oliv. Manar. Commentarius 53. *Reg. bull. III* 299.

28. *Literae quas dederas.* - Clem. VIII Mancio domino Omurae nuntiat sibi redditas esse literas ab eo ad Xystum Pontificem datas, quibus auctoritatem a Ch. I. D. N. Petro primum, tum continuato ordine eius successoribus RR. PP. traditam agnoscit, gratiamque et perseverantiam apprecatur.
R. ap. S. P. XVI Ian. 1593. P. an. I.

Brev. et rescr. 173.

29. *Accepimus a nonnullis.* - Clem. VIII Epō Meliten. declarat intentionis suae fuisse et esse ut coll. S. I. quod erigi in d. civitate debet, in nova, non in veteri civitate erigatur, ut civium et insulanorum et aliorum incolarum spiritualia commoda facilius promoveantur. Quod Card. magno Magistro et conventui hospitalis S. Ioannis Hierosol. et aliis quibus opus fuerit, declarari eum curare vult.
R. ap. S. P. XX Ian. 1593. P. an. I.

Reg. bull. III. 68. b.

30. A. P. R. M. *His quae pro bono pacis.* - Clem. VIII, petentibus rectore coll. et univers. Spiritus Sancti S. I. Elboren. et Priore mon. S. Georgii can. reg. congreg. S. Crucis prope et extra muros Colimbrien., confirmat concordiam post lites et causas coram diversis iudicibus per multos annos magnis cum expensis et molestiis agitatas et etiam tunc in caus. pal. apost. auditoria coram Seraph. Oliverio capellano Pontificio versas, de iuribus spectantibus ad prioratum maiorem d. monasterii, factam inter eos per Andr. Alvarez S. I. et Dionysium Priorem procuratores constitutos, prout instrumento per Did. Continjo notarium Colimbrien. mense mart. 1591 desuper confecto continetur; quae concordia confirmata fuit per Accurtium di S. Augustino Priorem mon. S. Crucis et ordinis et congreg. generalem et Petr. de Fonseca visitatorem gener.

S. I. in regno Portugalliae. - Decano et archipr. eccl. Ulixbonen. et officiali Ulixbonen. exec. committit.
R. ap. S. P. XII kal. Feb. 1592 P. an. I.

Reg. bull. III. 77.

31. *Ex iniuncto nobis.* - Clem. VIII, auctoritate apost. commutans testantis voluntatem et legata liberans a prohibitione vendendi et alienandi, Archidiacono eccl. Florentin. et Vic. gen. Archiepiscopi Florentin. mandat ut licentiam concedi curent rectori coll. S. I. d. civit. qua domum val. 800 scutorum sitam in burgo S. Petri almae Urbis in conspectu palatii Card. SS. 4 Coron., et censum ann. 96 scut. monetae pro sorte finali 1200 scut. anno 1566 super Franc. Baldi alterumque 10 scut. super Giud. Maseri Urbinat. bonis impositos, inter caetera ut haeredi universali anno 1587 a Laura Battiferra Urbinat. legatos alienare valeat, quum ob distantiam et viaticorum expensas multoties nihil ex iis percipiatur, et pretio inde proveniente emere bona vel census vel loca montium non vacabilia in civ. Florentina.
R. ap. S. P. VI kal. Feb. 1592 P. an. I.

Reg. bull. III. 82. b.

32. *Dum quanta ex instituti.* - Clem. VIII, petente retc. col. S. I. in civit. Mutinen. loco remotiore siti, mandat Vic. gen. Episc. Mutinen. ut ab eccl. par. S. Bartholomaei per Ant. Mar. Rubini resignationem vacante, cuius fr. 70 duc. curam animarum abdicet, parochianos, sepulturae aliaque iura ad alias iudicio Episc. ecclesias transferat, et in d. eccl. perpetuam cappellaniam sub invoc. S. Barth. pro d. Antonio erigat, cui fructus sunt applicandi; ecclesiam vero cum situ, domibus et adiacentiis ad effectum collegii eo transferendi S. I. concedat, et licentiam prophanandi antiquum collegium cum cappella eorumque lateribus, ruderibus etc. disponendi.
R. ap. S. M. IV kal. Mart. 1592 P. an. II.

Reg. bull. III. 300.

33. A. P. R. M. *In suprema dignitatis.* - Clem. VIII, petente Iac. Christoph. Epō Basilien., coll. S. I. ab ipso erecto

in opp. Bruntruto Bisuntin. dioec., iurisdictionis tamen temporalis pro tempore existentis Episc. Basiliensis, ipsius et mensae episc. sumptibus, cum assignatione 2 m. flor. mon. Rhenen. (1200 duc. aur.) ex censu annuo per praetorem, senatum, cives et civitatem Solodoren. d. Epō illiusque mensae pro sorte pnali 50 m. fl. quotannis debitorum, unit prioratus Miserach d. Basilien. dioec. in ditione tamen d. opp. et Grandisgurgitis Praemonstraten. Ord. cum primum vacaverint. Fructus, 115 et 100 duc.

R. ap. S. M. III kal. Mart. 1592 P. an. II.

Reg. bull. III. 84. b.

34. A. P. R. M. *Dum ad uberes.* - Clem. VIII coll. S. I. Rothomagensi unit prioratum S. Mariae Virginis de gratia, alias de Grammont nunc. Ord. Grandimonten. prope et extra muros Rothomagen. a Iac. du Fillet pr. Parisiensi, qui habitum per fratres Carthusienses gestari solitum suscepit et professionem emittere de proximo intendit, in manibus S. Pont. resignatum; aedificia ac templum per obsidionem d. civitatis diruta. Fr. d. prior. et de Ambenoye, alias de petit Grammont prope Gallionem, 24 duc. Quatuor monachis d. prioratus, ad alios conventus receptis, si petierint, de congrua portione provideat rector.

R. ap. S. P. id. Mart. 1592 P. an. II.

Reg. bull. III. 91 b.

35. A. P. R. M. *In supremo Apostolicae.* - Clem. VIII coll. S. I. Avenionensi unit prioratum S. Martini loci Caderociae Cluniacen. Ord. Auriacen. dioec. a Lud. Bello cler. utriusque iuris doct. et Sed. Ap. notario cessum; conventualis nou est, a prior. conv. S. Saturnini de portu iulle pontis S. Spir. d. Ord. Uticen. dioec. dependet. Fr. 150 duc.

R. ap. S. P. XIII kal. Apr. 1592 P. an. II.

Reg. bull. III. 94

36. A. P. R. M. *Ex debito pastor. officii.* - Clem. VIII petentibus rect. coll. S. Pauli Bracharen. S. I. et Emm. Peres de Menderos presb. Bracharen. confirmat concordiam inter

eos initam super paroch. eccl. S. Steph. loci de Bazuro d. dioec. alias annexa monast. B. M. de Vimeiro O. S. Ben. d. dioec. d. collegio unito, de qua Emmanueli provisum fuerat (Fr. 150 duc. Iure suo cedit Emm., cui rector coll. pensionem 72 m. regal. seu 150 duc. consentit.
R. ap. S. P. VI id. Apr. 1593 P. an. II.

Reg. bull. III. 219.

37. A. P. R. M. *Pastoralis officii debitum.* - Clem. VIII petente Iac. Christoph. Epō Basilien. collegium S. I. in opp. Bruntruti Bisuntin. dioec. iurisdictionis tamen temporaneae Basilien. Episc., consentiente dec. et capit. eccl. Basilien., contra haeresim. erectum confirmat, necnon praeter supellectilem, bibliothecam et eccl. ornamenta, ex redditibus mensae episc., donec provisum esset, assignata, 2 m. fl. rhenenses ann. ad rationem 15 batzionum pro quolibet flor., 1100 duc. constituentes, per praetorem, senatum, cives et commun. Soledoren. in die S. Nicolai quotannis mensae episc. debitos d. collegio praestandos, et 6 m. fl. huiusmodi de 1589 et 1591 debitos d. collegio obventuros donec bona stabilia vel redditus perpetui comparentur. - Constantien. et Leodien. Episc. exec. committit.
R. ap. S. M. III kal. Maii 1593 P. an. II.

Reg. bull. III. 100 b.

38. A. P. R. M. *Dum ad uberes.* - Clem. VIII collegio S. I. Lugdunensi unit prioratum S. Iuliani in Faresio O. S. Ben. Lugdunen. dioec. a Georgio Naturel cler. resignatum, qui a mon. S. Martini Athanaten. Lugdunen. d. Ord. dependet, conventualis non est, ad quem non consuevit quis per electionem assumi. Fr. 24 duc.
Tusculi id. Maii 1593 P. an. II.

Reg. bull. III. 89 b.

39. Clementis VIII decretum super casuum reservatione, ibi expressorum, ab omnibus Regularium Superioribus observandum; subsequitur dispensatio cum Soc. Iesu, eiusdem S. Pontificis v. v. oraculo.
26 Mai. 1593.

Elench. bull.

40. *Referentibus vobis.* - Clem. VIII ob paucitatem sacerdotum in provincia Transilvaniae, tribus a Soc. Iesu et tribus aliis ex ea prov. presbyteris a Superiore S. I. approbandis missam bis in die celebrandi diebus domin. et festivis aliisque aliqua alia urgente necessitate, dummodo a perfusione vini vel ablutione in prima missa abstineant, licentiam concedit. Ad triennium.
R. ap. S. M. XXIX Mai. 1593 P. an. II.

Reg. bull. III. 83. b.

41. A. F. R. M. *Catholicae religionis.* - Clem. VIII attendens ad studium quo nonnulli presbyteri S. I. in principatu Transilvaniae apud nob. virum Sigism. Batthori Trans. principem restituere fidem contendunt, eis, confessario nimirum principis et aliis ab illo deputandis, concedit ut possint licentiam concedere beneficiatis aut regularibus qua extra tem pora sine dimissoriis, a quovis antitiste, ad 4 ord. min. in 4 festivis aut feriatis; ad sacros vero 3 dominicis vel aliis festivis etiam continuis promoveantur, utque etiam d. principi aliisque catholicis consilium in causa sanguinis contra haereticos, secreto et in defectu aliorum, sine irregularitate dare valeant.
R. ap. S. M. XXXI Mai. 1593.

Reg. bull. III. 83 b.

42. A. P. R. M. *Ex debito pastoralis.* - Clem. VIII confirmat concordiam inter coll. S. I. Taurinen. et Bernardinum Barutellum cler. Taurinen. sacristam, post obitum Solutoris de Parvopassu, ecclesiae monast. S. Solutoris, post litem et causam coram Sedis Ap. apud Emm. Philib. Sabaudiae ducem Nuntio et caus. cam. ap. gen. auctore aliisque motam, mediante Archiep. Taurinen. initam super fructibus d. sacristiae. Bernardinus bona dimittit et relaxationi fructuum penes quoscumque existentium consentit in favorem rectoris d. coll. qui eos percipere et illis necnon aqua pro irrigandis bonis gaudere valebit; Rector consentit reservationi pensionis ann. 28 scut. de florenis ad rationem 8 fl. mon. Pedemontium, 16 scut. auri

in auro cum dimidio constituentium, super terrenorum de Columbario aliorumque fructibus.
R. ap. S. M. VI id. Iul. 1593 P. an. II.

Reg. bull. III. 95.

43. A P. R. M. *Romanus Pontifex.* - Clem. VIII, petente nobili mul. Marg. archiducissa Austriae Caroli Archid. relicta, collegio S. I. Graecensi, a d. Carolo in ecclesia S. Aegidii Salsburgen. dioec. erecto, unit beneficium, quondam ab Hedwige, comitis von Georgen filia, relicta Gulielmi a Berwerlz, ad altare 12 apost. d. eccl. fundatum, cuius redditus a civibus Graecensibus, de quorum iurepatronatu d. beneficium erat, in organistae praed. eccl. sustentationem assignati fuerunt; organistis vero, qui ut plurimum coniugati sunt et beneficii eccles. onera supportare nequeunt, de congrua sustentatione a rectore d. coll. providendum erit. Fr. 24 duc.
R. ap. S. M. XVII Iul. 1593 P. an. II.

Reg. bull. III. 97.

44. A. P. R. M. *Quae pro religiosorum.* - Clem. VIII, petentibus Epō Melevitan. et rectore coll. S. I. d. civit., confirmat in favorem d. collegii quod in nova civitate erigendum erat, cuique proventus, pro seminario puerorum eccles. ibidem adhuc non erecto assignandos, assignandi licentiam dedit, redditus annuos 200 sc., 100 vdl. super mensa episc. 100 super eccl. S. Pauli Melevitan. fructibus, et taxam ad ration. 5 pro quolibet centenario super omnibus benef. eccl. insulae impositam, et beneficiorum S. Nicolai della Metarfe, Burgiolat, S. Margharitae, il Chisayem, ta Bonones, ta Hard il Midine, ta Cottafe, ta Mallara et S. Marci redditus, 24 duc. valorem non excedentes, et ecclesiam S. Pauli fabricari coeptam, et alia in authentico instrumento contenta.
R. ap. S. M. XXIX Iul. 1593 P. an. II.

Reg. bull. III. 99. b.

45. *Exponi nobis.* - Clem. VIII, petentibus rectore coll. S. I. Pragensis et Georgio Popelio, barone de Lobrowich (Lobkowitz) et dnō in temp. Chomutau, Luzkau, Mielnick et Li-

boconiez et Rodulphi II regis in Imp. electi consiliario, camerario et supremo regni Bohemiae praefecto, domus olim Ord. fr. min. de observ. nunc. ab haereticis diu occupatam et nunc cum d. Rodulphi licentia ereptam in oppido Krupna, 5 milliaribus a Dresda Misniae (?) arce ducis Saxoniae distante, et a se collegio Pragensi concessam, unde quidam S. I. sacerdotes latenter excurrunt in Misniam multosque errantium ad religionem revocant, auctor. apost. d. coll. concedit et confirmat.
R. ap. S. M. II Aug. 1593. P. an. II.

Reg. bull. III. 98 b.

46. A. P. R. M. *Ad apicem apost. dignitatis.* - Clem. VIII petentibus communitate et hominibus civ. Imolen. et Praep. Gen. S. I., ecclesiam S. Agathae d. civ. a Tib. de Codrochis rectore, reservata pensione 20 scut., resignatam cum domo presb. et sacra supellectili, ad effectum domum probat. S. I. erigendi assignat, curam animarum 30 famil. ad S. Leonardi parochiam cum iure sepulturae, decimis aliisque ratione curae obvenientibus transfert, 15 sc. per d. Tib. annuatim solvenda d. eccl. S. Leon. assignat.
R. ap. S. M. III id. Aug. 1593 P. an. II.

Reg. bull. III. 104.

47. *Cum dilectus filius.* - Clem. VIII Antonio Possevino prof. S. I. a Praep. Gen. ad ministerium evangelicum misso sociisque liberum iter, exemptionem a cuiusvis oneris solutione et salvum conductum tribui vult.
R. ap. S. M. XXI Sept. 1593 P. an. II.

Brev. et resor. 186.

48. *Cum dilectus filius.* - Clem. VIII, Cl. Aquaviva Praep. Gen. S. I. cupiente per varias regiones sequentibus annis religiosos mittere in vineam Dni, mittendis et fidelibus ad quos declinaverint, apostol. benedictionem, et confessis ac sacra comm. refectis qui pro S. R. Eccl. exaltatione, princ. christ. unione, infid. conversione, haeres. exstirp. et alias preces ef-

fuderint indulg. plen. pro una vice impertitur. Hortatur patriarchas etc. ut in suis ecclesiis praesentes publicent.
R. ap. S. M. XXIII Sept. 1593 P. an. II.

Reg. bull. III. 89.

49. *Debitum pastoralis officii.* - Clem. VIII, petente Phil. Hisp. rege cathol. et Brabantiae duce, collegio S. I. Antwerpiensi tenues redditus ob belli calamitates habenti unit mon. SS. Trinit. Guillelmitarum sub regula S. Aug. in Beveren Gandaven. dioec., a civit. Antwerpien. duas leucas distans, exceptis domo hospitum paucisque aediculis funditus ab haereticis eversum. Fr. 100 duc. Officiali Antiverpien. mandat ut vocatis vocandis collegio d. mon. annectat, provideat de oneribus.
R. ap. S. M. X kal. Oct. 1593. P. an. II.

(*Nota.* Expedita per cancellariam mense Martio 94.)

Reg. bull. III. 112.

50. A. F. R. M. *Cum sicut accepimus.* - Clem. VIII Henrici de Henricis sac. S. I. quamdam rerum moralium seu casuum consc. summam typis mandatam, in quo et praesertim in praefatione censorum incuria vel authoris vitio aliqua irrepserunt quae in Soc. detrimentum et reg. disciplinae labefactionem vergerent, inhibet sub excommunicatione legere vel habere quousque per Gen. Praep. d. Soc. correcta fuerit; apud Sed. Ap. Nuntios vel Provinciales S. I. interea deponi eam iubet.
R. ap. S. M. XXIV Sept. 1593. P. an. II.

Reg. bull. III. 88.

51. *Exponi nobis nuper.* - Clem. VIII, petente Cl. Aquaviva Praep. Gen. S. I. facultatem absolvendi quoscunque ab haeresi et aliis contra fidem et consequentibus censuris quibuscumque in foro conscientiae per Praep. Gen. et professos ab ipso deputandos, a Iul. III Brevi 22 Oct. 1552, et dein sub nonnullis limitationibus a Paulo III aliisque praedecessoribus v. v. oraculo concessam, et facultatem de libris prohibitis a Greg. XIII Brevi 8 Ian. 1575 concessam, - quas quum expe-

rientia docuerit in regnis Hispaniarum tribunali S. Inquisitionis subiectis minus necessarias et offensioni quaesitorum obnoxias, quum Societas solum Dei honorem et animarum salutem ex facultatibus S. Sedis consequi intendat, patentibus litteris ante aliquot annos d. Claudius in illis provinciis interdixit, - maioris firmitatis causa revocat, cassat et annullat.
R. ap. S. M. XXV Sept. 1593 P. an. II.

Bull. Rom. *Reg. bull. III.* 87. b.

52. A. P. R. M. *Rom. Pontificis gratitudo.* - Clem. VIII, petente rect. coll. S. I. Leodien., beneficium in eccl. de Alcken a Rolando Lanoÿ cler. resignatum, - et a Ioanne Franc. Epõ Vercellen. Sed. Ap. Nuntio, ad Ernesti Episc. Leodien. petitionem, d. collegio unitum, quodque post mortem d. Franc. decanus et capit. B. M. oppidi Huyen. eiusdem dioec. ad se spectare contendentes, quamquam de iure laicalis patronatus ut comitatus Lossen. in spiritualibus comes de d. beneficio Ernestus anno 1554 disposuerat, fabricae d. eccl. B. M. uniri ab Octavio Epõ Calaten. Apost. Sedis Nuntio obtinuerunt, quam tamen unionem priore unione cognita suspendit idem Octavius, - nunc per Rolandi mense Ian. proximo obitum vacans d. collegio unit. Fr. 150 duc. - Leodien. et Antwerpien. Episc. et cur. caus. cam. apost. gen. auditori exec. committit.
R. ap. S. M. id. Oct. 1593 P. an. II.

Reg. bull. III. 185. b.

53. A. P. R. M. *Ad apost. dignitatis apicem.* - Clem. VIII, petente rectore coll. Anicien. S. I. cum d. coll. unit prioratus SS. Audeoli et Martini Podomaci O. S. Aug. Anicien. dioec., ab Andr. Lauthenas eius Priore, et S. Vincentii de Soligni eiusd. Ord. ac dioec. a Gul. Pradon cler. in favorem d. coll. a 5 annis erecti resignatos, salvis iuribus abbatum monast. Piperarii, O. S. Aug., et S. Theofridi, O. S. Ben. a quo dd. prioratus dependent. Fr. insimul 24 duc.
R. ap. S. P. id. Dec. 1593. P. an. II

Reg. bull. III. 220.

54. A. P. R. M. *Ex Apost. Sedis benignitate.* - Clem. VIII,

petente rectore coll. Parisiensis, Claromontani nunc. S. I. confirmat, factam timore litium quae oriri poterant, inter Gul. Poisle cler. Parisien. licent. in legibus et S. I. provinciales coram Phil. tit. S. Honufrii Pr. Card. Placentini nunc. Sed. Ap. de lat. Legati concordiam super mon. S. Feronis, quod Innocentius IX vacans per Lud. Episc. Melden. obitum, d. collegio incorporaverat, et ad quod Carolus Lotharingiae dux Meduanae, praetextu concordatorum inter Sed. Apost. et Fr. I regem Francorum super nominatione ad ecclesias et monasteria initorum, d. Gul. commendavit, ita ut nec commendae expediri ob unionem factam, nec fructus percipi ob commendationem potuerint. sc. collegium renuntiat unioni et Gulielmo litteras apost. commendae infra Pascha proximum cedet; Gul. reservationi ann. pens. perpet. mille sc. auri seu 3 m. libr. Turonen. in fav. collegii consentit, nisi casu quo civitas Melden. ab inimicis factionis unionis catholicorum occupetur.

R. ap. S. P. id. Dec. 1593 P. an. II.

Reg. bull. III. 108. b.

55. *Dum ad uberes.* - Clem. VIII, petentibus rectore coll. S. I. et scabinis et civibus etiam Lugdunen., unit cum d. coll. prioratum S. Irenaei Lugdunen. O. S. Aug. a Claudio Digny Priore resignatum, in quo praeter Priorem alii sex canonici regulares necnon duo sacerdotes et unus clericus saeculares, sacrista, eleemosinarius, camerarius, infirmarius, chorista, campanarius, non in communi sed separatim alii ab aliis viventes degunt, certa portione annua ipsis a Priore soluta. Fr. 24 duc. Officiali Lugdunen. mandat ut vocatis vocandis prioratus nomen exstinguat, Priorem claustralem de triennio in triennium eligendum, conventum et personas iurisdictioni Ordinarii subiiciat, Priori de duplici portione, caeteris de simplice a collegio provideatur.

R. ap. S. P. VIII kal. Febr. 1593. P. an. II.

Reg. bull. III. 117.

56. *Nuper supplicationibus.* - Clem. VIII, petente rectore coll. S. I. Ingolstadien. Eystetten. dioec., anniversaria, vigilias mortuorum et exsequias et alia onera spirit. cum

cereis et cantu pro fundatoribus monast. Biburgen. O. S. Ben. d. dioec., nuper d. collegio incorporati, celebranda convertit in unum sacrum a presbyteris d. coll. quotannis celebrandum, attento quod ex constitutionibus S. I. multa suffragia singulis annis, mensibus et hebdomadis pro fund. et benefactoribus offerri debent.
R. ap. S. P. XII Febr. 1594. P. an. III.

Reg. bull. III. 106. b.

57. *Nuper Sixtus V.* - Clem. VIII anniversaria, vigilias mortuorum etc. pro fundatoribus mon. canonissarum S. Pauli Ratisbonen. O. S. Ben. petente Phil. Bavariae duce collegio S. I. applicati, celebranda convertit in unum sacrum etc. *ut supra.*
R. ap. S. P. XII Feb. 1594 P. an. III.

Reg. bull. III. 107 b.

58. *Ad ea pro nostri.* - Clem. VIII, Rectori coll. et univers. Graecensis Salisburgen. dioec. a Car. Archid. Austr. instituti, cum in d. opp. in quo concionatores et scholae haereticae sunt, non tales reperiantur notarii quibus eius negotia tuto committi possint, facultatem impertitur unum publicum notarium seu tabellionem pro litteris testimonialibus promotionis ad gradus creandi.
R. ap. S. P. IV Mart. 1594 P. an. III.

Reg. bull. III. 108.

59. *Ex iuiuncto nobis.* - Clem. VIII, recitatis litt. Pauli II: *Cum in omnibus iudiciis*, petente Alph. Epō Colimbrien. mandat decano eccl. Colimbrien. et officiali Portugallen. quatenus vocatis vocandis confirment emptionem agri de Bellero alias Barrii nunc. in territ. Cautilanensi Colimbrien. dioec. quem Alph. Barno ex directo dominio mensae episc. sibi in emphyteosi concessum pretio 700 cruc. vendidit Ioanni Alvarez Provinciali S. I. Portugallensi et Raph. Curnero rectori coll. Colimbrien. Decimas, duos capones seu 50 asses, nonobstantibus S. I. privilegiis Episcopo solvere teneantur.
R. ap. S. P. III id. Mart. 1593 P. an. III.

Reg. bull. III. 223.

60. A. P. R. M. *In apostolicae dignitatis culmine.* - Clem. VIII, petente rectore coll. S. I. in civit. Anicien. a 5 annis erecti, cum d. coll. unit prioratum S. Dompniniloci de Moschevilla O. S. Ben. Valentin. dioec. cuius collatio ad abb. seu perp. commendatarium mon. S. Theofredi d. Ord. d. dioec. spectat, a Ioanne Pauliano nuper Priore resignatum. Fr. 24 duc. Prioratui per presb. saec. vel regul. ab Antonio Epō Anicien. approbandum deserviatur; unus ex novitiis monasterii in d. coll. instruatur.

R. ap. S. P. kal. Apr. 1594 P. an. III.

Reg. bull. III. 113.

61. A. P. R. M. *Inter multiplices animi.* - Clem. VIII, collegium anglicanum in civ. Hispalen. regali Philippi Hisp. regis cath. pietate pro adolescentibus voluntarium ab Anglia haeresi infecta exilium pro fide eligentibus institutum, confirmat, sub S. Sedis protectionem suscipit, regimen et gubernium immediatum Generali et Provinciali S. I. in prov. Boetica et rectori ab ipsis designato supponit, causis gravibus, quae per eos expediri non poterunt, personae a Gul. Alano tit. S. Mart. in montibus Pr. Card. Angliae nunc. nominandae demandatis, privilegia quibus caetera collegia Anglorum et Germanicorum in Urbe, Remis et Duaci fruuntur concedit. etc. Patriarchis, Episc. etc. Hispaniarum exec. committit.

R. ap. S. M. XV Maii 1594 P. an. III.

Bull. Rom.

62. *Cum dilecti filii.* - Clem. VIII, Bened. Muleto et Vinc. Castagnola presb. S. I. in civ. et insula Chien. suo iussu propediem ituris, iisque qui nunc ibi sunt vel erunt quibus Praep. Gen. communicabit, tribuit facultatem ut christianos d. civ. et insulae et undecumque de provinciis, in quibus infidelitas, apostasia, schisma et haeresis impune grassantur, confluentes quosvis, et cuiusvis Ordinis Regulares apostatas, haeret. schism. et a fide catholica aberrantes, a censuris, dummodo in iudicio se delatos esse non noverint aut pro haereticis condemnati aut declarati non fuerint (de quibus nihilominus S. Sedes aut S. Officium consulatur) in foro consc. absolvant - similiter eos

qui retinuerint vel legerint libros prohibitos, apostatarum etc. receptatores, fautores - et a quibuscumque casibus etiam Bullae Coenae, delationis armorum ad partes infidelium absolvant et in gremium S. M. Eccl. et pristinum statum restituant ac cum clericis super irregularitate, non tamen ex bigamia, hom. vol. aut mutilat. membri dispensent. Ad septem annos.
R. ap. S. M. XXV Mai. 1594 P. an. III.

(*Nota*. Renovatae 9 Ian. 1602, 18 Nov. 1608, 4 Aug. 1615. Extensae 6 Nov. 1611 ad insulas Archipelagi et Orientis Turcae subiectas.)

Reg. bull. III. 272.

63. Camillus patriarcha Alexandrinus Sed. Apost. Nuntius Franciscum de Porres, prov. S. I. certiorem facit se ex mandato Clem. VIII, significare Ill. Card. Toletano si quam controversiae inter aliquos PP. O. Praed. et quosdam e S. I. circa gratiam sufficientem et efficacem ortae cognitionem haberet, ne ultra procedat, sed eius determinationem S. P. integram relinquat, et praecipere Superioribus dd. Religionum ut statum quaestionum ad S. P. mittant; contentione super his quaestionibus abstineant quoad controversia per Sed. Apost. decisa fuerit.
Madrito, XV Aug. 1594.

Possini, Hist. msc. controv. de auxiliis, lib. III. n. X. 11.

64. A. P. R. M. *Desiderantes cunctorum*. - Clem. VIII, Congregationi S. Barbarae in coll. S. I. Viennae Austriae canonice institutae, indulgentiam plenariam a Greg. XIII in festo S. Barb. concessam, quam per coniunctionem Congregationis Romanae amisisse se credit, visitantibus sacellum S. Barb. vel eccl. S. I. elargitur, et de consilio S. R. E. Card. Congregationis sacr. rit. concedit confratribus et aliis tam S. I. quam aliarum Congregationum coniunctarum sociis ut in festo patronae óff. div. de duplici etiam aliud dicere et psallere possint.
R. ap. S. M. XVIII Aug. 1594 P. an. III.

Reg. bull. III. 116.

65. A. P. R. M. *In sacra coelestis.* - Clem. VIII, petentibus Cl. Aquav. Pr. Gen. et rect. coll. S. I. in opp. civit. nunc. Chomutoviensi Pragen. dioec. et nob. viro Georg. Popelio barone de Lobcovicz et dom. in temporal. d. oppidi necnon Liczhau, Mielnick et Libownitz locorum eiusd. dioec. ac Rodulpho Roman. ac Boemiae rege in Imperat. electo, d. collegium a barone Popelio cum eccl. scholis, domo pauperum et aliis suis membris et officinis erectum, bonis, iuribus donatum etiam iure praesentandi ad ditionis suae ecclesias, exemptione a vectigalibus aliisque amplissimis privilegiis, confirmat, universitatem in ea erigit. facultatem gradus concedendi, statuta condendi, notarios creandi impertitur.
R. ap. S. M. IV kal. Sept. 1594 P. an. III.

Bull. Rom. *Reg. bull. III.* 188. b.

66. A. P. R. M. *Ex apost. Sedis benignitate.* - Clem. VIII, petente Prov. prov. Rheni S. I., cum erigendo coll. S. I. Embricen. Traiecten. dioec. unit quinque primo vacaturas praebendas, a nob. viro Clevensi duce designatas in quinque collegiatis eccl. d. ducatus, in S. Victoris mart. Xanetensis, in B. M. V. Resensis, in B. M. V. Clevensis, in S. Martini Cravemburgensis oppidorum et in S. Clementis Pont. et mart. in pago Weshellensi Colonien. dioec., quarum tres ultimae eccl. a principibus Clevae antiquitus fundatae fuerunt.
R. ap. S. M. XXIII Sept. 1594 P. an. III.

Reg. bull. III. 120.

67. *Posteaquam nobis nuper.* - Clem. VIII Episcopum Tricaricen. Apost. Sed. ad partes inferioris Germ. Nuntium deputat in arbitrum inter coll. S. I. Colonien. et Marcellum Lentium Gen. O. S. Aug. canonic. reg. capituli Vindesemen. de medietate bonorum et iurium mon. prope opp. Novesianum d. Ord. Colonien. dioec. bellorum casibus eversi, translata mon. ad Corpus Christi in d. civit., et de alia medietate d. collegio translata; suppressa essentia monasterii, bona viciniora oppido ac domum et aedes d. mon. collegio, reliquam mediam partem mon. ad Corpus Christi applicet.
R. ap. S. P. II Mart. 1595 P. an. IV.

Reg. bull. III. 123, 303.

68. *Cum sicut accepimus.* - Clem. VIII religiosis S. I. in provincia Belgii rudes in christiana doctrina 10 praeceptorum et aliorum similium rudimentorum instruendo assidue intentis, ut id maiore fructu facere possint, necnon personis ad d. religiosos ad hunc effectum declinantibus, plenariam indulgentiam pro prima vice, si poenitentes confessi et sacra communione refecti sint, et preces pro S. R. E. etc. effuderint, pro aliis vicibus in diebus festivis 5 annos, in aliis diebus 100 dies de debitis poenitentiis relaxat. Ad annum iubilaei exclusive.
R. ap. S. P. XVIII Mart. 1595 P. an. IV.

Reg. bull. III. 121.

69. *Nuper tuo nomine.* - Clem. VIII indulti Greg. XIII, quo religiosi S. I. absque Superiorum consensu ac mandato ad quodvis munus obeundum a quibusvis etiam Cardinalibus etc. et regibus cogi minime possent, vehementer desiderante Phil. Hisp. Rege cath., pro eo affectu quem erga S. Inquis. officium ad fidem conservandam gerit, religiosos a d. indulto abstinere, usum, per litt. pat. Cl. Aquav. Pr. Gen. 20 maii 1589 ac si facultas omnis eo utendi sublata esset, interdictum, quod et Congr. gen. anno superiore confirmavit, ut d. regis desiderio satisfiat, similiter quoad regna et dominia eius interdicit.
R. ap. S. P. IX Mai. 1595. P. an. IV.

Reg. bull. III. 125.

70. A. P. R. M. *Romanus Pontifex.* - Clem. VIII usum bullae Cruciatae quoad eligendum confessarium et obtinendam absolutionem a reservatis, a Greg. XIII religiosis S. I. prohibitum, quem nonnulli ex clausulis litterarum cruciatae licitum esse existimant, denuo declarat prohibitum.
R. ap. S. M. XIV Iun. 1595 P. an. IV.

Nov. bull. S. I. 125. *Reg. bull. III.* 124 b.

71. *Nuper nobis pro parte.* - Clem. VIII, petentibus Alfonso Epõ Colimbrien. et rectore coll. S. I. eiusd. civ., in causa alienationis cuiusdam praedii de Revelles nunc. ex dominio directo mensae episc. Colimbrien., factae ab Ant. Didaco alias Iac. Ferreira de Mello in favorem d. rectoris, alium iu-

dicem, viciniorem nempe quam Episc. Portugallen. Episcopum Lerien. deputat.

R. ap. S. M. XI kal. Iul. 1595 P. an. IV.

Reg. bull. III. 125. b

72. A. P. R. M. *Ex Sedis Apost. benignitate.* - Clem. VIII, petente Ant. Archiepō Messanen. donationem gratiosam inter vivos factam pro coll. S. I. intra sexennium in civ. Marsaliae Mazarien. dioec. erigendo, 130 ann. unciarum pro capitali 5 m. scut. - quae cassa foret nisi sexennio elapso erectum esset et alii fini destinata - nunc quum d. collegio extruendo attendatur licet d. spatio finiri nequeat, iterum validat, toto negotio penes Praep. Gen. d. Soc. relicto. - Archiepō Montisregalis et Epō Syracusan. et cur. caus. ap. gen. auditori committit exec.

R. ap. S. P. V Iul. 1595 P. an IV.

Reg. bull. III. 131.

73. *Salvatoris Domini N.* - Clem. VIII, petentibus Ant. de Landao, Io. Rodriguez Naharro canonicis eccl. Segobien. et Ferd. de Solier relig. S. I. executoribus testam., attendens ad legatum Franc. Monroy et de Solier canon. et archipr. d. eccl. quo 18 m. duc. pro collegii S. I. in d. civitate sub invoc. SS. Phil. et Iac. canonice ante aliquot annos introducti dotatione assignavit quibusdam sub conditionibus, quae Instituto S. I. minime conveniunt et d. Franc. sponte sustulisset, uti censent, - et ad consilium Antoniae de Avila d. Franc. neptis augendi dotationem, si mutatis conditionibus acceptetur, - officiali Segobien. commutationem voluntatis ita faciendam committit, ut religiosi S. I. sepulturam in cappella maiore habeant, ut legatum ipsi ecclesiae, non soli cappellae impendatur, duo tantum responsoria in commem. defunctorum, plura vero sacra missarum recitentur.

R. ap. S. M. kal. Aug. 1595 P. an. IV.

Reg. bull. III. 132 b.

74. A. P. R. M. *In sede milit. Ecclesiae.* - Clem. VIII, petentibus Franc. de Brito mul. relicta Hectoris de Pina civis

Elboren. et executoribus testamenti d. Hectoris, attento quod in d. civit. collegii S. I. cum capella sub invoc. Matris Dei pro 12 scholaribus in ministros Dei formandis fundati et fabricae inceptae administrationem et superintendentiam penes uxorem, eaque defuncta, penes rectorem S. I. universitatis Elboren. esse voluit, protectorem autem et superiorem Archiepiscopum Elboren. constituit, cuius ultimae clausulae revocationem scriptam reliquit in manibus confessarii, qui obsidione Ulixbonen. inclusus eam subscribendam referre non potuit - primo dictum collegium ab omni d. Franciscae et Archiep. administratione, protectione liberat et rectori univers. Elboren. subiecit.
R. ap. S. M. VI id. Aug. P. an. IV.

Reg. bull. III. 134. b.

75. *Coelestes Ecclesiae thesauros.* - Clem. VIII pro eccl. S. Lazari et contiguo leprosorum hospitali a Petro Lopez de Sousa Malacae duce et australis plagae gubernatore extra moenia Malacen. civit. erectis, d. ecclesiam in fer. VI post dom. IV quadrag. quae dicitur Lazari et sabb. et domin. sequentibus visitantibus, poenitentibus confessis et S. Comm. refectis vel si communicare non possint communicandi desiderium et propositum habentibus, plen. indulg., aliis vero diebus eam visitantibus toties quoties 100 annos de poenit. relaxat. Ad 25 annos.
R. ap. S. M. XXIII Sept. 1595 P. an. IV.

Reg. bull. III. 136. b.

76. A. F. R. M. *Romanus Pontifex.* - Clem. VIII, attendens in regnis Iaponicis semen verbi Dei presbyterorum S. I. potissimum opera diffusum uberes fructus attulisse et sacrorum canonum et Conc. praesertim Tridentini decreta ibi observari non posse, petente Aeg. de la Mata pr. S. I. Episcopi de Funay in Iaponia ad visit. Apost. limina et Chr. fidelium in Iap. et Synae regnis degentium procuratore, Epō et sede vacante Sup. S. I. indulget ut libros quoscumque iaponico vel latino idiomate imprimendos, quin Goam ad Inquisitores transmitti debeant, curet, matrimonia non servata forma Tridentina contrahendi licentiam concedat, cum neophytis dieb. ieiunii circa

horam prandii, quod hora una post solis ortum fieri solet, dispenset; ut ad decennium tit. volunt. paupertatis vel sufficientis litteraturae idonei ordinentur, nec Epūs ob 4 m. milliariorum distantiam ad provinc. concil. Goanum accedere teneatur.
R. ap. S. M. XXIII Sept. 1595 P. an. IV.

Reg. bull. III. 138. b.

77. A. F. R. M. *In eminenti Sedis.* - Clem. VIII, petente Petri Episc. Funay in Iaponia nomine Aegidio della Mata pr. S. I. Iaponiae et Sinae ad Apost. Sed. procuratore, quum d. dioecesis omnia Iaponica regna continens anni spatio visitari et quotanis sacrum oleum in cathedrali consecrari nequeat, et sexennium vacare soleat sedes episc., concedit usum veteris olei sacri, huius consecrationem absque integro sacerdotum et ministrorum requisitorum numero, licentiam utendi corporalibus ex linteo gossepino vel canapeo, et celebrandi ac S. Sacr. ministrandi 2 vel 3 horas ante auroram.
R. ap. S. M. XXIV Sept. 1595 P. an. IV.

Reg. bull. III. 137.

78. A. F. R. M. *Decet Romanum Pontificem.* - Clem. VIII, petente Cl. Aquaviva Pr. Gen. S. I., in Indiarum orient. et occident. ac Iaponia et Synae regionibus indulget licentiam baptizandi absque caeremoniis solitis, dispensandi in ieiuniis, super petitione debiti coniugalis, super voto castitatis non solemni, ad decennium, et super mercibus et armis parvi momenti ut pugionis et gladii vendendis privatim quin excomm. bullae coenae ob commercium cum infidelibus incurratur.
R. ap. S. M. XXIV Sept. 1595 P. an. IV.

Reg. bull. III. 138.

79. *Quae nobis de statu.* - Clem. VIII Egidio de la Mata pr. prof. S. I. ad Iapon. et Sinae regiones propediem reversuro, adductus exemplo Greg. XIII, Innoc. IX qui Philippin. insularum et novae Hisp. fidelibus indulgentias et gratias spir. concesserunt, permittit et concedit varia: in aes incisas cruces vel numismata Chr. Salv., B. M. V., S. Michaelis aut Apostol. Petri et Pauli aliorumve SS., in altera parte Rom. Pont. aut

saltem insignis alicuius pontificis imaginem referentia; haec et grana, agnos Dei aliaque a R. Pont. benedicta distribuentes paternam charitatem eius significent. Numerum huiusmodi rerum benedictarum supplere et determinare valet Provincialis. Eas venerantes cum certis orationibus, toties medietatis peccatorum indulgentiam consequuntur - Examen conscientiae, corona, confessio, communio, missa certis diebus, ornantur ind. plen. quae mediantibus suprad. rebus pro uno defuncto applicari potest. - Locum ubi illae collocantur visitans et coronam recitans, indulgentias lucratur quas ecclesias Urbis visitans. - 7 P. et Ave recitans pro cathechistis et missionariis, animam purgatorii liberat - Nomen Iesu in art. mortis invocanti, ind. pl. - coronam recitando qui auxiliatur missionariis, ind. pl. lucratur - 7 P. et A. recitans in qualibet eccl. in hon. SS. Vulnerum pedum, man. et lateris D. N., lucratur indulgentias quas visitando eccl. illarum partium lucraretur. - Fractae cruci vel numismati semel alia substitui potest. - Concedit Superiori S. I. in Iaponia facultatem erigendi altaria (privilegiata) quae eadem ut ecclesia S. Greg. de Urbe indulgentia pro anima purgatoria gaudeant. - Nulla harum facultatum revocatio valeat, nisi sub expressa harum litterarum mentione.

R. ap. S. M. XXVIII Sept. 1595 P. an. IV.

Reg. bull. III. 140.

80. A. P. R. M. *Romanus Pontifex.* - Clem. VIII in prioratu SS. Trin. Venetiarum hospitalis Hierosolymitani S. Mar. Theutonicorum Prussiae, per obitum Petri Lippomani cler. mense Aug. 1592 obitum vacante, ne inter Duc. et Remp. Venetiarum ac Mag. d. hospitalis de commenda contentionis materia oriatur, cum huius consensu ordinem, essentiam et depend. regulares d. hospitalis supprimit. eius ecclesiam, aedes, iura et actiones, demptis praeceptoria et certis bonis, seminario pueror. eccl. in civit. Venet. erecto perpetuo unit. Fr. 600 duc. Pro indemnitate d. hosp., intra triennium vel tempus arbitrio Laurentii patriarchae, 14000 duc. vel bona stabilia in Germania proventus 900 duc., unde prioratus alter erigi possit, a rectore d. seminarii consignentur; donec assignentur, 700 duc. ann. solvantur ab eo vel a mercatoribus Venetiarum

Otthone vel aliis, qui bona competentia in dominio Austriacorum possideant. - Praeceptoria Lambertorum, domus B. M. Magd. Paduan. pro erectione domus prof. et coll. S. I. Paduan. et Venetiarum suppressa eiusque iura minime comprehenduntur sub hac unione.
Tusculi VI id. Oct. 1595 P. an. IV.

Reg. bull. III. 147. b.

81. *Ex iniuncto nobis.* - Clem VIII citatis litt. Pauli II *Cum in omnibus iudiciis* 1465, 5 id. Maii, mandat decano eccl. Lerien. et officiali Lerien. quatenus vocatis vocandis confirment, si de evidenti utilitate constiterit, concessionem et dationem in emphyteusim per Alphonsum Episc. Colimbrien. collegio S. I. Colimbriensi 40 iugerum terrarum ex campo de Verzea fundi Holletani nunc. iuxta Mondam in districtu opp. Montis Maioris veteris d. dioec., quae d. Episc. pretio 2 m. aur. seu cruciat. emerat.
Tusculi Id. Oct. 1595 P. an. IV.

Reg. bull. III. 200.

82. A. P. R. M. *Inter ceteras sollicitudines.* - Clem. VIII, vacantem in praesens eccl. S. Vitalis de Urbe, quae titulus presb. Card. existit, et in valle Quirini inter hortos remota et deserta, ruinosa etiam, et fructuum adeo tenuium ut canonici apud eam residere et servitium praestare destiterint, in ruinam tendere nolens, nomen et essentiam tituli seu denominationis Cardinalis et insignia omnia collegiatae, canonicatus, praebendas etc. in ea supprimit eamque cum iuribus, bonis, ornamentis applicat domui prob. S. Andreae in monte Quirinali S. I. - Ostien. et Portuen. Episc. et cur. caus. cam. ap. gen. auditori exec. committit.
R. ap. S. P. XII kal. Dec. 1595. P. an. IV.

Reg. bull. III. 143.

83. A. P. R. M. *Cum partes ipsae.* - Clem. VIII, petentibus Iac. le Bossu Gallo, collegii Sorbonae Parisiorum doct. theol. et Franc. Bonetti Sabaudo rector. et administr. eccl. et hospit. S. Ludov. nationis Gallic. de Urbe aliisque deputatis

et Cl. Aquav. Pr. Gen. S. I., confirmat concordiam initam inter rector. dom. prob. S. I. Romanae et dd. administratores super legato 700 scut. ann., quod Matth. tit. S. Steph. in monte Cellio Pr. Card. Contarellus d. hospitali reliquit, et casu quo infra certum tempus non acceptaretur d. domui probationis; legato autem non acceptato, Virg. Crescentius haeres unicus executor, cur. caus. cam. ap. gen. auditoris sententiam, domui prob. faventem, executioni mandari timens, pro legato huiusmodi palatium d. haereditas situm in burgo veteri prope plat. S. Petri et perpet. ann. censum 240 sc. ad favorem d. Cardinalis super coll. S. I. impositum et usum cuiusdam stabuli assignavit; - dein causa in sacro Rotae audit. per plures annos discussa, Societas I. retento censu, 30 Aug. 1595, d. palatium tradidit.
R. ap. S. P. XIX Dec. 1595. P. an. IV.

Reg. bull. III. 156. b.

84. *Dudum sicut accepimus.* - Clem. VIII Fabio patriarch. Hierosolymitanor. spoliorum et iurium cam. ap. debitorum in Portug. et Algarb. regnis collectori gen. mandat ut, quoniam inter alia ab Henr. tit. 4 Cor. Pr. Card. postea rege ad univers. gen. Elboren. erecta collegium Purificationis existit, in quo 50 theologis alendis 2500 cruciat. Lusitanos ann. assignavit, qui licet tunc, nunc quum rerum omnium pretia satis superque excreverint, non sufficiunt, extraiudicialiter informet et si 50 duc. uni alumno sustentando non sufficiunt, numerum praedictum pro arbitrio minuat.
R. ap. S. P. XXVIII Ian. 1596. P. an. IV.

Reg. bull. III. 146

85. *Cum dilectus filius.* - Clem. VIII, Cl. Aquav. Pr. Gen. S. I. cupiente per varias regiones religiosos mittere in vineam Dñi, mittendis et fidelibus ad quos declinaverint, apost. bened. et confessis ac S. Comm. refectis, pro solito orantibus ind. plen. semel impertitur. Hortatur patriarchas etc. ut praesentes publicent.
R. ap. S. P. XII Feb. 1596. P. an. V.

Reg. bull. III. 146. b.

86. *Alias considerantes.* - Clem. VIII Petro de Funay et Aloysio Tiberiadis Episcopis facultates pro regno Iaponiae concessas Brevi 17 mart. 1594 expedito ad aliud quadriennium a fine praecedentis numerandum prorogat.
R. ap. S. P. XIII Feb. 1596. P. an. V.

Reg. bull. III. 147. b.

87. A. P. R. M. *Decet Rom. Pontificem.* - Clem. VIII, petentibus Ferdin. archiduce Austr. et Hier. comite Purliliarum referendario et Sed. Ap. Nuntio, confirmat concordiam inter rect. coll. S. I. Graecensis d. Salisburgen. et monachos Ord. Carthus.; sc. pro sustentatione alumn. coll. Graecen. loco certae pensionis assignatur monast. S. Mauritii opp. Giriach Labacen. dioec. praed. Ord. ita tamen ut monast. S. Io. Bapt. opp. Sayz eiusd. dioec. et Ord. ab omni pensione d. collegio praestanda eximatur; monast. SS. Trin. opp. Pletriach eiusd. Ord. pro erigendo coll. S. I. Labacensi traditur, reservatis decimis in Stiriae ducatu una cum officio Freibergen et in Carniola; in subsidium pro monast. S. Io. Bapt. opp. Sayz et Vallis iocosae in Freniez Labacen. dioec. d. Ord. et in solutionem debiti quod Carthusiani habent cum Graecensi et Georgio abb. mon. Rhunen. Ferdinandus archidux 6 m. fl. Carthusianis liberaliter elargiri pollicetur. - Labacen. et Secovien. Episc. et Hieronymo Sed. Ap. Nuntio exec. committit.
R. ap. S. P. XXIII Mart. 1596. P. an. V.

Reg. bull. III. 216.

88. A. P. R. M. *Ex iniunctae nobis.* - Clem. VIII, petente Ferdin. Archiduce Austriae b. m. Caroli filii post tractationes cum Hieron. comite Purliliarum suo Nuntio de coll. S. I. in civ. Labacen.. in monast. B. M. d. civ. O. S. Fr. de observantia, fratribus destituto, essentiam regul. supprimit, et in eo coll. S. I. erigit; insuper in monast. SS. Trin. Pletriach O. Carthus. d. dioec. ess. regul. supprimit, ab eo 2 decimas in duc. Stiriae una cum off. Freibergen. alienato ac decimas in Carniola pro m. flor. oppignorata cum domo et pertinentiis dismembrat ipsumque monast. cuius reliqui fr. ann. ad 1300 cor.

ascendunt pro collegii dote unit, salvis reliquis capitulis concordiae cum Fr. Quintana initae.
R. ap. S. P. XXIII Mart. 1596. P. an. V.

Reg. bull. III. 214. b.

89. A. P. R. M. *Cum sicut accepimus.* - Clem. VIII duabus piis congregationibus sub invoc. B. M. V. in eccl S. Antonii civ. insulae Chien. a pr. S. I. canonice institutis varias indulgentias concedit, in die ingressus sodalium, in mortis articulo, in festis Annunt. B. M. V. et S. Ant. etc. Praesentibus pro sodalibus perpetuo, pro non sodalibus usque ad annum iubilaei exclusive valituris.
R. ap. S. P. XXIX Mart. 1596. P. an. V.

Reg. bull. III. 152.

90. A. P. R. M. *Ex iniuncto nobis.* - Clem. VIII in ecclesia S. Antonii ins. Chien. olim Fratribus S. Franc. concessa et ab iis destituta, ab Epō dein et fidelibus concessa religiosis S. I. quos Rom. Pont. in eam insulam destinaverat, Fratribus d. Ord. eam concessionem impugnantibus, statum, ordinem ac essentiam regulares S. Fr. supprimit et concessionem S. I. factam auct. apost. confirmat.
R. ap. S. M. II Apr. 1596. P. an. V.

Reg. bull. III. 153.

91. *Sacra religio vestra.* - Clem. VIII Societatis Iesu universis personis, etiam novitiis, certa die per Praep. Gener. aut per unumquemque provincialem designanda, indulgentiam plenariam in forma iubilaei impertitur.
R. ap. S. P. VIII Apr. 1596 P. an. V.

Brev. et rescr. 174. *Reg. bull. III.* 153. b.

92. A. P. R. M. *In apost. dignitatis culmine.* - Clem. VIII, petente Ernesto Epō Leodien., collegio S. I. iampridem erecto exiguis proventibus, sed fructu egregio iuventutis, cleri et populi, adeo ut non diffidat talium virorum diligentia subditos in virtute contineri et explosa haeresi, quae undequaque d. civit. et dioec. allambit, cath. religionem conservari posse,

applicat unum canonicatum et unam praebend. primo vacantes in maiori, in qua 60, in S. Petri, S. Mart., S. Pauli, S. Crucis, S. Io. Evang., S. Dionys. et S. Barthol. Leodien. ecclesiis in quarum singulis 30 can. et tot. praeb. existunt. - Archiepō Treveren., abbati mon. S. Laurent. prope et extra muros d. civit. et officiali Leodien. exec. committit.

R. ap. S. P. XVIII Apr. 1596 P an. V.

Reg. bull. III. 154.

93. *Collegiorum et locorum.* - Clem. VIII, petentibus collegialibus coll. S. I. in opp. civ. nunc. de Ubeda Giennen. dioec, archidiac. d. eccl. et officiali Giennen. mandat quatenus vocatis vocandis informent et concedant licentiam de venditione domus cuiusdam in d. opp. sub collatione, ut vulgo dicitur, S. Dñici, iuxta Ioannis de Ortega et Io. Bezerra bona sitae et d. collegio ad fabricandum incommodae, quam Did. de Anchuelos Giennen. olim pro domo convertitarum seu mulierum derelictarum fundanda reliquerat, patroni autem de consilio Ordinarii auctoritate apost. d. collegio dederant. Valor 300 vel 400 duc.

R. ap. S. M. VI id. Iul. 1596 P. an. V.

Reg. bull. III. 158.

94. A. P. R. M. *Piis fidelium votis.* - Clem. VIII, petentibus Franc. Epō et magistrat. et hominib. civ. Petragoricen., cum coll. S. I. ab eis in d. civ. a 5 vel 6 annis ex aerario publico sustentato unit paroch. eccl. S. M. de Rasaco Petragoricen. dioec. a civ. 4 milliar. distantem, in qua eccl. d. Episcopus erexit perpetuam vicariam cum assignatione 18 cargarum bladorum ex d. eccl. redditibus. Fr. d. eccl. 166 coron. aur.

R. ap. S. M. VII Aug. 1596 P. an. V.

Reg. bull. III. 131.

95. A. P. R. M. *Ex iniuncto nobis.* - Clem. VIII confirmat unionem cum coll. S. I. Virdunensi prioratus Montis S. Martini Treviren. dioec. conventu et cura carentis et a mon. S. Vinctonii d. dioec. O. S. Ben. dependentis in cuius eccl.

missa per sacerd. saecul. celebrabatur, quam de consensu Ep. Virdunen. et abb. d. mon. fecit Carolus S. Agath. diac. Card. a Lotharingia nunc. et in Lotharingiae et Barriducis ducatibus necnon Meten. Tullen. et Virdunen. civ. ac dioec. Sed. Ap. de latere Legatus. Fr. 150 duc.
R. ap. S. M. VII Aug. 1596 P. an. V.

Reg. bull. III. 163. b.

96. A. P. R. M. *Ad uberes fructus.* - Clem. VIII cum coll. S. I. in civ. Monasterien. nuper erecto et nondum de sufficienti sustentatione proviso unit simplex benef. eccl. vicariam episcop. nunc. in eccl. Monasterien., reservatis tamen panibus et praesentiis alicui ex aliis vicariis, quamprimum vacaverit. Fr. 80 duc.
R. ap. S. M. VII Aug. 1596 P. an. V.

Reg. bull. III. 162.

97. A. P. R. M. *Exponi nobis.* - Clem. VIII, petente rect. coll. S. I. Monasteriensis, confirmat unionem cum d. coll. ab Archiepō Colonien. et administrat. Monasterien. factam vicariae S. Stephani opp. de Ahuis (Ahaus) et sine cura cappellae S. Ant. ad arcem Woleberch vulgo Tumemmer nunc., cum primum vacaret. Fr. 50 duc. - Archiepō Colonien. caus. cur. cam. ap. gen. auditori et officiali Monasterien. exec. committit.
R. ap. S. M. IX Aug. 1596 P. an. V.

Reg. bull. III. 159.

98. A. P. R. M. *Dudum fel. rec. Sixtus pp. V.* - Clem. VIII, petente Cl. Aquaviva Pr. Gen. S. I., pensionem perpetuam a Sixto V pro 2 coll. S. I. in insula Creten. institutorum manutentione, super mensarum Archiep. episcopal. abbatial. et beneficiorum eccles. in ead. ins. fructibus reservatam, cuius exigendae cura Epō Rethimnen. eoque defuncto a Greg. XIII Epō Sithien. et Hierapetren. iniuncta erat, quaeque causa alienationis animorum totius cleri est, revocat et annullat cum litteris, censuris etc. Mandat Epō Sithien. et

Hierapetren. aliive exactori ne archiep. etc. desuper molestent.

R. ap. S. M. IX Aug. 1596 P. an. V.

Reg. bull. III 162 b.

99. *Ex Apost. servitutis officio.* - Clem. VIII de monast. SS. Trin. O. S. Gulielmi dioec. Gandaven. collegio S. I. Antverpiensi unito, - cum executio impedita et lis a Gul. Comerio pro Priore se gerente, quod mon. minime vacaret, mota esset coram rege, et in vim spec. indulti abbati mon. S. Bertini Audomaren. commissa adhuc pendeat, petente Phil. Hisp. rege catholico, mandat officiali Antverpien. quatenus negotium reassumens, litterasque prius datas a data praesenti tantum valere decernens, sine praeiudicio iurium d. Gulielmi ac litis pendentis procedat, perinde ac si in d. litteris de praetenso iure Gul. mentio facta esset ac per eas ex tunc, si vacaret, alioquin ex tunc prout ex ea die et e contra cum primum illud vacare contingeret, eidem coll. uniat.

R. ap. S. M. pr. kal. Oct. 1596 P. an. V.

Reg. bull. III. 180.

100. *Quae nobis de christianorum.* - Clem. VIII, procuratori Indiarum occidentalium, adductus exemplo Greg. XIII, et Innoc. IX, qui Philippin. insularum et novae Hisp. fidelibus indulgentias et gratias spir. concesserunt, permittit et concedit varia: in aes incisas cruces vel numismata Chr. Salv., B. M. V., S. Michaelis aut Apost. Pet. et Pauli aliorumve SS., in altera parte Rom. Pont. aut saltem insignis alicuius pontificis imaginem referentia; haec et grana, agnos Dei aliaque a R. Pont. benedicta distribuentes paternam charitatem eius significent. Numerum huiusmodi rerum benedictarum supplere et determinare valet Provincialis. Eas venerantes cum certis orationibus, toties medietatis peccatorum indulgentiam consequuntur. - Examen conscientiae, corona, confessio, communio, missa certis diebus, ornantur ind. pl. quae mediantibus suprad. rebus pro uno defuncto applicari potest. - Locum ubi illae collocantur visitans et coronam recitans, indulgentias lucratur quas ecclesias Urbis visitans. - 7 P. et Ave recitans pro catechistis

et missionariis, animam purgatorii liberat. - Nomen Iesu in art. mortis invocanti, ind. pl. - Coronam recitando qui auxiliatur missionariis, ind. pl. lucratur. - 7 P. et A. recitans in qualibet eccl. in hon. SS. Vulnerum pedum, man. et lateris D. N., lucratur indulgentias quas visitando eccl. illarum partium lucraretur. - Fractae cruci vel numismati semel alia substitui potest. - Concedit Superiori S. I. in Iaponia facultatem erigendi altaria (privilegiata) quae eadem ut ecclesia S. Greg. de Urbe indulgentia pro anima purgatoria gaudeant. - Nulla harum facultatum revocatio valeat, nisi sub expressa harum litterarum mentione.

R. ap. S. M. I Oct. 1596 P. an. V.

Reg. bull. III. 166.

101. *Ad augendam.* Clem. VIII concedit indul. plen. in dominicae S. Spir. Assumption. et Nativ. B. M. V. et S. Steph. festivitatibus, a prim. vesp. ad occasum solis, fidelibus poenitentibus etc. visitantibus eccl. presb. S. l. de Lima in regno del Perú et in ea cappellam Indorum. Ad 20 annos. Nullae sint praesentes si aliam indulg. perpetuo vel ad tempus nondum elapsum duraturam concesserit.

R. ap. S. M. VII Oct. 1596. P. an. V.

Reg. bull. III. 165.

102. A. P. R. M. *Ad ea ex apost. servitutis.* - Clem. VIII declarat litteras Greg. XIII de donatione situs quatuor officinarum Gomesii de Buitron collegio S. I. in civ. Arequipan. facta perinde valere, cum valor ad summam 700 duc. ascendat.

R. ap. S. M. VIII Oct. 1596 P. an. V.

Reg. bull. III. 164.

103. *De salute Dominicae gregis.* - Clem. VIII concedit iis qui aliquam eccl. S. I. in regno del Perù diebus stationum Urbis visitaverint et ibi ea quae pro consequendis indulg. earumdem stationum adimplenda erunt adimpleverint, omnes et

quasc. ind. etiam plenarias quas lucrantur qui ecclesias d. stationum Urbis et extra illius muros visitant. Ad ann. 25.
R. ap. S.M. VIII Oct. 1596. P. an. V.

Reg. bull. III. 165.

104. *Ad augendam fidelium.* - Clem. VIII fidelibus poenitentibus etc. qui eccl. S. I. civitatis de Arequipa die festo exaltationis S. Crucis a primis vesp. ad occ. solis visitaverint ac pias preces fuderint plen. ind. concedit. Ad 20 annos. Praesentes nullae sint si alias aliam ind. perp. vel ad tempus concessit.
R. ap. S. M. VIII Oct. 1596. P. an. V.

Reg. bull. III 165. b.

105. *Cum sicut exponi.* - Clem. VIII facultatem (Praep. Gen. S. I.) concedit cedendi in perpetuam familiae Iacobae Crucii, in egestate constitutae ann. redditum 20 unciar. quem ex bonis patrimonialibus ad se spectantem Aloysius Crucius eius filius unicus ad d. Praep. Gen. dispositionem donaverat, quemque d. Praep. novitiatui Messanen. reservato tamen usufructu d. Iacobae applicaverat.
R. ap. S. P. XVII Dec. 1596 P. an. V.

Reg. bull. III. 174 b.

106. *Alias sicut accepimus.* - Clem. VIII attendens ad facultatem a Pio V, petente Phil. Hisp. et Indiarum rege, omnibus religiosis concessam ut in Indiarum partibus officium parochi, matrimonia celebrando etc. Ordinariorum licentia minime requisita exercere valerent, Archiepiscopis et officialibus in Indiis occident. del Perù inhibet et praecipit ne Religiosos S. I. semel approbatos ad obtinendam approbationem, cum de doctrina ad doctrinam migrant, de caetero compellant.
R. ap. S. P. II Ian. 1597. P. an. V.

Reg. bull. III. 179.

107. *Alias sicut accepimus.* - Clem. VIII attendens etc. officialibus in Ind. Orient. inhibet etc.
R. ap. S. P. II Ian. 1597 P. an. V.

Reg. bull. III. 179 b.

108. A. F. R. M. *Cum sicut accepimus.* - Clem. VIII Archiepisc. Episcopis aliisque loc. Ordinariis, ubi vero non adsint, Praepositis et presb. S. I. in Indiis occidentalibus facultatem concedit dispensandi cum neophytis et aliis ad fidem reductis super voto castitatis non solemni et quovis occulto impedimento ad matrimonium et super bonis male acquisitis, incertis personis restituendis, in toto vel in parte remittendi.
R. ap. S. P. III Ian. 1597. P. an. V.

Reg. bull. III. 175.

109. *Cum sicut nobis exponi.* - Clem VIII declarat Religiosos S. I. ad praedicandum in Indiis Orientalibus a suis praelatis deputatos, extra claustra degentes, non esse a Praelatis molestandos nisi in casibus in Conc. Trid. expositis, dummodo quolibet anno se coram suis Superioribus praesentent et innovationem licentiarum obtineant. Provinciali et Inquisitori et Conservatori in illis partibus mandat exec.
R. ap. S. P. VIII Ian. 1597 P. an. V.

Reg. bull. III. 178.

110. *Provisionis nostrae.* - Clemens VIII, tenorem brevis Greg. XIII in secretaria domestica eiusdem repertum et petente Claudio Aquaviva Pr. G. S. I. ex minuta originali transcriptum (cfr. 1585, 28 Ian. *Ex pastorali officio*) idem robur habere decernit quod originales ; per hoc autem nullum novum ius acquiri, sed antiquum tantummodo conservari.
R. ap. S. P. XIV Mart. 1597 P. an. VI.

Brev. et rescr. 194.

111. A. P. R. M. *Ad exsequendum pastoralis officii.* - Clem. VIII, petente Ernesto Archiepõ Colonien. et eccl. Hildesemen. ex concess. apost. perpetuo administratore - quum pro principio fundationis collegii S. I. in civit. Hildesemen. fructuum praepositurae saecul. et collegiatae S. Mauritii prope et extra d. civ. muros, a Lud. tit. S. Laur. in Lucina Pr. Card. Madruccio Sed. Ap. apud Rod. Roman. reg. in imperatorem electum de latere Legato ad hunc effectum dudum collatae assignatio ob distantiam bonorum incerta sit, - cum d. collegio

unit sex ex 45 vicariis in d. eccl. fundatis, sc. sub omnium SS., S. Stephani, S. Andreae, S. Vincentii, S. Annae, 10 m. Martyrum invocationibus, cum primum vacaverint, una cum aedium dispositione, praeposituram vero cum mensa Archiepiscopali ad hoc ut ex fructibus illius Archiepūs interim collegio manuteneat. Fructus praeposituraе 1500 duc., quorum medietas extremae indigentiae d. mensae permittatur. - Maguntin. et Hildesemen. officialibus ac cur. caus. cam. apost. gen. auditori exec. committit.

R. ap. S. M. XIX Mai 1597 P. an. VI.

Reg. bull. III. 209 b.

112. A. P. R. M. *Ex debito pastoralis officii.* - Clem. VIII, confirmat concordiam inter rect. coll. S. I. Taurinen. et Iul. a Ruvere perp. commendatarium mon. S. Mauri null. dioec. provinciae Taurinen. initam super quadam bucca, quam ex riulo Bialera nunc. molendinorum d. mon. pro irrigandis pratis casulis S. Georgii nunc. d. rector diebus festivis sumere praetendit eo quod d. Iulii praedecessores eiusdem mon. abbates et commendatarii eam concesserant. Molitori, qui buccae curam habebit 5 scut. (8 fl. pro quolibet scuto) et abbati seu commendatario 6 scuta ann. solvet rector, vel 170 sc. una vice.

R. ap. S. M. id. Iul. 1597 P. an. VI.

Reg. bull. III. 304.

113. A. P. R. M. *Alias sicut accepimus.* - Clem. VIII de palatio in regione Parionis de Urbe quod Pantasilea de Arnolfis relicta Francisci de Polidoris Anconitan. anno 1580 donatione inter vivos Soc. Iesu donavit ut in civ. Anconitan. erigeretur collegium, ea lege ut palatium obligari, permutari, alienari non posset, alioquin ad hospitale SS. Trin. pontis Sixti de Urbe spectaret eadem lege, alioquin ad haeredes pertineret cum simili prohibitione; - et dein 2 Mai 1581 bona occasione vendi eiusque pretium in d. civ. reinvestiri permisit; qua donatione 8 Maii acceptata collegium erigi coeptum est, et palatium 13280 sc. vivente donatrice venditum, - petente Cl. Aquaviva Pr. Gen. S. I., derogationem prohibi-

tionis de non alienandis huiusmodi et venditionem Apost. Sedis patrocinio communit et approbat. - Anconitan. et Amerin. episc. et caus. cam. ap. gener. auditori mandat exec.
R. ap. S. M. XVII Iul. 1597 P. an. VI.

Reg. bull. III. 181 b.

114. *Expositum nobis nuper.* - Clem. VIII, petente rect. coll. S. I. in civit. Aquilan. nuper erecti, mandat Epō Aquilano ut informatione accepta cum d. coll. uniat eccl. par. S. Marg. de Furcella, cui unita fuit ord. auct. alia paroch. S. Aug. de Vio nunc. prophanata, cuius archipr. et canonici non constituunt collegium sed aliis eccl. addicti sunt, nec parochus in ea sed in alia viciniore baptizat, sepelit, Sacr. ministrat extra tempus paschale, - ab ea curam animarum separet et paroch. et collegiatae eccl. S. Petri de Poppleto nunc. uniat, in qua altari sub invoc. S. Margaritae et S. Angeli erecto unus presb. S. Marg. et unus abbas S. Angeli onera sufferant, fructibus inde perceptis; itaque liceat presb. S. I. d. ecclesiam in novam et pulchriorem formam reducere.
R. ap. S. M. XXVIII Aug. 1597 P. an. VI.

Reg. bull. III. 184 b.

115. A. P. R. M. *Pastoralis officii nobis.* - Clem. VIII, ad tollendum abusum, quo iuvenes nonnulli anglicani, praeter leges olim celeberrimarum Oxonien. et Cantabrigen. universitatum doctoratus gradum apud exteras nationes, nulla fere aetatis, morum aut studiorum habita ratione precibus seu pretio sibi comparant, statuit nullos, donec apud Anglos haeretici praevaluerint, posse doctoratus gradum suscipere nisi quarto anno ad minimum post cursum ordin. 4 annorum et cum approbatione in scriptis Superioris collegii seu seminarii in quo studia finierunt atque Anglic. nationis Protectoris; huic reservatur dispensatio.
R. ap. S. M. XVIII Sept. 1597 P. an. VI.

Bull. Rom.

116. A. P. R. M. *Apost. muneris sollicitudo.* - Clem. VIII, petente rect. coll. S. I. Avenionen., cum d. coll. unit

prioratum B. M. de Grezzo, olim extra nunc intra muros Carpentoraten. O. S. Aug. canonicor. reg. cui nulla vel non nisi per unum Canon. exerceri solita cura anim. imminet, a Paulo Emil. Sadoleto cler. Carpentoraten. suo notario resignatum cum prioratu Paternarum aliisque annexis. Fr. 400 duc. Prioratus eiusque bona ad eadem onera tenebuntur ad quae tenentur alia bona eccl. in civit. et dioec. Cavallicen. consistentia.
R. ap. S. P. III id. Dec. 1597 P. an. VI.

Reg. bull. III. 202. b.

117. *Coelestium munerum thesauros.* - Clem. VIII ad quadriennium concedit indulgentiam pro missionibus Soc. Iesu.
XXII Ian. 1598.

Elench. bull.

118. A. P. R. M. *Decet Rom. Pontificem.* - Clem. VIII confirmat concordiam inter oeconomos et gubernatores hospit. S. M. del populo, alias incurabilium Neapolitan. haeredes cum benef. legis et invent. Rob. Caraffae ducissae Magdaloni, cuius collegium Neap. S. I. in summa ann. 5 duc. donatarium existit, ac Praep. prov. Neapolit. S. I. (Lud. Mansonum) ad evitandas differentias, die VI Oct. XI indict. MDCVII initam, per acta Anelli de Martino notarii.
R. ap. S. P. I Apr. 1598 P. an. VII.

Reg. bull. III. 206-212.

119. A. P. R. M. *Ex Apost. Sedis benignitate.* - Clem. VIII, petente rect. coll. S. I. opp. Confluentiae Treveren. dioec. confirmat donationem d. coll. ab. Archiepō Treveren. factam reddituum, fructuum, frumenti, vini etc. monasterii ad tronum nunc. olim monial. O. S. Ben. d. dioec. pro illa parte quam d. Archiep. possidet, reliqua a comite Massono haeretico occupata. Valor, 50 duc.
R. ap. S. P. X Apr. 1598. P. an. VII.

Reg. ball. III. 199.

120. S. Inquisitio hisp. significat Provincialibus Ord. S. Dom.

et S. I. S. Pontificem moderatum esse prohibitionem ne attingeretur materia de auxiliis div. gratiae et eorum efficacia, et cum eo ut semper proponatur sana et catholica doctrina facultatem dare libere legendi et disputandi praed. materiam, non autem in concionibus et sacris pulpitis ecclesiarum. Abstineatur a contentionibus et novitatibus, a qualificanda aut notanda opinione contraria; secus cum omni rigore castigandos.
Toleti, XV Mai. 1598.

Poss. Hist. msc. lib. III. n. XXV. 3.

121. A. F. R. M. *Pastoralis Rom. Pontificis.* - Clem. VIII libellorum doctrinae christianae varietati occurrens, eiusd. doctr. libellum a Rob. Bellarmino presb. S I. conscriptum et comprobatum confratribus doctrinae christ. de Urbe imprimi facere ad decennium, sub certis poenis, exclusive permittit. Hortatur patriarchas etc. parochos ut eum recipiant et adhibeant necnon recipi et adhiberi faciant.
Ferrariae XV Iul. 1598. P. an. VII.

Nov. bull. S. I. 126.

122. *Ex iniuncto nobis.* - Clem. VIII petente rect. coll. S. I. terrae Montis Sancti Firman. dioec., attendens ad litt. Pauli II: *Cum in omnibus*, mandat archidiac. eccl. Firman. et vic. gen. Archiepiscopi Firman. quatenus informatione accepta, si in evidentem utilitatem, derogantes clausulae prohibitivae testamenti Ant. de Casagrande, confirment alienationem unius laborativae cum aliquibus pedibus olivarum quantitatis 6 mod. et 6 star. in contrada S. Mariae delle Lucame valoris in proprietate 200 et annui redd. 8, et alterius terrae petiae quantitatis 1 salmae cum dimidia in contrada de Consolame, val. in propr. 176 cum dimidio et ann. redd. 7 scut., ex quibus ob separationem ab aliis bonis d. collegii non tot percipiuntur fructus quot perciperentur si pretium in aliorum emptionem converteretur.
Ferrariae Id. Aug. 1598. P. an. VII.

Reg. bull. III. 266. b.

123. A. P. R. M. *Rom. Pontificis providentia.* - Clem. VIII,

petente rect. coll. S. I. Avenionen., litteras de unione prioratus B. M. V. de Grazio prope Carpentoraten. O. S. Aug., a Paulo Arn. Sadoleto resignati, perinde valere declarat, etsi fructus a nullis asserantur plures quam 400, sc. 600 duc. Nulli adhuc percepti fuere.
Ferrariae III non. Sept. 1598. P. an. VII.

Reg. bull. III. 306.

124. Clem. VIII Philippo Huralto regni Franciae Cancellario commendat P. Laur. Magium S. I. de retinenda vel reditura in Galliam Societate tractaturum.
XXV Nov. 1598.

Elench. bull.

125. *Novit optime Maiestas Tua.* - Clem. VIII Henr. regem francorum christianissimum, iam saepe litteris et in forma Brevis et sua manu datis hortatus, urget ut Soc. I. de fide et Ecclesia Dei tam praeclare merita a Franciae regno ne excludatur; Horatium Montanum Archiep. Arelaten. praelatum suum domest. huius potissimum negotii causa ad regem mittit; cui fidem cumulate habeat et quod Dei est ac regno perutile praestet.
Ferrariae. XXV Nov. 1598. P. an. VII.

Hist. Soc. P. V. lib. XII. n. 153.

126. *Anxii valde sumus.* - Clem. VIII sollicitus de retinendis et ubi opus est restituendis in regno Franciae clericis S. I., SS. Trin. in monte Pincio Pr. Card. Gondio, eamdem rem et Legatum commendat.
Ferrariae ... Nov. 1598. P. an. VII.

Ibid. n. 154.

127. *Ad augendam fidelium.* - Clem. VIII, petente Laur. de Paulis S. I. procuratore gen. fidelibus eccl. S. I. in civ. Cocchinensi vel loca et cappellas S. Thomae Apost. in dioec. Cocchinen. a primis vesperis festi Expectationis partus B. M. V. ad occ. solis festiv. SS. Innocentium visitantibus plenar. ind.

concedit. Ad 25 annos, dempto anno iubilaei. Praesentes nullae sint, si qua iisdem eccl. concessa indulg. valeat adhuc.
R. ap. S. P. III Mai 1599. P. an. VIII.

Reg. bull. III. 227.

128. *Ad augendam fidelium.* - Clem. VIII, petente eodem, fidelibus eccl. S. I. in civ. de Daman. Goan. dioec. in festis Annunt. et Nativ. B. M. V. visitantibus plen. ind. concedit. Ad 25 annos. Praesentes etc.
R. ap. S. P. III Mai. 1599. P. an. VIII.

Reg. bull. III. 227. b.

129. *His quae pro ecclesiarum.* - Clem. VIII recitatis litt. Pauli II *Cum in omnibus iudiciis*, petentibus Io. Ant. Galera can. eccl. S. Iulii insulae Ripariae hortae Novarien. dioec. et rect. dom. prob. S. I. loci Arone d. dioec. confirmat permutationem quorumdam agrorum ad canonicatum S. M. loci de Bormoletto d. dioec. cuius Io. Ant. perp. beneficiatus existit spectantium, valoris 146 scut. seu ann. redditus 6 scut., pro una vinea 11 perticarum et 3 tabularum, vigna di S. Maria della Fontana nunc. in territ. Dromeli, et agello 1 pert. et 21 tab. delle quattro prose a S. Gaudentio nunc. valoris 141 scut., 5 aliis scutis a d. rectore solvendis superadditis.
Tusculi id. Mai. 1599 P. an. VIII.

Reg. bull. III. 213.

130. A. P. R. M. *Laboriosam et indefessam.* - Clem. VIII, petentibus Enrico Epō Verdunen. Carolo Lotharingiae et Barri ducis et Praep. Gen. S. I., erigit domum probat. eiusd. Soc. in opp. S. Nicolai de porta (fr. 300 duc.) unitque ipsi prioratum S. Luciae de novis domibus O. S. Ben. Tullen. dioec. a mon. S. Vinc. Meten. dependentem et a Nic. Henart archidiac. de Vosago in d. eccl. resignatum et bona, praedia, molendinum, furnum etc. redempta vel redimenda monasterii S Hidulphi vel eccl. par. de Barbonvilla illi annexae, dempta portione 50 ad 100 scut. pro vicaria perpetua; d. domui, quatenus applicationis effectus quinquennio proximo retardetur, appli-

cat pensionem ann. 500 sc. super d. mon. fructibus ad 2 m. duc. ascendentibus.
R. ap. S. P VI kal. Aug. 1599 P. an. VIII

Reg. bull. III. 228.

131. A. P. R. M. *Decet Rom. Pontificem.* - Clem. VIII, petentibus Ernesto Epō et rect. coll. S. I. Leodien. confirmat amicabilem transactionem et concordiam cum capitulo maior. et deputatis collegiatarum ecclesiarum d. civit. super suppressione quorumdam canonicatuum et praebendarum, litis vitandae gratia initam, sc: in maiore eccl. pro servando pristino decore nullus supprimitur canonicatus, sed 700 fl. Brabantiae seu valor 2|3 fructuum canonicatus unius quotannis solventur rectori coll. tunc ubi capitulum gaudebit fructibus 2 praebendarum ; in collegiatis vero unus canon. et una praeb. suppressi remanent, et capitula ad $^2/_3$ partes fructuum unius can. et praeb. exceptis distributionibus quotidianis, annuatim praestandas tenentur. - Praeposito eccl. Leodien. ac Colonien. et Leodien. officialibus exec. committit.
R. ap. S. P. VI kal. Sept. 1599 P. an. VIII.

Reg. bull. III. 248.

132. A. P. R. M. *Circumspecta Rom. Pontificis.* - Clem. VIII, petente Ernesto Epō Leodien. monasterium S. Elisabethae O. S. Aug. canonic. reg. olim in comit. Hornensi d. dioec. 4 $^1/_2$ leucis ab opp. Mosecano distans, incendio dirutum, desolatum, cuius bona, ex quibus 100 duc. percipit canon. apostata, in d. comitatu et in duc. Gheldriae et ditione Iuliacensi sita ad valorem 800 duc. ascendunt, et in eo Ord. praedictum perpetuo extinguit, in opp. Mosecano coll. S. I. pro 12 theutonicis bursariis cum scholis grammat. et rhetoricae erigit, cui d. bona subjicit, privilegia concedit, et rectori facultatem tribuit statuta cum interventu Episcopi condendi.
R. ap. S. M. V id. Sept. 1599 P. an. VIII.

Bull. Rom.

133. A. F. R. M. *Romanus Pontifex.* - Clem. VIII super fructibus mensae archiepiscopalis ecclesiae Tarentasien.,

cui hodie per obitum b. m. Iosephi destitutae, de persona Io. Francisci providit, praeter nonnullas alias pensiones ad summam mille scut., reservat ann. pensionem 300 scut. collegio S. I. opp. Camberiaci Gratianopolitan. dioec., quoad Alexander Episc. Imolen. vixerit, pro una medietate in festo S. Io. Bapt. pro altera in Nativ. D. N. solvendam, sub poena interdicti si intra 30 dies, et excommunicationis si intra 6 menses non solvantur.
R. ap. S. P. VI id. Nov. 1599 P an. VIII.

Reg. bull. III. 268.

134. *His quae pro monasteriorum.* - Clem. VIII petentibus priorissa mon. S. Io. Bapt. Bononien. O. S. Ben. et rectore coll. S. I., attendens ad litt. Pauli II *Cum in omnibus*, archidiacono eccl. Bononien. et vicario Archiep. Bononien. mandat quatenus duas petias terrae, alteram 6 tornaturarum et 80 tabularum, alteram 8 torn. et 10 tab. et 40 ped., 12 mill. distantes in communi Butrii comitatus Bononien. ex haereditate Ant. de Recordatis d. mon. datas, valoris 2453 libr. et 6 solid. et 8 denar. d. collegio venditas confirment si in evid. utilitatem d. mon. sit. - 1160 libr. 13 sol. et 4 den. in emptionem crediti super monte Iulio d. civit. summae capital. 200 scut. et annui redd. 14 scut. conversae fuerunt; quaelibet rata residui in emptionem aliorum bonorum stabilium d. monasterio commodiorum investienda.
R. ap. S. P. IV id. Ian. 1599. P. an. VIII.

Reg. bull. III. 233.

135. A. P. R. M. *Rom. Pontificis providentia.* Clem. VIII militiam sub invocat. B. Georgii mart. a Paulo II, petente Federico III imperatore erectam in monast. de Millestat et domo seu praeceptoria Marperg. S. Ben. et S. Io. Hieros. ordinum Salisburgen. et Patavien. dioec. necnon in hospitali S. Mart. Viennen. monast. nunc. Patavien. dioec. et in cappellania S. M. novae fundationis ac paroch. eccl. S. M. in monte Straden. Burgen. dioec., - nunquam tamen dilatatam sed fere in Carinthia et Neustadii in Austria haerentem ac post tertium magn. Magistrum ad paucos, sc. 7 vel 8 sacerdotes et clericos in Neustadio solo cast. et obed. voto obstri-

ctos, et ad magnum aes alienum reductum, - petente Ferdinando archid. Austriae et Carinthiae, perpetuo supprimit, extinguit et omnino abolet, milites in domibus per Hieronymum Episc. Adrien. Sed. Ap. Nuntium designandis cum assignatione reddituum congrua redigi, novitios ad professionem non admitti decernit, - et mon. de Millestat cum annexis applicat collegio ac universitati Graecen. S. I. a Greg. XIII petente archid. Carolo, et a Sixto V erecto, cuius fundationem d. Carolus morte praeventus perficere non potuit, et Ferdinandus ex propriis bonis in his calamitosis temporibus perficere non valet. - Archiepō Salisburgen. et Epō Passavien. et Sed. Ap. apud Ferdinandum Nuntio exec. committit.

R. ap. S. P. XVIII Ian. 1600 P. an. VIII.

Reg. bull. III. 251.

136. A. P. R. M. *Intelligentes quam Domino.* - Clem. VIII confirmat unionem cum coll. S. I. Paderbornensi, ad hoc ut provideretur de magistris seminario puerorum ecclesiastico, ab Epō factam, capellae S. Bartholomaei (fr. 24 duc.), et capellaniae SS. Fabii et Sebastiani in eccl. SS. Petri et Andreae per obitum Ioann. Wipero perp. capellani in d. eccl. vacantis (fr. 50 duc.); insuper partem monast. Falvehogen. nunc. O. S. Aug. can. reg. Paderbornen. dioec. in ditione comitis Lippen. haeretici siti, in qua adhuc nonnulli asserti canonici haeresi et vita inquinatissima degunt, a d. comite familiariter recuperatam et concorditer dimissam (fr. 50 duc.), ab eod. monast. dismembrat et d. coll. applicat.

R. ap. S. P. V kal. Mart. 1600 P. an. VIII.

Reg. bull. IV. 46. b.

137. A. P. R. M. *Intelligentes quam Domino.* - Clem. VIII, petente Praep. Gen. S. I. confirmat unionem cum coll. S. I. Burdegallensi factam ab Archiepō tunc existente d. dioec. perpetuarum quarumdam sine cura cappellarum, quae olim in eccl. S. Iacobi d. civ. per Vitalem de la Jaque, Raym. Ayssen. aliosque institutae a clericis et laicis debitas pro fundatoribus preces non persolventibus occupabantur, item capellaniarum existentium in eccl. prioratus S. Salvatoris opp.

Macharien., O. S. Ben. eiusd. dioec, alias a S. Sede d. collegio uniti, item prioratus saecularis S. M. de Bardinagio d. dioec. fere diruti et per lib. resign. Armani de Gourge Prioris vacantis, cum de Pressiaco aliisque annexis pertinentiis. Fr. cuiuslibet capellan. et prioratus, 24 duc.
R. ap. S. P. XI kal. Apr. 1600 P. an. IX.

Reg. bull. IV. 1.

138. A. P. R. M. *Dum uberes quos presbyteri.* - Clem. VIII, petentibus Ferdinando archiduce Austriae et Praep. Gen. S. I. in oppido S. Viti Aquilegien. dioec. in umbilico fere ducatus Carinthiae, ubi expulsis haereticis fidem catholicam restitutum iri speratur, erigit collegium seu domum prob. S. I. eique monast. in Horestain O. S. Ben. d. dioec., monachis post obitum abbatis destitutum, cuius fr. 600 duc assignat.
R. ap. S. P. pr. id. Apr. 1600 P. an. IX.

(*Nota.* Non habuit effectum.)

Reg. bull. III. 241. b.

139. A. P. R. M. *Inter cetera cordis.* - Clem. VIII confirmat compromissum 8 Oct. 1599 largum, amplum, generale et generalissimum (citatur integrum italice) inter Innoc. Barigium Priorem mon. S. Mariae de gratia prope civ. Papien. Cartusien. Ord. territorii Turrii del Mangano et Sim. Arpium rect. coll. S. Mar. Brayden. Mediolanen. S. I. super aquis in territ. Trezzani et Loyrani plebis Cesani ducatus Mediolanen.; quod negotium Flaminio tit. S. Honufrii presb. card. Platto nunc. commiserat.
R. ap. S. P. VIII Maii 1600 P. an. IX.

Reg. bull. III. 235.

140. A. P. R. M. *Ex pastorali officii.* - Clem. VIII, petente Ernesto Epõ Leodien., confirmat collegio S. I. d. civit. applicationem fructuum duorum canonicatuum et praebendarum maior. eccl. Leodien. per obitum Guilelmi Glimes et Gul. Lombart ab Enchevort canonicorum a mense Nov. 1597 vacantium et duobus clericis ea conditione a d. Ernesto collatorum, quod

ante 12 annos ab obitibus expletos, fructus facere non possent, sed fructus, lapsis duobus annis gratiae et fabricae nunc. mensae capitulari d. maioris eccl. ad effectum ex illis obligationi erga coll. S. I. satisfaciendi, pro reliquo tempore 12 annorum applicati remanerent.
R. ap. S. P. IX kal. Iul. 1600 P. an. IX.

Reg. bull. III. 260. b.

8 Ian. 1618 P. an. XIII.

Bull. patr. Portug. t. II. p. 28.

204. A. F. R. M. *Alias nomine ven. fr.* – Paul. V de litteris suis super ritibus brachmanum (cfr. n. 174) decernit archiepiscopum Cranganoren. non teneri se conferre Goam sed, audito super ritibus praedictis Roberto de Nobilibus presb. S. I. votum suum in scriptis per eumdem Robertum transmittere ad archiep. Goan. et Inquisitores.
R. ap. S. M. M. XVIII Ian. 1618 P. an. XIII.

Reg. bull. IV. 297.

205. *Pastoris aeterni.* – Paul. V Bartholomaeum Nunez canonicatum et praebendam ecclesiae Cocchinen. in Indiis obtinentem et I. U. Doctorem in suum ac S. Sedis notarium recipit.
R. ap. S. M. M. XVIII Ian. 1618 P. an. XIII.

Reg. bull. IV. 296.

206. Congr. S. Off. – Petrus tit. S. M. trans Tiberim Aldobrandinus, Robertus tit. S. M. in via Bellarminus, Ioannes Garsia tit.

SS. 4 Coronatorum Millinus, Fabricius tit S. Augustini Verallus, Ioannes tit. S. Clementis Bonsius, fr. Augustinus Galaminus tit. S. M. Araecaeli, Gaspar tit. S. Crucis in Ierusalem Borgia, Cardd. Inquisitores, Ludovico S. I. provinciae Lugdunensis provinciali concedunt ut aliquos sacerdote S. I. in collegiis S. I. Avenionis et aliorum locorum comitatus Venayssini eligat, qui facultatem haereticos, fautores eorum, in foro conscientiae absolvendi, habeant. Ad triennium.

In congr. gen. IIX kal. febr. P. an. XIII.

Reg. bull. IV. 309. b.

207. A. P. R. M. *Ex incumbenti.* – Paul. V petente Mutio Vitellescho Praep. Gen. S. I. dispensationem in votis simplicibus professorum d. S. de non relaxanda paupertate et de non ambienda praelatione, Romano Pontifici reservat.

R. ap. S. M. M. XXXI Ian. 1618 P. an. VI.

Nov. bull. S. I. 136. *Reg. bull. IV.* 303, 327. b.

208. *Ex iniuncto nobis.* – Paul. V, petentibus Iacobo Epõ Ruraemunden. et rectore et collegialibus coll. S. I. in d. civ., officiali Buscoducen. committit ut in favorem d collegii, cui 13 sept. 1610 d. epûs tunc tantum electus aedes episcopales, quae olim in monasterium Ord. S. Aug. canon. reg. erectae fuerant, una cum ecclesia et adiacentiis promiserat ea conditione ut dicti collegiales suas aedes via mutuae permutationis darent et censum annuum 55 flor. penderent, dictam permutationem confirmet.

R. ap. S. M. M. non. Feb. 1617 P. an. XIII.

Reg. bull. IV. 325. b.

209. S. Congr. ep. et reg. – Decr. quod liceat S. I. erigere collegia, non servata forma decreti Clem. VIII, dummodo accedat consensus Ordinarii et 12 religiosi ibidem commorentur.

17 Mart. 1618.

Elench. bull. sub die 8 *Maii* 1606.

210. S. Cong. ep. et reg. – Decr. pro erectione coll. S. I. in opp. Foggiae, dioec. Troiae.

17 Mart. 1618.

Elench. bull. sub die 8 *Maii* 1606.

211. *Ad ea quae apostolicae.* – Paul. V, petentibus priore et capitulo eccl. S. Sepulchri civ. Calataiubii Tirasonen. dioec. et rectore et presbyteris coll. S. I. eiusdem oppidi, priori saecularis et collegiatae eccl. oppidi de Alcaniz Caesaraugustan. dioec. et officiali Caesaraugustan. mandat ut decernant litteras confirmationis concordiae (cfr supra n. 190) perinde valere ac si in illis, quod tempus 6 mensium iam tunc effluxerat, expressum fuisset.
R. ap. S. M. M. non. Apr. 1618 P. an. XIII.

Reg. bull. IV. 307.

212. *Ad augendam fidelium.* – Paul. V Christifidelibus qui orationi 40 horarum dominica quinquagesimae aut altera ex duabus immediate sequentibus feriis in ecclesiis S. I. interfuerint, indulgentiam plenariam concedit. Mediolani hanc orationem infra 15 eos dies qui dominicam primam quadragesimae praecedunt haberi posse concedit. Ad septennium.
R. ap. S. M. M. XXIV Iul. 1618 P. an. XIV.

Reg. bull. IV. 314. b.

213. *Iniunctae nobis debitum.* – Paul. V, petentibus Praep. Gen. S. I. et communitate et hominibus civitatis Faventin. Vicario generali Episcopi Faventini mandat litteras unionis eccl. S. Cassiani cum coll. S. I. Faventino perinde valere ac si curae 18 domus subesse et 20 circiter familias in iis habitare narratum fuisset.
R. ap. S. M. M. pr. id. Sept. 1618 P. an. XIV.

Reg. bull. IV. 319.

214. *Circumspecta Rom. Pontificis.* – Paul. V, petentibus Praep. Gen. S. I. et incolis civ. Ebredunen. orthodoxae fidei cultoribus, archiepō Ebredunen. mandat ut cum collegio d. Soc. in d. civitate constructo uniat prioratum S. Andreae prope Vapincen. Cluniacensis Ord. a Girardo Peyron priore per procuratorem Petrum Iennel clericum Verdunen. resignatum, in quo a 50 annis off. div. cessavit, aedificiis per haereticos dirutis, qui a monasterio generali Cluniacensi dependet. Fr. 24 duc. Accedat consensus Ludovici Card. a Guysia.
R. ap. S. M. M. id. Sept. 1618 P. an. XIV.

Reg. bull. IV. 328. b

215. *Alias nobis pro parte.* – Paul. V, petente Philippo Hispaniarum rege, officiali Gerundinen. executionem litterarum (cfr. n. 194) in favorem coll. S. I. Perpiniani, sede Elnen. vacante, committit.
Tusculi VIII kal. Oct. 1618 P. an. XIV.

Reg. bull. IV. 317.

216. *Exponi nobis nuper.* – Paul. V, petentibus tutoribus cuiusdam Laurae Selanae Neapolitanae, unicae Andreae filiae 14 ann. defunctae, archiepō Neapolitano committit ut in constructionem cappellae in eccl. collegii S. I. Neapolitan. erogari curet summam 6 mill. ducat. monetae Neap. ex haereditate avi Horatii Selanae relictam pro una ex cappellis sub invocatione SS. Aug. Custod. aut S. Caroli in eccl. domus professae d. civ. iuxta voluntatem praep. prov. vel Iulii Caes. Recupiti S. I. presb.
R. ap. S. M. M. XIX Nov. 1618 P. an. XIV.

Reg. bull. IV. 331. b.

217. *Debitum pastoralis officii.* – Paul. V, petente Ferdinando archiduce Austriae, Vicario gen. patriarchae Aquilegien. seu Parentin. episcopi mandat ut cum coll. S. I. Goritiae Aquilegien. seu Parentin. dioeces. a d. archiduce erecto uniat parochialem eccl. S. Petri in d. civ. a Cipro Frangipano eius rectore resignatam, dismembratis ab ea bonis redditus annui 100 duc. auri de camera pro uno vicario curam animarum exercituro.
R. ap. S. M. M. VIII kal. Dec. 1618 P. an. XIV.

Reg. bull. IV. 336.

218. *Debitum pastoralis officii.* – Paul. V, petentibus rectore et collegialibus coll. S. I. Pictavien et Henrico Ludovico epō Pictavien. ac hominibus d. civ. mandat officiali Pictavien. ut cum d. coll. uniat prioratus S. Radegundis O. S. Ben. Turonen. dioec. quem Ioach. Chapeau, necnon S. Florentiae de Comble nunc. eiusdem Ord. Pictaven. dioec. quem Nic. Milon per procuratorem Ioannem Marchant clericum Pictaven. resignarunt, et qui ad S. Sigirani alter, alter ad de Novaille monasteriorum d. ord. Bituricen. et Pictaven. respective dioeces. abbates spectant. Valor annuus insimul 24 duc. Accedat assensus d. Henr. Ludov. episcopi qui

S. Sigirani et Francisci episcopi Petragoricen. qui de Novaille monasteria in commendam obtinent
R. ap. S. M. M. VII id. Dec. 1618 P. an. XIV.

Reg. bull. V. 4.

219. A. P. R. M. *Dilectos filios.* – Paul. V ad triennium concedit facultatem ordinandi extra tempora, absque dimissorialibus, alumnos seminariorum nationis hybernicae in regnis Hispaniarum existentium, de licentia protectoris et consensu rectorum dd. seminariorum, cum hoc tamen ut indulto parce et pro iis tantum qui in Hib. partibus fructum laturi sunt utantur episcopi.
R. ap. S. M. M. XXIV Ian. 1619 P. an. XIV.

Reg. bull. IV. 332. b.

220. *Ex iniuncto nobis.* – Paul. V, citatis litt. Pauli II, *Cum in omnibus iudiciis* 1465, v. id. Maii, petentibus Gasp. de Vegas rect. coll. S. Ambrosii S. I. Vallisoletan. et Antonio de Balboa senatore Vallisoletano, committit priori eccl. Vallisoletan. et officiali d. civ. ut, si de evidente utilitate constiterit, censum a Hieron. de Herrera scholasticis in d. collegio alendis relictum redditus annui 50 annorum, qui per 15 annos repeti non potuit, super bonis maioratus Henr. Henriquez, cedat pro alio a d. Antonio super bonis Didaci de Leon et Magd. de Valderas coniugum secure imposito, cuius redditus ann. 25 aurea.
R. ap. S. M. M. VIII kal. Feb. 1618 P. an. XIV.

Reg. bull. IV. 333. b.

221. *Circumspecta benignitas.* – Paul. V, petentibus Martino epō Plocen. et Mutio Vitellescho Praep. Gen. S. I., mandat suo in regno Poloniae Nuntio ut cum collegio S. I. Luceorien., a d. Martino tunc Luceorien. praesule fabricari coepto, uniat, desiderantibus id Paulo nunc epō et capitulo Luceorien., paroch. ecclesiam oppidi seu loci Kobrynen. in districtu Bresten d. dioec. cum villis Bloca Hirskie et Lignica, et perpetuum simplex beneficium ad altare S. Annae situm in d. parochiali eccl. cum villa de Strykowad, loco rectoris eccl. parochialis vicarium perpetuum instituat, surroget. bonis illis d. collegio destinatis eccl. parochialem loci Losiezen, aliaque ex bonis Skulin et Bylin condonet.
R. ap. S. M. M. VIII kal. Feb. 1618 P. an. XIV.

Reg. bull. V. 24. b.

222. A. P. R. M. *Circumspecta Rom. Pontif.* – Paul. V ad preces Leopoldi electi Argentinen. prioratum S. Valentini Rubeaci O. S. B. Basileen dioec. olim a Gregor. XIII collegio Molshemien. S. I. Argentinen. dioec. applicatum, cum dicto collegio aliunde de sufficiente sustentatione nunc provisum sit, collegio in oppido Selestad. dioec. Argentinen. S. I. nondum rite fundato applicat cum redditibus ad summam 150 ducatorum.
R. ap. S. M. M. VI id. Febr. 1618 P. an. XIV.

Fund. Rheni super. 487.

223. A. F. R. M. *Omnium saluti.* – Paul. V ad quinquennium concedit ecclesiae S. I. Angren. pro altari XI m Virginum in die et octava commemorationis fidelium defunctorum et qualibet secunda feria indulgentiam per modum suffragii pro anima a purgatorio liberanda.
R. ap. S. M. M. IX Feb. 1619 P. an. XIV.

Reg. bull. IV. 333.

224. *Exponi nobis nuper.* – Paul. V, petente rectore et collegialibus coll. S. I. Perusin., vicario gen. episcopi Perusini mandat ut voluntatem Simonetti Anastasii, qua unam cappellam seu altare B. M. liberatricis nunc. in ecclesia d. collegii construi voluit, quum aere alieno et legatis solutis nonnisi 58 sc. monetae romanae e bonis superfuerint, commutet.
R. ap. S. M. M. XXVI Apr. 1619 P. an. XIV.

Reg. bull. IV. 339.

225. *Cœlestium munerum.* – Paul. V, petente Mutio Vitellesco S. I. Praep. Gen., missionariis S. I. et fidelibus ad quos accesserint, apost. benedictionem et indulg. plen. pro una vice concedit. Ad septennium.
R. ap. S. M. M. I Iun. 1619 P. an. XV.

Reg. bull. IV. 340. b.

226. *Cœlestis Patris providentia.* – Paul. V, petentibus Praep. Gen. et rectore ac collegialibus coll. S. I. Aurelianen. officiali Aurelianen. mandat ut cum d. collegio, ex decreto Ludovici Francorum regis erecto, uniat prioratus S. Sansonis Aurelianen. O. S. Aug. can. reg. et S. Sulpitii de Aquila vulgo de Laigle nunc. O. S. Ben.

Ebrocien. dioec. a Rodulpho de Gazil cler. seu presb. per procuratorem suum Ioannem Marchant cler. Pictavien. resignatos ; quorum alter conventualis et vere electivus, 4 monachos alio translatos habet ; secundus conventualis, non electivus a monasterio S. Launomari Blesen. nunc. O. S. Ben. Carnoten. dioec. tres monachos habet. Fr. 24 duc. insimul.

R. ap. S. M. M. id. Iun. 1619 P. an. XV.

Reg. bull. V. 7. — *Fund. pr. Franc.*

227. *Ad ea ex apostolicae servitutis.* – Paul. V, exponentibus Ludov. duce de Spernon et Praep. necnon rectore et collegialibus coll. S. I. Xantonen. litteras unionis (Cfr. n. 199) forsan subreptionis, obreptionis vel nullitatis vitio laborare, ut quibusdam videtur, quia praetenditur prioratum de la Tenaille esse adhuc electivum et ad nominationem regis spectare, officiali Xantonen. mandat ut eas exequatur, etiamsi intra annum iuxta stilum illarum partium interinatae non fuerint.

R. ap. S. M. M. IX kal. Sept. 1619 P. an. XV.

Reg. bull. V. 6.

228. *Sincerae devotionis affectus.* – Paul. V officiali Hispalensi, petentibus rectore et alumnis seminarii Hibernorum Ispalensis, mandat ut indulgeat certis piscatoribus prov. Beticae alias Andalucis benefactoribus d. coll. 6 diebus dominicis vel festivis per annum piscari unde subveniant necessitatibus seminarii. Ad quadriennium.

R. ap. S. M. M. IX Sept. 1619 P. an. XV.

Reg. bull. V. 3.

229. *Romani Pontificis providentia.* – Paul. V, petentibus filiis universitatis et hominibus oppidi Dolan., mandat officiali Bisuntin. ut cum coll. S. I. a Philippo II Hisp. rege et comite Burgundiae in d. opp. erecto uniat prioratum S. Petri loci de Jonhe prope d. oppidum O. S. Ben. Bisuntin. dioec. in comitatu Burgundiae, ad Albertum et Isabellam Austriae archiduces Belgii principes spectantem, per obitum Ioannis Archiepiscopi Cameracen. vacantem. Fr. 150 duc. auri de cam. Accedat assensus principum et abb. monasterii S. Petri de Dalma O. S. B. a quo d. prioratus dependet.

Tusculi, id. Oct. 1619 P. an. XV.

Reg. bull. V. 29.

230. A. P. R. M. *In sede Principis.* – Paul. V, petente Praeposito Generali S. I. Franciscum Xaverium, cui canonizationis honorem aliquando habitum iri sperant, Beatum nuncupari, et de eo die 2 Dec. qua obdormivit in Domino, in ecclesiis d. Societatis et in oppido Xavier officium recitari et missam celebrari concedit.
R. ap. S. M. M. XXV Oct. 1619 P. an. XV.

Bull. Rom. *Elench. bull.*

231. *Rom. Pontificis providentia.* – Paul. V, petentibus rectore et collegialibus coll. S. I. Anicen. officiali Anicien. mandat ut cum d. collegio uniat prioratus saeculares S. Fidei de Ba ab Ant. de Gilbertes, et S. Ioannis de Paliech seu Pailhec vel Palihec nunc. d. dioec. a Ioanne Laurentio resignatos. Fr. cuiuslibet 24 duc.
Tusculi, non. Nov. 1619 P. an. XV.

Reg. bull. V. 11. b.

232. A. F. R. M. *Alias supplicationibus.* – Paul. V facultatem promotionis ad sacros ordines, tribus dominicis aut aliis festivis etiam continuatis diebus extra tempora, et non servatis interstitiis etc. ad septennium alumnis seminarii Vilnen. concessam ad aliud septennium renovat.
R. ap. S. M. M. XVIII Dec. 1619 P. an. XV.

Reg. bull. V. 9.

233. *Debitum pastoralis officii.* – Paul. V, petente Alberto ab Austria comite Flandriae, mandat suo in Belgio Nuntio ut cum coll. S. I. opp. Duacen. Atrebaten. dioec. quo ad philosophiae et theol. studia numerosa inventus concurrit, uniat prioratum de Onis O. S. Ben. Bolonien. dioec., ad abb. monast. de Marmoutier d. ord. spectantem, a Franc. de Montmorancy presb. resignatum. Fr. 200 duc. aur. de camera.
R. ap. S. M. M. XIII kal. Ian. 1619 P. an. XV.

Reg. bull. V. 22.

234. *Ex iniuncto nobis.* – Paul. V, citatis litteris Pauli II, *Cum in omnibus iudiciis*, 1465, v. id. Maii, petentibus abbate et conventu monast. S. M. Munsterien. iuxta opp. Luxemburgen. O. S. Ben. Treveren. dioec., et rectore et collegialibus coll. S. I. oppidi Traiecti ad Mosam Leodien. dioec. mandat decano eccl.

Leodien. et officiali Leodien. ut, vocatis vocandis, confirment, si in evidentem d. monasterii utilitatem, concessionem a d. abbate d. collegio faciendam ad censum determinatum bonorum et iurium quorumdam sc. iuris percipiendi decimas bonorum fori comitis in districtu comitatus loci de Dalhem Leodien. dioec. et vicinorum pagorum, villarum et pagorum, utpote Anbelen, Luher vel Mheer, Norbeeck vel Norberch, Retengraven et Octtengraven, Scoppem, Broeck vel Bronch, Liebeeck vel Hebeeck, Membach, Henrici capelle in d. comitatu et territorio Lymburgen. d. dioec. Leodien. cum curia feudali inde dependente in Banco de Dalhem, ac nonnihil de decimis de Bery de S. Martino de Weerst.
R. ap. S. M. M. pr. id. Feb. 1619 P. an. XV.

Reg. bull. V. 16.

235. Decr. S. Congr. ep. et reg. – In causa Franc. Taraccii regni Sardiniae scholaris approbati, e S. I. dimissi cum onere transeundi ad ord. servitarum, et contendentis dimissorias liberas sibi concedi debere, declarat d. Franciscum aut ad Soc. redire debere aut ad observationem conditionis teneri.
14 Feb. 1620.

Elench. bull.

236. S. Congr. ep. et reg.– Decretum quod superiores S. I. dimittere possunt eos qui emiserunt vota biennii, vel libere vel cum onere transeundi ad aliam religionem.
14 Febr. 1620.

Elench. bull.

237. *Ex iniuncto nobis*. – Paul. V, citatis litt. Pauli II, *Cum in omnibus iudiciis*, 1465, v id. Maii, petentibus abbate monasterii S. M. in Regula O. S. Ben. Imolen. dioec., rectore dom. prob. S. I. Imolen. et Didaco de Quattrinis laico Imolen., mandat archidiacono eccl. et vicario gen. episcopi Imolen. ut confirment in favorem d. collegii alienationem pretio 1150 libr. (200 duc.) domus cuiusdam in d. civitate in cappella seu parochia S. Michaelis, in via publica la Gabellara nunc. existentis, ad d. abb. commendatarium spectantis et quam d. Didacus in locationem perpetuam de 29 in 29

annos renovandam sub canone annuo I librae cerae elaboratae obtinet.
R. ap. S. M. M. VI id. Mart. 1619 P. an. XV.

Reg. bull. V. 19. b.

238. *Ad augendam fidelium.* – Paul. V indulgentiam plen. concedit fidelibus qui s. communione refecti visitaverint in festo Assumptionis B. M. V. et S. Thomae aliquam ex 2 ecclesiis per episcopum Clanganoren. nominandis, quae tamen non sint monialium. Ad 15 annos.
R. ap. S. M. M. XXI Mart. P. an. XV.

Reg. bull. V. 24.

239. *Pastoralis officii cura.* – Paul. V, petentibus rectore et collegialibus coll. S. I. in civ. Eduen., mandat officiali Eduen. ut cum d. collegio uniat prioratum S. Georgii de Colchis vulgo de Couches nunc. O S. Ben. Eduen. diœc. a Nic. Couchon eo fine resignatum, a monasterio de Flavigniaco eorumdem Ord. et dioec. dependentem; conditiones ab Edmundo de Griselles abbate d. monasterii factas circumspiciat si forte simoniae labes aut aliqua illicita pactio ex parte Nicolai, rectoris, collegialium, Edmundi et monachorum, quatuor numero, reperiatur.
R. ap. S. M. M. IV non. Apr. 1620 P. an. XV.

Reg. bull. V. 13. b.

GREGORII XV.

Gregorius XV, Romanus, Alexander Ludovisius, Presb. Card tit. S. Mariae in Transpontina, electus IX, coronatus XV Febr. 1621, obiit VIII Iul. 1623.

Cardinalem Bellarminum residere secum in palatio perpetuum consiliarium iussit et honoris causa in Quirinali moribundum invisit. P. Stephanum de Bubalis S. Poenitentiariae theologum dedit, ipseque in aliis multis theologi ante sui P. Victoriani Premoli opera uti perrexit.

P. Ioanne de Lugo, voce et calamo, comitem de Monte Rey oratorem hispanicum iuvante, die 24 Maii 1622 praecepit omnibus « ne de caetero, etiam in sermonibus et scriptis privatis, audeant asserere quod Beatissima Virgo concepta fuerit cum peccato originali » et ecclesiasticis, ut abrogato Sanctificationis vocabulo, « in sacratissimo Missae sacrificio ac divino officio celebrandis, non alio quam Conceptionis nomine uti debeant ».

In Brevi 22 Maii 1622 ad Carolum a Lotharingia episcopum Virdunensem, candidatum Societatis ; « Proficiscere, ait, ad eam sacrae militiae societatem, catholici nominis defensione clarissimam » et in altero ad Henricum a Lotharingia episcopum : « Dignum se Lotharingia nobilitate ac fraternitatis tuae institutione praebet Ven. Fr. Carolus, dum eligit abiectus esse in domo Dei magis quam in aulis principum : quare nihil eidem Fratri impedimenti per nos afferetur quominus... in Religionis portum se recipiat, praesertim quum se in S. I. aggregari cupiat, cui omnium Pontificum Maximorum patrocinium sapientia et pietas conciliabunt ».

---

1. *Rationi congruit.* – Greg. XV, petentibus apud praedeces sorem Paulum V episcopo Eystetten. et Mutio Vitellescho Praep. Gen. S. I. mandat Episcopo Augustan. ut collegium S. Willibaldi in d. civitate ante 40 annos a Martino episcopo Eystettensi erectum et quum fructus non attulisset, a moderno episcopo secundum praedecessoris intentionem a 6 annis religiosis S. I. traditum et quadruplo maiore scholarium numero frequentatum, confirmet, vicinas aedes et templum recens ab episcopo aedificatum, redditus 3000 fl. annui (1200 duc. auri de camera) uniat.

R. ap. S. P. XVI kal. Mart. 1620 P. an. I.

2. *Rationi congruit.* – Greg. XV, citatis litt. Pauli II, *Cum in omnibus iuliciis* 1465, V id. Maii, petentibus priore et capitulo saecularis et collegiatae et insignis eccl. S. Laurentii Florentin. et Blasio Luisio rectore et Cassio Alferio procur. coll. S. I. vulgo S. Ioannini Florentin. mandat Praeposito eccl. Florentin. et Vic. gen. Archiepiscopi Florentini ut, si in evidentem, confirmet in favorem d. coll. alienationem situs cuiusdam cauponae et duarum mansionum in via Chiassolino, valoris in totum 1200 scut. monetae florentin. vel 850 duc. auri de camera.
R. ap. S. P. XVI kal. Mart. 1620 P. an. I.

Reg. bull. V. 32.

3. *Rationi congruit.* – Greg. XV, episcopo Atrebaten. seu eius officiali mandat ut in favorem coll. S. I. Duacen., cui Ioannes Franc. Episcopus Vercellen. in Belgio Nuntius perpetuam capellaniam sub invoc. B. M. V. sitam in paroch. eccl. pagi de Couriere Atrebaten. dioec., a monast. S. Salvatoris Aquicincten. O. S. Ben. d. dioec. dependentem, a Ioanne Coyart canonico Audomaren. resignatam univerat, prout in litteris d. Ioannis 14 Mart. 1586 contineri dicebatur, confirmet d. unionem quam Paul. V die XII kal. Apr. Pont. an. XV d. episcopo Atrebatensi commisit. Fr. 100 duc.
R. ap. S. P. XVI kal. Mart. 1620 P. an. I.

Reg. bull. V. 65.

4. *Quello che voi.* – Greg. XV patri Arnoldo, confessario regis Lud. XIII commendat ut regem excitet ad liberandum ab haeresi regnum Franciae et bellandum adversus haereticos.
Roma, Mart. 1621.

Prat. *Recherches ..... sur la C. de J. en France* Lyon, 1876, IV. 299.

5. *Romanus Pontifex.* – Greg. XV, petentibus rectore et collegialibus coll. de Claromonte nunc. S. I. Parisien., mandat officiali Tullen. ut cum d. collegio uniat prioratum S. Laurentii de Rynel nunc. O. S. B. Tullen. dioec. a Ioanne de Geniceurt alias de Merlin cler. Parisien. per procuratorem Martialem Duboucheys cler. Lemovicen. resignatum, a mon. S. Mansueti Tullen. dependentem. Fr. 24 duc.
R. ap. S. P. pr. kal. Apr. 1621 P. an. I.

Reg. bull. V. 79.

6. A. P. R. M. *Alias pro parte.* – Greg. XV facultatem congregationes erigendi et ad Primariam Rom. aggregandi in residentiis S. I. seu earum ecclesiis per totum orbem concedit.
R. ap. S. P. XV Apr. 1621 P. anno I.

Nov. bull. S. I. 137. *Brev. et resc. auth.* 196. b. — *Reg. bull. V.* 36. b.

7. *Creditam nobis.* – Greg. XV, petentibus communitate et hominibus civit. Spoletanae, episcopo Spoletano eiusque Vic. gen. mandat ut, attento testamento quo Ioannes Bapt. Oliva Spoletanus civis ecclesiam immac. conc. B. M. V. Spoletan. haeredem universalem instituit cum hoc quod de uno lectore festivis diebus praedicante et de uno confessario idoneo quotidie confessiones excipiente et missam celebrante provideret et residuum fructuum in missas pro testatoris anima erogaret, et cum aliis conditionibus, d. ecclesiam et alia ei legata d. collegio uniat.
R. ap. S. M. M. XI kal. Iul. 1621 P. an. I.

Reg. bull. V. 42. b.

8. A. F. R. M. *In supereminenti.* – Greg. XV, supplicante Philippo Hisp. rege catholico, episcopis Indiarum occid. concedit ut gradibus baccalaureatus, licentiaturae, magisterii et doctoratus insignire valeant quotquot annis 5 studuerint in collegiis formatis presbyterorum S. I. insularum Philippinarum, ac de Chile, Tucuman, Fluvii de Plata et Novi Regni Granatensis et partium earumdem Indiarum, ubi non sunt universitates.
R. ap. S. M. M. IX Iun. 1621 P. an. I.

Bull. Rom., Bull. de propag. fide I. 67.

9. A. F. R. M. *Piis catholicorum.* – Greg. XV, petente Wolfgango Guilelmo duce Neoburgensi, in oppido Lipstadiensi dioec. Colonien. domum regul. O. Fr. Erem. S. Augustini a 70 annis, a tunc religiosis a fide deficientibus, derelictam, et a 4 annis a cler. reg. S. I. occupatam, auctoritate apost. ad erigendam domum d. S. concedit cum iuribus et pertinentiis.
R. app. S. M. M. XVI Iul. 1621 P. an. I.

Reiffenberg, op. cit. Mant. p. 114. *Reg. bull. V.* 41 b. VI, 74.

10. *Ex iniuncto nobis.* – Greg. XV, citatis litt. Pauli II *Cum in omnibus iudiciis* 1465, V id. Maii, petentibus Ioanne de Bil-

stain et Meremunda du Halt dominis in temporalibus loci de Magnieres Tullen. dioec., mandat scholastico eccl. Tullen. ac officiali Tullen. ut si in evidentem, partem decimarum ratione prioratus Asprimontii Virdunen. dioec. collegio S. I. Mussipontano uniti in Magnieres et Sampiermont ei competentium permutationem propter distantiam 2 dierum itineris et lites exortas, quum redditus (100 duc. auri) non nisi aegre ad d. collegium vehi possint, confirment ; summa 3400 franc. Lotharingiae (680 duc.) in emporium aliorum bonorum solvenda d. collegio.
R. ap. S. M. M. VI kal. Aug. 1621 P. an. I.

Reg. bull. V. 47.

11. *Ex pastoralis officii.* – Greg. XV, petentibus priore claustrali et conventu maior. monasterii Turonen. O. S. Ben. et rectore et presb. coll. S. I. Remen., post exortas super litt. Pauli V (cfr. n. 160) de unione prioratus S. Mauritii cum d. collegio lites, initam inter Aegid. Gaultier S. I. provincialis Campaniae nomine agentem et d. monasterium a quo d. prioratus dependebat, concordiam approbat : prioratus unitus remaneat et d. collegium benefactores agnoscens 200 libras turonenses mensae abbatiali, 200 seminario monasterii etc. reservet.
R. ap. S. M. M. id. Aug. 1621 P. an. I.

Reg. bull. V. 49 b.

12. *Urbis vestrae ampliludo.* – Greg. XV Duci Venetiarum presbyteros S. I. commendat, quos Americae, Indis, Sinis caeterisque novi orbis populis salutares, Italia et Veneta ditio in iuventutis institutione et pietatis studiis exercendis utiles testificatur.
R. ap. S. M. M. XIV Aug. 1621 P. an. I.

Iul. Pogiani epist. Romae 1767, *II.* 171. *Elench. bull.*

13. *Romanus Pontifex.* – Greg. XIII, petentibus rect. et collegialibus coll. S. I. Passavien., mandat officiali Passavien. ut cum d. collegio uniat monasterium monialium loci de Traumkirch O. S. B. d. dioec., a pluribus annis ex temporis et bellorum iniuria regimine abbatissae et monialibus destitutum, de consensu Ferdinandi Rom. regis in Imperatorem electi de cuius iurepatronatus est.
Tusculi VIII kal. Oct. 1621 P. an. I.

Reg. bull. V. 127.

14. A. P. R. M. *In Sede Principis.* - Greg. XV, petente Praep. Gen. S. I., de beato Aloysio Gonzaga die 21 Iun. qua ex hac vita migravit ad coelum, officium et missam concedit.
Tusculi II Oct. 1621 P. an. I.

Bull. Rom. *Reg. bull. V.* 51. b.

15. *Ad ea ex apostolicae.* - Greg. XV, petentibus rectore et collegialibus coll. S. I. Bituricen., officiali Bituricen. mandat ut unionem cum d. collegio prioratus S. Stephani loci de Blancafort O. S. Aug. can. reg. Bituricen. dioec. a Ioanne Dube clerico in manus Pauli V resignati declaret perinde valere ac si in litteris expressum fuisset vicariam per vicarium amovibilem exerceri solere.
Tusculi III non. Oct. 1621 P. an. I.

Reg. bull. V. 76. — *Fund. pr. Franc.*

16. *Laboriosam et indefessam.* - Greg. XV, petente Ferd. II Rom. rege in Imperatorem electo, mandat epō Viennen. sive eius officiali ut cum coll. S. I. Viennen. per Ferd. I. erecto et annua 2000 flor. ex proprio telonio pensione, eo vivo, donato, uniat monasterium monialium S. Bern. Cistercien. Ord. in pago olim Crucy, nunc S. Bernardi nunc., quorum fructus Rodulphus II ei certis conditionibus assignaverat. Fr. hodierni, 1500 fl. (600 duc. auri de camera).
R. ap. S. M. M. IV id. Oct. 1621 P. an. I.

Reg. bull. V. 62. b.

17. A. P. R. M. *Romanum decet Pontificem.* - Greg. XV celebrationis missae die II Decembris, petente Praep. Gen. S. I. et dein Philippo Hispaniarum rege, in honorem B. Franc. Xaverii a Paulo V concessionem extendit ad omnes ecclesias locorum, in quibus sunt domus S. I., et indulg. plenar. d. die concedit visitantibus eccl. S. Pauli Ioan. et S. Rochi Ulixbonen. et SS. Nom. I. de Urbe.
R. ap. S. M. M VIII kal. Nov. 1621 P. an. I.

Reg. bull. V. 59.

18. *Cum sicut accepimus.* - Greg. XV, rectori et universitati Eboracen. S. I. et provinciali d. S. in regno Portugalliae et Algar-

biorum consulens, de Cardd. negotiis epōrum et regularium praepositorum consilio, motu proprio litem super iurisdictione et exemptione d. univ. a correctione et visitatione extinguit Pii, Sixti et Henrici Cardinalis decreta confirmat et perpetuum archiepō Elboren. officialibusque super praemissis silentium imponit.
R. ap. S. M. M. VIII Nov. 1621 P. an. I.

Bull. Rom. *Reg. bull. V.* 52.

19. *Nuper a nobis emanarunt litterae* : – A. P. R. M. *Cum sicut accepimus*. Greg. XV archiepisc. Bracharen. et Ulixbonen. et caus. cur. cam. apost. generali auditori mandat, ut immunitatem collegii et universitatis studii civitatis Eboren. iuxta decreta apostolica Pii Papae V et Sixti PP V. defendant, et archiepiscopo Eboren. eiusque officialibus silentium imponant.
R. ap. S. P. id. Nov. 1621 P. an. I.

Fund. Lusit. t. III Eboren.

20. A. P. R. M. *Ex iniuncto nobis.* – Greg. XV, conservatoribus et consilio civ. Viterbien. collegium S. I. desiderantibus et Tiberio tit. S. Priscae Card. Muto, eccl. Viterbien. praesule ecclesiam S. Silvestri causae praed. assignante, confirmat conventionem cum clericis S. I. initam : la communità dovrà darli scudi mille annui... fino tanto che li Padri acquistassero beni, danari stabili... ma in tal caso s'intenda tutto cedere in diminutione delli detti scudi. Incominciando al 1° di gennaro MDCXXII, siano obligati detti Padri tener maestri di grammatica, di humanità, di greco, poesia, retorica, logica et filosofia et casi di conscienza...
R. ap. S. P. XXII Nov. 1621 P. an. I.

Reg. bull. V. 60. b.

21. *Ex suscepto servitutis.* – Greg. XV, petentibus Raymundo epō Lemovicen. et rectore ac collegialibus coll. S. I. Lemovicen. mandat officiali Petragorien. ut confirmet unionem a d. epō cum d. coll. a 20 annis nondum absoluto factam prioratus B. M. du bosc las monjas, alias Morbonaud O. S. Aug. Lemoven. dioec. a Ludovica de David priorissa eo fine in manus Ordinarii resignati et a prioratu Daureil Ord. et dioec. praedict. dependentis, in quo nulla alia monialis reperitur. Fr. 24 duc.
R. ap. S. P. pr. id. Ian. 1621 P. an. I.

Reg. bull. V. 81.

22. *Romanus Pontifex.* – Greg. XV, attendens ad litt. Clem. VIII (Cfr. n. 183) pro collegio S. I. Flexien., mandat officiali Andegaven. ut prioratus d. collegio tunc uniti sacristiam, per resignationem Renati Duffont prioris, procuratore Ioanne Marchant, factam vacantem, cum. d. collegio uniat. Fr. 24 duc.
R. ap. S. P. id. Ian. 1622 P. an. II.

Reg. bull. V. 141.

23. A. P. R. M. *In supremo militantis.* – Greg. XV statuta per Breve Clem. VIII 6 Mart. 1592 in favorem coll. Germ. et Hung. de iurisdictione Card. Protectorum confirmat, et cum nonnulli in iurisdictione huiusmodi se intromittere praesumant, lites introductas ad se avocat et extinguit, nullamque aliam iurisdictionem quam dd. Card. Protectorum validam esse declarat.
R. ap. S. P. XII kal. Mart. 1621 P. an. II.

Bull. de prop. F. I. 376.

24. Congr. S. Rit. – S. Fidei in Indiis. Pro archiepō : Posse iesuitas benedicere paramenta, ubi non adhibetur s. unctio, pro suis.
19 Feb. 1622.

Analecta Iuris Pontificii t. VII. p. 582

25. A. P. R. M. *Romanus pontifex.* – Greg. XV, nonnullis existimantibus ex clausulis litterarum cruciatae derogari cuicumque S. I. privilegio, licet per Greg. XIII et Clem. VIII brevia confirmato, sancit facultatibus d. cruciatae quoad eligendum confessarium religiosos d. S. uti non posse.
R. ap, S. P. XXVI Feb. 1622 P. an. II.

Reg. bull. V. 68. b.

26. A. P. R. M. *Ex iniunctae nobis.* – Greg. XV approbat et confirmat conventiones erectionis et dotationis collegii S. I. Viterbien. a Tiburtio tit. S. Priscae Card. Muto et Laur. Magalotto, Vice-legato, Federico Veneschio et Lelio Brassio conservatoribus, dein propter impedimenta quaedam, a Ciriaco Roccio Vice-legato, Horatio Vannio, Paulo Peleno, Federico Verrescho aliisque initas (cfr n. 20), dein 10 Ian. 1622 continuatas in domo prof. S. I. de Urbe per Iac. Closium et Lepidum Russium deputatos Viterbien.
R. ap. S. P. V Mart. 1622 P. an II.

Reg. bull. V. 69. b.

27. *Ut supremae providentiae.* – Greg. XV, petentibus rect. et collegialib. coll. S. I. Corisopiten., mandat officiali Corisopiten. ut cum d. coll. nuper erecto uniat prioratum de ponte Griando O. S. B. seu alt. Ord. d. dioec., ab Aeg. Nicolao cler. per procuratorem suum Martial. Duboucheys cler. Lemovicen. resignatum, a monasterio S. Crucis de Quimperleio nunc. eiusdem Ord. dependentem. Fr. 24 duc.
R. ap. S. P. III kal. Apr. 1622 P. an. II.

Reg. bull. V. 102 b.

28. *Cum ad uberes.* – Greg. XV, petentibus I. B. Saxi, praeposito saecularis et collegiatae eccl. S. Sixti opp. S. Romuli Albinganen. dioec. et rectore seu superiore ac religiosis infrad. domus, mandat vic. gen. episcopi Albinganen. ut cum domo per collegium S. I Ianuen. in d. opp. vi testamenti quo Alexander Bernardus presb d. opp. et rector parochialis eccl. S. Blasii de fovea regionis Pontis de Urbe d. coll. haeredem univ. instituerat, erecta uniat eccl. seu cappellam S. Stephani eiusdem opp. a d. Ioanne B. resignatam, fundata una capellania perpetua sine cura sub invoc. S. Stephani.
R. ap. S. P. kal. Apr. 1622 P. an. II.

Reg. bull. V. 90 b.

29. *Copiosus in misericordia.* – Greg. XV petentibus rect. et collegial. coll. S. I. Goritien. Aquilegien. dioec. mandat officiali Parentin. ut cum coll. d. S. per Ferdinandum Rom. regem in Imp. electum erecto uniat praeposituram eccl. forsan collegiatae Prisvensis (?) in Istria Parentin. dioec. a Raynaldo Scharlichio ad eccl. Tergestinam promoto ad hunc finem, prout in d. Ferdinandi litteris continetur, assignatum, vicaria perpetua inibi erecta cum redditu 100 sc. vel 70 duc.
R. ap. S. P. kal. Apr. 1622 P. an II.

Reg. bull. V. 85.

30. *Ex iniuncto nobis.* – Greg. XV, citatis litt. Pauli II, *Cum in omnibus iudiciis* 1465, v. id. Maii, petentibus capitulo et canonicis saecularis et collegiatae eccl. S. Benedicti Capuan. et rect. coll. S. I. Capuan., mandat archidiacono et vicario gen archiepiscopi Capuan. ut confirment, si in evidentem, in favorem d. coll. vendi-

tionem pretio 200 duc. situs vacui et domus praebendalis in parochia S. Marcelli.
R. ap. S. P. VI id. Apr. 1622 P. an. II.

Reg. bull. V. 73 b.

31. *Quam dilecta tabernacula.* – Gregorii XV Breve ad Carolum a Lotharingia episcopum Virdunen. quo indulget ut Societatem Iesu ingrediatur.
XXII Apr. 1622.

Elench. bull.

32. A. P R. M. *Splendor paternae gloriae.* – Greg. XV indulgentiam plenariam in perpetuum concedit pro festis SS. Ignatii ult. Iul. et Franc. Xaverii 2 dec.
R. ap. S. M. M. VIII Iun. 1622 P. an. II.

Reg. bull. V. 84.

33. A. P. R. M. *Splendor pat. gloriae.* – Greg. XV visitantibus cappellam domus S. Ignatii oppidi seu loci de Loyola Pampelunen. dioec. in die festo eiusdem S. indulgentiam plen. in perpetuum concedit.
R. ap. S. M. M. XXVII Iun. 1622 P. an. II.

Reg. bull. V. 84 b.

34. *Ad augendam fidelium.* – Greg. XV in ecclesiis omnibus in una ex dominicis cuiuslibet mensis, quibus communio generalis sollicitudine clericorum reg. S. I. agetur, communicantibus ind. plen. concedit. Ad septennium.
R. ap. S. M. M. XV Iul. P. an. II.

Reg. bull. V. 84 b.

35. A. P. R. M. *Singulares atque eximii fructus.* – Greg. XV concedit S. I. facultatem nova collegia, domus probationis et residentias ex redditibus collegiorum seu domorum huiusmodi victuras ubivis erigendi nonobstantibus decretis per cardd. sup. Regulares 17 aug. 1622 editis et ordinationibus apostolicis in contrarium concessis.
R. ap. S. M. M. XXX Iul. 1622 P. an. II.

Reg. bull. V. 85, 117 b.

36. *Romanus pontifex.* – Greg. XV, petentibus Praep. Gen. et presb. et rect. ac collegialibus coll. S. I. Colimbrien. ex quo tanquam secundo d. S. seminario quamplures in Indiarum, Iaponum, Chinarum et Aethiopiae regna destinati fuerunt, mandat officiali Colimbrien. ut cum d. collegio uniat S. Petri Fins nunc., S Tissi de Paramos, S. Mametis de Villamaior, S. Olayrae vel Eulaliae de San Guedo, S. Andreae de Sementita, S. Crucis de Alvarenga locorum Visen. Portugallen. Colimbrien. et Lamacen. respective dioecesium parochiales ecclesias, fundatis vicariis perpetuis pro cura animarum.
R. ap. S. M. M. XIII kal. Sept. 1622 P. an. II.

Reg. bull. V. 140

37. A. F. R. M. *Cum nonnulli presbyteri.* – Greg. XV presbyteris S. I. suo iussu in insulam Chien. intra septem annos delegandis concedit facultatem absolvendi....
R. ap. S. M. M. X Sept. 1622 P. an. II.

Reg. bull. V. 89.

38. A. F. R. M. *Cum nonnulli presbyteri.* – Greg. XV presbyteris S. I. in partes CPolitanas ituris et deinceps profecturis concedit facultatem absolvendi illuc confluentes poenitentes, dummodo in iudicio se delatos esse non noverint aut pro haereticis declarati non fuerint. Ad septennium.
R. ap. S. M. M. X Sept. 1622 P. an. II.

Reg. bull. V. 88.

39. A. F. R. M. *Nuper per nos accepto.* – Greg. XV confirmat decretum civit. Viterbien. 19 ian. 1622 (Cf. supr. n. 26) assignantis sex millia sc. pro coll. S. I. d. civit. per Card. Tiberium Mutum Viterbien. praesulem ecclesia donato.
R. ap. S. M. M. XXII Sept. 1622 P. an. II.

Reg. bull. V. 105.

40. A. P. R. M. *Pietatis et christianae.* – Greg. XV, petente Mutio Vitellescho Praep. Gen. S. I., clericis d. S. et fidelibus cum eis cooperantibus, pueros et adultos doctrinam christ. docere aut dum docetur interesse consuetis, plen. indulgentiam die festo semel

in anno designando, et in mortis articulo, sing. mensibus 7 annor. et 7 quadrag. aliasque partiales concedit.
R. ap. S. M. M. XXVII Sept. 1622 P. an. II.

Reg. bull. V. 120 b.

41. A. P. R. M. *Sedes apostolica.* – Greg. XV domos et collegia S. I., quas in regno Portugalliae atque Algarbiorum ad solutiones decimae et vigesimae teneri declaraverat, ab huiusmodi solutione in regnis Sinarum et Iaponiae eximi iubet.
R. ap. S. M. M. V Nov. 1622 P. an. II.

Bull. Rom. — Bull. de prop. I, 8. *Reg. bull. V.* 109.

42. *Exponi nobis nuper.* – Greg. XV, petentibus executoribus testam. Petri Arringhi et communitate et hominibus civ. Ravennaten., archiepiscopo seu officiali Ravennaten. mandat ut d. testamenti quo S. I. haeres univ. constituebatur sub conditione coll. in d. civ. erigendi, onus 5 missas quotidianas pro testatoris eiusque parentum et Christophori de Petro animabus recitandi perpetuum, commutent in solita d. soc. suffragia pro benefactoribus et solita ministeria.
R. ap. S. P. XIII Nov. 1622 P. an. II.

Reg. bull. V. 122.

43. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* – Greg. XV, petentibus guardiano domus O. S. Fr. fr. min. de observ. civ. Carthaginen. in part. Ind. occid. ac rect. et presb. coll. S. I. civit. praed., confirmat donationem d. collegio magna rerum inopia laboranti a d. guardiano factam duarum arcarum vel situum (val. 3000 pondera monetae illarum partium), provenientium ex liberalitate Ioannis Nunes de Velliegas, qui omnia bona sua d. conventui fratrum reliquerat.
R. ap S. P. XXVII Nov. 1622 P. an. II.

Reg. bull. V. 106 b.

44. A. P. R. M. *Ex solita Sed. Apostolicae.* – Greg. XV, petentibus rect. et religiosis domus S. I. Calaritan. et Marco Vieco presb. Calaritan., concordiam, super lite circa unitam quondam per Greg. XIII (cf. n° 280) d. domui probationis ecclesiam de Sardara coram Phil. Pirovano palatii apostolici auditore ad instantiam Ioannis Fadda d. ecclesiae rectoris acta, consentientibus epō Ussellen. et Turralben. ac Mutio Vitellescho Praep. Gen. S. I. ini-

tam confirmat : d. domus d. eccl. rectori 300 sc. monetae ad rationem 10 regalium castellanorum pro quolibet scuto quotannis solvat, etc. Calaritan. et Turritan. archiepiscopis et curiae caus. ap. gen. auditori exec. committit.
R. ap. S. P. X Dec. 1622 P. an. II.

Reg. bull. V. 137. b.

45. A. P. R. M. *Alias volentes Nos.* – Greg. XV indulgentiam pro cappella domus S. Ignatii loci de Loyola extendit ad aliquam ex septem diebus festum subsequentibus.
R. ap. S. P. IX Dec. 1622 P. an. II.

Reg. bull. V. 113 b.

46. *Ex iniuncto nobis.* – Greg. XV, citatis litt. Pauli II, *Cum in omnibus iudiciis*, 1465, V. id Maii, petentibus rect. et collegialibus coll. S. M. Brayden. nunc. Mediolanen. dioec., mandat archiepõ Mediolanen. eiusque vic. gen. ut ortas, occasione decimarum d. collegio super quibusdam locis de la Carera nunc. extra portam Cumanam d. civ. sitis debitarum controversias ad Clem. VIII an. 1601 delatas decidentes, illorum loco alia bona stabilia annui redditus 200 libr. surrogent.
R. ap. S. P. XIV kal. Ian. 1622 P. an II.

Reg. bull. V. 113 b.

47. *Alias fe. re : Paulo PP. V.* – Greg. XV. petentibus rectore et collegialibus coll. S. I. Duacen., suo in Belgio Nuntio mandat ut ad executionem litterarum Pauli V (cfr n. 233), cum praed. rector et collegiales dubitent omnia ex tenore servata esse, de novo procedat.
R. ap. S. P. XI kal. Ian. 1622 P. an II.

Reg. bull. V. 118.

48. *In supremo apostolicae sedis.* – Greg. XV, petente Henrico de Bourbon, principe Condaeo, concedit Nuncio in regno Franciae facultatem monasterium S. Gildasii et prioratum de Gramont O. S. Ben. Bituricen. dioec. diruta supprimendi, monachos ad canonicos seculares reducendi, bona d. Henrico tradendi, necnon collegiatam ecclesiam erigendi et collegium S. I. in opp. Castoriensi.
R. ap. S. P. IV kal. Ian. 1622 P. an. II.

49. A. P. R. M. *Splendor paternae gloriae.* – Greg. XV pro capellam seu altare situm in spelunca in opp. de Manresa Vicen. dioec. dominica ultima Septembris visitantibus, ind. plen. concedit.
R. ap. S. P. XXVI Ian. 1623 P. an. II.

Reg. bull. V. 124.

50. A. P. R. M. *Splendor paternae gloriae.* – Greg. XV pro capellam S. Franc. Xav. in castro Xaverii Pampilonen. dioec. die eius festo visitantibus ind. plen. concedit.
R. ap. S. P. XXXI Ian. 1623 P. an. II.

Reg. bull. V. 129 b.

51. A. F. R. M. *Romanae sedis Antistes.* – Greg. XV, exponente Procuratore gen. S. I., humanae infirmitati miserando, brachmanibus aliisque Indiae orientalis gentilibus concedit ut ad stirpes discriminandas et in signum officii lineas ac corumbyna deferant, sandaliis ac lavationibus utantur, dummodo superstitionem expurgent cautelis adhibitis quae determinantur.
R. ap. S. P. XXXI Ian. 1633 P. an. II.

Bull. de prop. I. 15-*Bertrand, La mission du Maduré*, 1884. *II.* 407. *Reg. bull. V.* 124 b.

52. A. P. R. M. *Romanus Pontifex.* – Greg. XV, insertis litt. Pauli III, Pii IV, Greg. XIII et Leonis XI (cfr. n. 1) considerans fructus S. I. speciatim in Philippina, Peruana, Mexicana, Paraguarien. et Novi Regni provinciis, decernit eam in illis regnis minime teneri Leonis litt. praeinsertis nisi prout alii mendicantes decimas solvere consueverunt. Innocentio epō Brictonorien. suo in regnis Hispaniarum Nuntio et Andreae epō Conchen. in eisdem inquisitori generali et caus. cam. ap. gen. auditori mandat praesentes publicare etc.
R. ap. S. P. XV Febr. 1623 P. an. III.

Reg. bull. V. 129.

53. *Ex iniuncto nobis.* – Greg. XV. citatis litt. Pauli II, *Cum in omnibus iudiciis*, 1465, V. id. Maii, petentibus rect. et collegialibus coll. S. I. Alexandrin. prov. Mediolanen. et Christophoro Scoglia laico d. civ. mandat archidiacono eccl. Alexandrin. et vic. gen. ut, si in evidentem collegii utilitatem, locandae d. Christophoro domus cuiusdam a Petro Ant. Porcellana cum aliis bonis d.

collegio legatae, pro pretio 50 scut. annuo licentiam concedant.
R. ap. S. P. kal. Mart. 1622 P. an. III.

Reg. bull. V. 151 b.

54. *Exposcit debitum.* – Greg. XV, petentibus rect. et collegialibus coll. S. I. super in civ. Corisopiten. erecti, officiali Corisopiten. mandat ut cum d. coll. uniat prioratum de Lugamen seu Logamant O. S. B. d. dioec. a Dionisio Sim. de Marquemont archiepō Lugdunen. commendatario resignatum, a mon. S. Crucis de Quinperleo d. dioec. dependentem. Fr. 24 duc.
R. ap. S. P. VI kal. Apr. 1623 P. an. III.

Reg. bull. V. 145 b. — *Fund. pr. Franc.*

55. *Romanus Pontifex.* – Greg. XV, petentibus Praep. Gen. et rectore et collegialibus coll. Petragoricen., mandat Ludovico epō Sarlaten. sive eius officiali ut cum d. coll. uniant prioratum S. Cypriani O. S. Aug. can. reg. d. dioec. per obitum Barthol. de la Gardere vacantem et ad regem iuxta concordata inter Franc. I et S. Sedem inita spectantem. Fr. 24 duc.
R. ap. S. P. non. Apr. 1623 P. an. III.

Reg. bull. V. 143 b.

56. *Exposcit debitum.* – Greg. XV, petentibus rect. et collegialibus coll. S. I. Tolosan., mandat Salvato epō Tarbien. sive eius officiali ut cum d. coll. uniant prioratum B. M. de Madirano O. S. B. d. dioec. a Carolo (Claudio) Ant. a S. Sulpitio archidiac. maiore eccl. Caturcen., procuratore Martiali Duboucheys cler. Lemovicen, resignatum, conventualem non tamen electivum, sine cura animarum, ad collationem abbatis S. Petri de Marciliaco Caturcen. dioec. Fr. 24 duc.
R. ap. S. P. VIII Apr. 1623 P. an. III.

Reg bull V. 147 b. — *Fund. pr. Tolos. t. III.*

57. *In apostolicae Sedis.* – Greg. XV, petentibus Praep. Gen. et rectore domus prob. Tolosan. S. I., mandat Ludovico archiepō Narbonen. ut cum d. domo uniat prioratum saecularem S. Stephani de Tersano, prope opp. de Asilio d. dioec. per resignationem Manfredi Veziani prioris vacantem personalem residentiam non requirentem, sine cura animarum. Fr. 24 duc.
R. ap. S. P. VI id. Apr. 1623 P. an. III.

Reg. bull. V. 149.

URBANI VIII.

Urbanus VIII, Florentinus, Maphaeus Barberinus, Presb. Card. tit. S. Onuphrii, creatus VI Aug., coronatus XXIX Sept. 1623, obiit IV kal. Aug. 1644.

Societatis theologos misit, anno 1625, P. Andream Eudaemon Ioannem cum Francisco Card. Barberino in Galliam, anno 1635 P. Valentinum Mangionium cum Martio Card. Ginetto in Germaniam, et P. Silvestrum Petrasancta cum Petro Aloisio Carrafa episcopo Tricarensi in Belgium legatis. PP. Didacum Siccum, Ioannem Rovia, Apollinarem Almeida in Aethiopiam direxit episcopos, patriarchas alium post alium successuros.

Sibi a sacris confessionibus P. Hieronymum Floravantium, a concionibus P. Aloisium Albritium esse voluit. P. Valentinum Mangionium S. Poenitentiariae theologum, P. Torquatum de Cuppis episcoporum examinatorem, P. Terentium Alciatum S. Rit. Congregationis consultorem ac historiae concilii Tridentini scriptorem constituit. P. Silvestrum Petrasancta, Brevi 9 maii 1643, Congregationis Matris Dei seu scholarum piarum apostolicum visitatorem nominavit. PP. Frontonem Ducaeum antiquitatis cognitione et Carolum Scribanium ac Ioannem Tollenarium rebus gestis aeque ac scriptis celebres muneribus litterisque donavit. P. Dionisium Petavium non semel Romam invitavit, inter S. R. E. Cardinales relaturus; quem honorem insigni apud Germanos theologo P. Petro Pazmano 19 nov. 1629 detulit. Excerptas a P. Ioanne de Lugo ex Augustino Iansenii, dum adhuc imprimeretur, heterodoxas cum sua quamque censura propositiones accepit, librumque bulla *In eminenti* damnavit; eiusdem Ioannis tomum de iustitia et iure sibi dedicatum cum legeret, congregationem doctissimorum hominum super Ecclesiae redditibus iuste distribuendis instituens, summum aevi sui theologum, qualem eum appellabat, imprimis advocavit. Anno Societatis saeculari, nostris amplissimum iubilaeum concessit.

---

1. A. P. R. M. *Rationi congruit.* – Urban. VIII Ignatium Loyolam, quem Paul. V, Clemens VIII et Greg. XV catalogo SS. adscribendum, petentibus principibus et cardinalibus, cogitaverant seu decreverant, in SS. numerum relatum decernit.
R. ap. S. P. VIII id. Aug. 1623 P. an. I.

Nov. bull. S. I. 142.

2. A. P. R. M. *Rationi congruit.* – Urban. VIII Franciscum Xaverium, novum Indiarum apostolum, ob insignes virtutes ac

miraculorum famam a Greg. XV SS. catalogo adscriptum et honobus coelitum ornatum fuisse testatur.
R. ap. S. P. VIII id. Aug. 1623 P. an. I.

Nov. bull. S. I. 153. *Reg. bull. VI.* 36.

3. A. P. R. M. *Rationi congruit.* – Urban. VIII, petentibus rectore et collegialibus coll. S. I. Flexien., declarationem Greg. XIII, 13 kal. Apr. Pont. an. III factam in favorem d. coll. quod licet non iuxta tenorem litt. Clem. VIII (cfr. n. 183) in ipso situ prioratus S. Iacobi sed commodiore in d. opp. loco constructum fuerat, valeret tamen d. prioratus extinctio, decernit valere perinde ac si litt. super d. declaratione confectae fuissent.
R. ap. S. P. VIII id. Aug. 1632 P. an. I.

Reg. bull. V. 314.

4. *Rationi congruit.* – Urban. VIII, mandat vic. gen. patriarchae Aquilegien. ut confirmet unionem cum coll. S. I. Goritien., petentibus rect. d. coll. et Ferdinando rege Rom., a Greg. XV, 4 kal. Ian. Pont. an. II, licet litterae confectae non fuerint, concessam sc. parochialis eccl. S. Petri extra muros civ. Goritien, per obitum Cyri Frangipani, 1618, vacantis, cum S. Laurentii in Bucovizza sive Busbevizza, S. Antonii in Biglia, S. Augustini in Bachogliano sive Rucholiano, S. Catharinae in Peez sive Perez, S. Martinii in Savogua sive Sanogua et S. I. B. in Tartoibo sive Vartribo illi annexis ecclesiis : una vicaria perpetua erigatur.
R. ap. S. P. VIII id. Aug. 1623 P. an. I.

Reg. bull. V. 157. b.

5. A. P. R. M. *Rationi congruit.* – Urban. VIII in favorem coll. S. I. Messanen. a Carolo V erecti, cui, petente Philippo Hisp. rege cath. et utriusque Siciliae rege, Greg. XV, 5 kal. Aug. P. an. II, pensionem 800 super archiepiscopalis Panormitan. et 600 super episcopalis Cathaneen. mensarum fructibus reservavit, licet litterae confectae non fuerint, mandat archiepō Montis regalis et epō Siracusan. et cur. caus. cam. ap. gen. auditori ut dd. pensiones solvi curent.
R. ap. S. P. VIII id. Aug. 1623 P. an. I.

Reg. bull. V. 166. b.

6. *Rationi congruit.* – Urban VIII officiali Spiren. mandat ut confirmet, perinde ac si litterae confectae desuper fuissent, concessam a Greg. XV 5 kal. Ap. P. an. III unionem cum coll. S. I. Spiren. monasterii monialium Heilspruch nunc. Cistercien. Ord. inter opp. imperialia Landau et Neustat d. dioec. diu ab haereticis occupati.
R. ap. S. P. VIII id. Aug. 1623 P. an. I.

Reg. bull. V. 180. b.

7. *Rationi congruit.* – Urban. VIII, epō seu vic. gen. episcopi Regien. mandat ut iuxta litteras Greg. XV, id. Iun. P. an. III, perinde ac si ante obitum expeditae essent, procedat in permutatione quorumdam bonorum, a Flaminio Bargelli et Petro Ant. Acquistapace civibus Carpen. Regien. dioec. petita, attento testamento I. Bapt. Acquistapace, in favorem coll. S. I. Carpen. Redd. ann. 2 1/2 duc. auri de cam.
R. ap. S. P. VI Aug. 1623 P. an. I.

Reg. bull. V. 172.

R. ap. S. P. XVI kal. Iun. 1631 P. an. VIII.

Reg. bull. VI. 20. b.

121. *Dilectos filios.* - Urban. VIII alumnis tam pontificiis

quam aliis seminarii Viennen. concedit facultatem ut ad s. ordines promoveantur extra tempora et absque dimissoriis.
R. ap. S. M. M. XXVIII Maii 1631 P. an. VIII.

Reg. bull. VI. 11.

122. S. Congr. Cardd. negotiis regul. praeposit. – Generali S. I. conceditur facultas recipiendi in prov. Veneta in praef. (Bologna, Novellara) noviciatibus 20 novitios. – Fr. Ant. Card. S. Honufrii.
R. 30 Maii 1631.

Reg. bull. VI. 11. b.

123. S. Congr. Cardd. neg. reg. praeposit. – Generali S. I. conceditur facult. recipiendi in prov. Mediolanensi in noviciatibus praefatis (Chieri, Panizzano) 12 novitios. – Fr. Ant. Card. S. Honufrii.
R. 30 Maii 1631.

Reg. bull. VI. 11. b.

124. *In apost. dignitatis.* – Urban. VIII, petente Maximiliano Bavariae duce S. R. I. princ. electore, mandat officiali episc. Ratisbonen. ut cum coll. S. I. quod d. Max. simul cum semin. puerorum in opp. de Amberga dioec. Ratisbonen. erigere intendit uniat monasterium de Castel nunc. olim O. S. B. prope opp. Castel in superiore Palatinatu et dioec. Eysteten. diu ab haereticis occupatum. Fr. 5000 duc.
R. ap. S. M. M. XII kal. Oct. 1631 P. an. IX.

Reg. bull. VI. 57.

125. *In apostotico dignitatis.* – Urban. VIII, petente Praep. Gen. S. I. mandat officiali archiep. Maguntinen. ut collegio, quod de consilio Congr. de propaganda fide, industria Ioannis Reynardi Tigleri d. S erigere in opp. Francofurti d. dioec. decrevit, monasterium monialium S. Clarae in loco sylvestri a d. oppido itinere 12 milliar. distante de Clarenthal nunc. omnino derelictum, exstincta essentia regulari concedat. Fr. 100 duc.
R. ap. S. M. M. VII id. Oct. 1631 P. an. IX.

Reg. bull. VI. 69.

126. A. P. R. M. *Cum sicut accepimus.* – Urban. VIII regu-

lares S. Benedicti, Cisterciensis, Praemonstratensis, Societatis Iesu et aliorum forsan ordinum, vigore seu praetextu privilegiorum praetendentes se non comprehendi, nisi de eis mentio fiat expressa, constitutionibus generalibus S. Sedis, declarat comprehendi, praecipue in concernentibus fidem catholicam et officium S. Inquisitionis.
R. ap. S. M. M. V Nov. 1631 P. an. IX.

Bull. de propag. fide I. 131. *Elench. bull.*

127. *Exposcit pastoralis officii.* – Urban. VIII. petentibus rectore et collegialibus coll. S. I. Messanen., confirmat concordiam inter d. coll. et episc. Catanien. initam super pensione, secundum litt. Greg. XV, V kal. Aug. Pont. an. II, a d. epō debita, et revalidat pensionem ab archiepō Panormitano debitam.
R. ap. S. M. M. VI id. Nov. 1631 P. an. IX.

Reg. bull. VI. 29 b. 45. b.

128. *Hodie dilectis filiis.* – Urban VIII Marco Ant. Franciotto in utr. signat. referendario et vicariis gener. archiep. Messanen. et episc. Pacten. litt. exec. committit.
R. ap. S. M. M. VI id. Nov. 1631 P. an. IX.

Reg. bull. VI. 32, 48.

129. *Exponi nobis nuper.* – Urban. VIII, petentibus Franc., Angelo et Fabio fratrib. quondam Hortensii Celsi mandat suo vic. generali ut licentiam concedat extinguendi debita casalis della casavia a d. Hortensio empti, de consensu rectoris coll. S. I. de Urbe....
R. ap. S. M. M. X Nov. 1631 P. an. IX.

Reg. bull. VI. 18.

130. *Exponi nobis nuper.* – Urban. VIII, petente rect. coll. S. I. civ. Regien., sub excommun. poena interdicit ne quisquam e d. coll. extrahat libros ab Horatio Ruffino Regien., tali conditione, d. coll. testamento relictos.
R. ap S. P. XXVII Nov. 1631 P. an. IX.

Reg. bull. VI. 17. b.

131. A. P. R, M. *Vota quae Deo fiunt.* – Urb. VIII, exponente Mutio Vitelleschi Praep. Gen. S. I., litteras Pauli V (Cfr n. 207) *Ex incumbenti* 31 ian. 1618 confirmat et ampliat.
R. ap. S. P. XXV Ian. 1632 P. an. IX.

Nov. bull. S. I. 169. *Reg. bull. VI.* 26. b. — *Elench. bull.*

132. Facultates a S. D. N. Urbano VIII concessae P. Dominico de Mauritiis rect. coll. S. I. in civ. Chii – In gen. congreg. S. R. et U. Inquis. habita in pal. apud S. M. M., S. D. N... concessit praed. fac. ad septennium proxime futurum. Fr. Ant. Card. S. Honuphrii. – Ioann. Ant. Thomasius Not.
f. V. d. XV Apr. 1632.
Nota. Die 22 Iul. 1638 fuerunt prorogatae ad aliud septennium pro P. Dom. Mauritio duntaxat absque fac. communicandi aliis patribus.

Reg. bull. VI. 21. b.

133. Facultates a S. N. D. Urb. VIII concessae P. Isaac (d'Aultry, cfr. infra n. 191) superiori residentiae S. I. Constantinopoli — In gen. congreg. S. R. et U. Inquis.....
f. V. d. XV Apr. 1632.
Nota. Die 22 Iul. 1638..... pro P. Isaac....

Reg. bull. VI. 22 b.

134. *Sacrosanctae Rom. Ecclesiae.* – Urban. VIII, petentibus Dominico Pinelli cler. seu presb. Ianuen. et rect. et presb. coll. S. I. Ianuen., mandat Vic. gen. archiep. Ianuen. ut confirmet concessionem d. collegio factam capellae S. M. in petra minuta nunc. dependentis a praepositura d. Marthae Ianuen. cuius praepositurae commendam d. Dominicus obtinet : capellam vetustate collapsam, domibus cum viridariis d. coll. contiguam propriis sumptibus renovet rector, 4 missas quotannis celebret, et candelam cerae albae ponderis 6 unciarum in recognitionem dominii praeposito in festo Purif. B M. V. tradat. Redditus nulli.
R. ap. S. M. M. XIV kal. Aug. 1632 P. an. IX.

Reg. bull. VI. 24 b.

135. *Cœlestium munerum.* – Urban. VIII concedit apost. bened. et ind. plen. pro missionibus S. I. — Ad septennium (cfr. n. 40).
R. ap. S. M. M. XXVIII Aug. 1632 P. an. X.

Reg. bull. VI. 23 b.

136. Card. Hippolyti Aldobrandini S. R. E. camerarii epistola ad subcollectores decimarum impositarum a Pontifice, qua mandat ne patres S. I. molestentur pro decimis, attenta compositione ab iisdem patribus facta cum cam. apostolica.
4 Sept. 1632.

Elench. bull.

137. Congr. S. Indicis. - Decretum damnans et prohibens Ioannis-B. Pozae S. I. Cantabri opera omnia, et libellos varios pro defensione *Elucidarii Deiparae*.
IX Sept. 1632.
Ann. de la S. des soi-dis. Jés. 1765, III, 593.

138. *Ad augendam fidelium*. - Urban. VIII pro oratione 40 hor. in eccl. S. I. ind. plen. concedit. — Ad septennium. (Cfr. n. 36).
R. ap. S. M. M. XV Sept. 1632 P. an. X.

Reg. bull. VI. 24.

139. C. S. Rit. - Germaniae : Episcopi supplicant prohiberi iesuitis praedicare cum superpelliceo cum manicis strictis seu rochetto, quod est proprium praelatorum ordinariorum. R). Exhibeatur mandatum sufficiens ad id petendum.
15 dec. 1632.
Gardellini, 1067.

140. A. F. R. M. *Nuper pro parte*. - Urban. VIII, petente Stephano Vaio in utraque sign. referendario, praeceptore archihospitalis S. Spiritus in Saxia de Urbe, confirmat extinctionem census 10 duc. ad favorem d. archihosp. a Pio IV reservati super fructibus hospitalis S. Andreae civ. Adriensis, quod postea a Paulo V clericis S. I. concessum fuit mediante cessione 4 locorum montium communitatum secundae erectionis nunc. per eosdem cler. d. archihospitali facta.
R. ap. S. P. XXII Dec 1632 P. an. X.

Reg. bull. VI. 26.

141. *Ex debito pastoralis*. - Urban. VIII attendens ad prohibitionem ne quis ad Iaponis et Chinae provincias praedicandi causa sine Sedis Apost. licentia accederet a Greg. XIII latam, a Clem. VIII

declaratam (supra n. 153) et prohibitianem accedendi ad Indias et civit. Goam alias quam per Lusitaniam a Paulo V (supra n. 63) sublatam, superioribus quorumcunque ordinum, quo facilius fides ibi propagetur concedit ut religiosos illuc mittere valeant, poenas in impedientes decernit, catechismi Romani et Doctrinae christianae Bellarmini usum commendat, mercaturam prohibet, etc.
R. ap S. P. XXII Febr. 1633 P. an. X.

Bull. Rom. — Bull. de prop. I. 143. *Elench. bull.*

142. A. F. R. M. *Provisionis nostrae.* – Urban. VIII, petente Alonzo Messia procuratore Ind. Occ. del Peru presbyterorum S. I., Brevis Paulis V, *Exponi nobis nuper*, 28 Apr. 1609, Pont. an. IV, transumptum inserit, quo, petente Philippo Hisp. rege, recenter conversis indulgentiae concedebantur etiamsi a Sacr. Euch. abstinere deberent.
R. ap. S. P. XIII Mart. 1633 P. an. XI.

Reg. bull. VI. 52 b.

143. S. Congr. card. ab Urb. VIII ad Indicem librorum... deputatorum. – Cum controversiarum inter Calcedonen. episcopum et Regulares Angliae ortarum occasione libri sint evulgati... non sine perturbatione quietis et scissura frat. caritatis, litterarum apostolicarum Clem. VIII 5 Oct. 1602 et Urb. VIII 9 Maii 1631 auctoritatem secuta, d. Congregatio libros tractatus etiam msc. praefatas contentiones attingentes supprimit, sub poena excomm. ipso facto incurrendae.
19 Mart. 1633.
Anal. Iur. Pont. I. p. 1234.

144. A. F. R. M. *Alias fe. re. Paul. Papa V.* – Urban. VIII Hernandum de Salazar presb. prof. S. I., quem ecclesiae Chariarum in Indiis praeficere intendit, dispensat a voto de dignitatibus non acceptandis.
R. ap. S. P. IX Apr. 1633 P. an. X.

Reg. bull. VI. 28.

145. A. P. R. M. *Cum sicut dilecti.* – Urban. VIII, petentibus rect. et colleg. coll. S. I. de Urbe, in favorem oratorii, alias in curte collegii exstructi et usui exercitiorum spir. congregationis

comm. generalis sub invocatione B. M. Pietatis nunc. et S. Franc. Xaverii canonice institutae et primariae Congr. Assumpt. B. M. V. aggregatae applicati, confirmat indulta, postquam ad situm a parte orientis via intermedia disiunctum translatum est, licet via subterranea accedatur.
R. ap. S. M. M. VI Aug. 1633 P. an. XI.

Reg. bull. VI. 32 b.

146. Card. Antonii Barberini S. Honufrii nunc. decretum quo Urbanus VIII benigne annuit ut Lud. Ruffus Avenionensis ingredi valeat S. I., non obstante impedimento originis, nempe quia ex latere materno proveniat a christianis novis regni Portugalliae, super quo, dummodo caeteris qualitatibus sit idem R. praeditus ad praescriptum Constitutionum, Pontifex ipse dispensat.
28 Sept. 1633.

Elench. bull.

147. *Exponi nobis nuper.* – Urban. VIII, petente rectore novitiatus S. I. Florentin., mandat archiepiscopo Florentin. seu eius vic. gen. ut concedant licentiam transigendi cum Michaelis Vaiz de Andrata haerede Michelino Vaiz de Andrata pro consecutione crediti 16000 duc. ex testamento Ben. Boffoli qui d. novitiatum in propria domo in limitibus paroch. eccl. seu populi S. Petri Maioris nunc. fundavit.
R. ap. S. M. M. XXX Sept. 1633 P. an. XI.

Reg. bull. VI. 33 b.

148. Facultates concessae a S. D. N. Urbano PP. VIII P. Ant. Rentio S. I. destinato missionario civ. Belgradi et alias Ungariae partes. — In congr. S. Off. in palatio ap. apud S. Petrum. A. Card. Barberinius. Io. Ant. S. R. et U. Inq. Not.
F. V d. XI Febr. 1634.

Reg. bull. VI. 30 b.

149. Urbani VIII praeceptum Praep. Generali S. I. ut mandet ne in regno Poloniae et magno ducatu Lithuaniae nostri audeant emere vel titulo permutationis acquirere bona stabilia, sub poenis et censuris ipso facto incurrendis, nisi ipso Generali consulto et

obtenta ab eo facultate, non tamen ab illo concedenda, nisi assentiente Pontifice aut S. Congr. concilii.
20 Febr. 1634.

Elench. bull.

150. A. F. R. M. *Provisionis nostrae.* – Urban. VIII tenorem brevis Pauli V, *Religiosorum S. I.*, 7 Dec. 1606, inserit, quo petente Praep. Gen. declarabatur quod religiosi intra claustra degentes non debent coram Ordinariis convenire in causis civilibus, et Ap. Sed. in regnis Hisp. Nuntio et caus. cur. cam. ap. gen. auditori publicatio committebatur.
R. ap. S. P. XIII Mart. 1634 P. an. XI.

Hernaez, *Coleccion. op. cit. I*, 419. *Reg. bull. VI.* 54.

151. A. F. R. M. *Provisionis nostrae.* – Urban. VIII tenorem litt. in forma brevis, Clem. VIII (Cfr. n. 106) de verbo ad verbum transcribi facit idemque robur ei ac originalibus assignat.
R. ap. S. P. XVII Mart. 1634 P. an. XI.

Reg. bull. VI. 53 b.

152. S. Congr. Card. Conc. Trid. interpretum. – Declaratio quatenus S. I. habeat in prov. del Peru privilegium altaris portatilis et in domibus campestribus oratoria in quibus laici intersint, ea esse observanda, illorumque usum et executionem (a commissario cruciatae) impediri non posse. — R. Card. Ubaldinus.
18 Mart. 1634.

Reg. bull. VI. 55.

153. A. P. R. M. *Salvatoris et Domini.* – Urban. VIII, petente Georgio Ossolinski com. de Tenekin Vladislai Poloniae et Sueciae regis Oratore, litem in tertia instantia inter coll. S. I. Cracovien. et Academiam stud. gen. d. civ. super lectionibus in favorem d. coll. decisam, ob rixas ortas ad se avocat et de consensu Mutii Vitelleschi Gen. d. S. collegii lectiones supprimit.
R. ap. S. P. XXII Mart. 1634 P. an. XI.

Reg. bull. VI. 35.

154. A. F. R. M. *In supereminenti.* – Urban. VIII, petente Philippo Hisp. rege cath., archiepiscopis, episcopis et sede vacante

capitulis eccl. Indiarum Occid. concedit facultatem promovendi ad gradus quotquot annis quinque studuerint in coll. formatis pr. S. I. insularum Philippinarum, ac de Chile, Tucuman, fluvii de Plata et Novi Regni Granaten. aliarumque partium, quae 200 milliar. ab universitatibus distant. Ad decennium.
R. ap. S. P. XXIX Mart. 1634 P. an. XI.

Reg. bull. VI. 52.

155. A. F. R. M. *Cum sicut accepimus.* – Urban. VIII Ordinariis in Indiis Occid. et, ubi non adsunt, praepositis et presbyteris S. I ad decennium facultates concedit quoad matrimonia et restitutionem a neophytis incertis personis faciendam.
R. ap. S. P. V Apr. 1634 P. an. XI.

Bull. de propag. fide I, 160. *Reg. bull. VI.* 52 b.

156. A. F. R. M. *Ut necessitatibus ecclesiarum.* – Urb. VIII, petente Alonso Messia S. I. in Peruano et Chilen. Ind. regnis procuratore generali, presbyteris d. S. in d. partibus, ut licentia Ordinarii accedente, paramenta et ornamenta eccl. exceptis iis in quibus s. unctio adhibetur, benedicere possint indulget. Ad 15 annos.
R. ap. S. P. X Apr. 1634 P. an. XI.

Reg. bull. VI. 53.

157. *Ad augendam fidelium.* – Urban. VIII indulg. commun. gener. mensibus sing. concedit. Ad 15 annos. (Cfr. n. 93.)
In arce Gandulphi Albanen. dioec. X Maii 1634 P. an. XI.

Reg. bull. VI. 37 b.

158. S. Congr. Conc. – Decretum in Agrigentana, Electionis conservatoris, quo cavetur debere omnino patres S. I. eligere conservatorem iuxta formam Constit. Greg. XV. Quod si in civ. vel dioec. nulli sint iudices synodales in provinciali vel dioecesana synodo constituti, licere regularibus sibi in conservatores deputare personas, quae qualitates fortasse non habeant a sac. canonibus vel privilegiis apost. requisitas, dum tamen in reliquis observent formam d. Const. Greg. XV. Itaque scribendam episcopo Agrigentin. quod electum in conservatorem recipiat et de receptione infra 2 menses eamdem Congr. edoceat. Quod si ipse hoc facere distulerit vel neglexerit, ita electum pro recepto et descripto omnino recipere debeat.
27 Maii 1634.

Elench. bull.

159. *Exponi nobis nuper.* – Urban. VIII, petente rectore coll. S. I. Neapolitani, mandat suo Nuntio in d. civ. commoranti ut super donatione Antonii Loffredi tunc novitii d. S. anni 1618, omnium bonorum in fav. Soc. facta cum oneribus ut redditus ann. 1618-20 in extinctionem debitorum collegiorum prov. Neap., anni 1621 rectori coll. Carminelli pro eleemosyna, ann. 1622-24 rectori coll. Neapol. darentur etc .. facultatem concedat redditus ann. 1635-37 iterum applicandi extinctioni debitor. d. collegii.
In arce Gandulphi Albanen. dioec. II Oct. 1634 P. an. XII.

Reg. bull. VI. 48 b.

160. *Exponi nobis nuper.* – Urban. VIII, petente rectore novitiatus S. I. in civ. Florentina, mandat archiepō Florentin. seu eius vic. gen. ut concedant licentiam transigendi cum Michaele seu Michelino Vaiz de Andrata (cfr. n. 147).
R. ap. S. M. M. VI Nov. 1634 P. an. XII.

Reg. bull. VI. 50.

161. *Ex iniuncto nobis.* – Urban. VIII, citatis litt. Pauli II, *Cum in omnibus iudiciis*, 1465, v. id. Maii, petentibus capitulo et canonicis saec. et collegiatae eccl. plebis nunc. Aretin., iis concedit facultatem vendendi molendinum ad usum olei et duas domunculas, valoris 300, redditus 12 scut. ad rationem 7 libr. pro quolibet scuto et convertendi in petia terrae redd. 14 scut.
R. ap. S. P. pr. id. Ian. 1634 P. an XII.

Reg. bull. VI. 56.

162. *Exponi nobis nuper.* – Urban. VIII, petentibus confratribus Confrat. sub invoc. S Iosephi in terra Bagnacavalli Faventin. dioec., mandat epō (Faventin.) seu eius vic. gen. ut licentiam, si de evidenti, ipsis concedant domum, suffictu et pavimento carentem, cum horto adiacente (valor 300 sc. redd. nullus) vendendi d. pretio patribus S. I. dictae terrae, ipsi horto contiguis, et domum magis decentem oratorio inde emendi.
R. ap. S. P. XV Mart. 1635 P. an. XII.

Reg. bull. VI. 58. b.

163. *Dilectos filios.* – Urban. VIII alumnis seminarii pontificii Bransbergen. in Prussia concedit ut possint ad Sac. ord. promoveri

extra tempora et absque dimissorialibus ad tit. sufficientis litteraturae.
R. ap. S. P. XXVIII Mart. 1635 P. an. XII.

Reg. bull. VI. 59 b.

164. *Ex debito pastoralis.* – Urban. VIII, petentibus rect. et presb. coll. S. I. in opp Iaroslavien. Praemislien. (Przemysl) dioec. mandat officiali episcopi Praemislien. ut d. collegio concedat ecclesiam B. M. V. prope d. oppidum, ab eccl. saeculari et collegiata d. opp. dependentem, cum coemiterio et domuncula adiacentibus et areola capac. 15 vel 20 cubitorum et parvo horto, ex quibus nulli fructus sed adsunt oblationes incertae 100 flor. vel 24 duc. auri de cam., ab Anna de Hemberg ducissa in Ostrog. et Palatina Wolkiniae et bonorum Iaroslavien domina donata.
R. ap. S. P. XI kal. Apr. 1634 P. an. XII.

Reg. bull. VI. 73.

165. *Salvatoris N. I. C.* – Urban. VIII, petentibus rect. et collegial. coll. S. I. Borbonii nunc. Aquensis prov., mandat officiali archiepiscopi Aquen. ut cum d. coll. eo fine ut classem unam mathematicae lectionis addere pluresque magistros manutenere valeat, uniat prioratum ruralem SS. Petri et Blasii de Soisson loci de Turribus O. S. Aug. can. reg. a commendatario Lud. de Reviliasco pr. U. I. D. d fine resignatum, a praepositura conventuali N. Dom. de Pignaco d. Ord. Forolivien. dioec. dependentem. Fr. 24 duc. In signum recognitionis rector d. coll. tria onera seu tres caricas bladae seu avenae valoris 4 sc. quotannis priori solvat in loco de Pignaco.
R. ap. S. M. M. VIII kal. Maii 1634 P. an. XII.

Reg. bull. V. 349. b.

166. *Ex iniuncto nobis.* – Urban. VIII, citatis litt. Pauli II, *Cum in omnibus iudiciis*, 1465, v. id. Maii, petentibus Ferdinando epõ et princ. Leodien. suo et capituli et canonic. necnon rect. coll. S. I. Leodien. nominibus, mandat archidiacono eccl. et officiali episcopi Namurcen. ut confirment in favorem d. collegii pretio 1000 scut. venditionem domus sive palatii suburbani Floris Lilii nunc. in agro Leodien. ac Daurat et Fragne etiam nunc. et aliis vicinis collibus sitae, per quondam Arnoldum a Vacthendonc

ipsius eccl. decanum Praesuli ad usum recreationis relictae sub onere solutionis nonnullorum legatorum ad summam 4000 scut. aur. (3000 duc. auri de camera) ascendentium.
R. ap. S. M. M. XVIII kal. Maii. 1635 P. an. XII.

Reg. bull. VI. 60.

167. *Cum sicut accepimus.* – Urban. VIII declarat. regulares qui ultra vota solita etiam votum emittunt de non petenda aut acceptanda extra religionem dignitate, per quamcumque eorum translationem seu habitus privationem aut dimissionem a voto huiusmodi nullatenus liberari.
R. ap. S. M. M. XXI Maii. 1635 P. an. XII.

Bull. Rom. *Elench. bull.*

168. *Ex iniuncto nobis.* – Urban. VIII, citatis litt. Pauli II, *Cum in omnibus iudiciis*, 1465, v. id. Maii, petentibus rect. et collegialibus coll. S. I. Taurinen. et communitate et hominibus Taurinen., mandat archidiacono eccl. et vic. gen. archiepiscopi Taurinen. ut, si in evidentem d. coll. utilitatem cedat, deroget prohibitioni alienationis in testamanto Alerami Berchutae fundatoris praefati collegii, et venditionem cuiusdam portionis (fr. 6 libr. seu 2 sc. auri) ad emptionem cuiusdam terrarum continentiae (fr. 6 sc.) in regione alta seu putei strata nunc. confirmet.
R. ap. S. M. M. VI non. Iun. 1635 P. an. XII.

Reg. bull. VI. 62.

169. *Exponi nobis nuper.* – Urban. VIII, petentibus Vinc. Raimondo, Nic. Cusmano et Ant. Fazzan religiosis S. I., mandat archiepõ Messanen. sive eius vic. gen. ut approbet conversionem in emptionem stabilium, scutorum 10920 super 20000 a Io. B. Ciurgo Messanen. relictis pro fundatione et dote collegii sub invoc. S. I. B. in d. civ. et contrata S. I. B. Hierosolymitani erigendi.
R. ap. S. M. M. XIII Iul. 1635 P. an. XII.

Reg. bull. VI. 65.

170. A. P. R. M. *Exponi nobis nuper.* – Urban. VIII, petente Mutio Vitelleschi Praep. Gen. S. I., declarat superiores d. S. qui sunt magistri novitiorum non comprehendi in decreto Clem. VIII prohibentis ne superiores confessiones subditorum audiant, teneri

tamen superiores maiores semel in anno alios confessarios deputare.
R. ap. S. M. M. XXXI Aug. 1635 P. an. XIII.

Nov. bull. S. I. 171. *Reg. bull. VI.* 63 b.

171. *Nuper pro parte.* – Urban. VIII, petentibus officialibus et confratribus confr. S. Rocchi terrae Bussetti Burgi S. Donini, mandat epō et primicerio eccl. Burgi S. Donini ut, si in evidentem, confirmet venditionem, pro coll. S. I. d. terrae, domus in situ d. coll. existentis, valoris in propr. 75, redd. annui 4 scut.
R. ap. S. M. M. X Sept. 1635 P. an. XIII.

Reg. bull. VI. 66.

172. *Nuper pro parte.* – Urban. VIII, petentibus rect. et clericis regul. coll. S. I. terrae Bussetti Burgi S. Donini dioec., mandat epō et primicerio eccl. Burgi S. Donini ut, si in evidentem, confirment permutationem domus valoris in propr. 60, redd. ann. 3 1 2 sc cum confratribus confr. B. M. de Rosario pro alia domo in contrata S. Antonii val. in prop. 50, redd. ann. 3 sc.
R. ap. S. M. M. X Sept. 1635 P. an. XIII.

Reg. bull. VI. 66 b.

173. *Nuper pro parte.* – Urban. VIII, petentibus capitulo et canonicis eccl. S. Bartholomaei terrae Bussetti Burgi S. Donini dioec., mandat episcopo Burgi S Donini et primicerio eccl. ut confirment, si in evidentem, venditionem domus in situ coll. S. I. d. terrae sitae et ad mensam capitularem spectantis pro d. coll., pretio 170 sc.
R. ap. S. M. M. XI Sept. 1635 P. an. XIII.

Reg. bull. VI. 67.

174. *Exponi nobis nuper.* – Urban. VIII rectori et presb. S. I. opp. Friburgi Lausanen. dioec. permittit emptionem monasterii de Alta Christi vulgo Aulcrest, Cistercien. Ord. infra limites dominii temporalis Bernae, habentis sub se tenutam Sales nunc. infra limites iurisd. tempor sculteti et magistratus Friburgi sitam, de cuius tenutae emptione fere transactum est inter Friburgum et Bernam.
R. ap. S. M. M. XXI Nov. 1635 P. an. XIII.

Reg. bull. VI. 67. b.

175. A. F. R. M. *Spirituali in Christo.* – Urban. VIII, petentibus abbatissis seu priorissis et monialib. monasteriorum Cistercien. Ord. oppidorum Rathusen. et Eschenbach Constantien. dioec. presbyteris S. I. ad 15 annos concedit ut de licentia Praep. Gen. illarum confessiones audiant.
R. ap. S. P. XXVI Mart. 1636 P. an. XIII.

Reg. bull. VI 68.

176. A. F. R. M. *Dilectos filios.* – Urban. VIII alumnis seminarii Vilnen. ad septennium concedit ut extra tempora et ab antistite per eos deligendo ordinari possint.
R. ap. S. M. M. III Iul. 1636.

Reg. bull. VI. 68. b.

177. *Alias a nobis emanarunt.* – Urban. VIII, petente Ioanne Aloysio com. de Nassau Catzenelebogen, mandat Martino Insulan. episcopo suo in partibus inf. Germaniae Nuntio ut executionem, decessu a nuntiatura sua Petri Aloysii episcopi Tricaricen. ibidem tunc abruptam, litterarum insertarum *Etsi Rom. Pontificem,* ap. S. Petrum XII Apr. MDCXXXI, P. an. 8. prosequatur, quibus sc. d. Nuntio Martino commendabatur applicatio secundum d. comitis petitionem collegio S. I. facienda ecclesiae collegiatae in loco de Diez Treviren. dioec. olim per comites de Nassau pro 12 canonicis fundatae, et monasteriorum monialium de P.. istem S. Bened., de Bezelech Praemonstraten. Treviren. dioec., de Tron Cistercien. Moguntin. et de Gnadenthal etiam Cistercien. Ordinum Treviren. respect. dioec. (fr. insimul 1600 duc.) quae in haereticorum ministrorum usus et in cuiusdam scholae calvinisticae manutentionem conversa erant.
R. ap. S. M. M. IV Aug. P.1637 P. an. XIV.

Reg. bull. VI. 71.

178. *Ex iniuncto nobis.* – Urban. VIII, citatis litt. Pauli II, *Cum in omnibus iudiciis* 1465, V. id. Maii, petentibus rect. et collegialibus coll. S. I. Siracusan., mandat thesaurario eccl. Syracusan. et vic. gen. episcopi Siracusan., ut, si in evidentem, concedat d. coll. licentiam vendendi quamdam domum et duas apothecas, ruinosas et saepe illocatas (redd. ann. 60 sc.), a Leonora Dominici cum prohibitione alienationis et sub pœna devolutionis ab alios

relictas et alia stabilia inde emendi ex quibus 70 scuta percipi possint.
R. ap. S. P. VIII id. Feb. 1637 P. an. XV.

Reg. bull. VI. 77.

179. A. F. R. M. *Alias fe. re. Gregorius PP XIII.* Urban. VIII, petentibus presb. et relig. S. I. missionariis Iaponiae concedit ad 20 annos pensionem 4000 sc. super proventibus collectoriae iurium cam. apostolicae in Hisp. regnis.
R. ap. S. P. XX Nov. 1638 P. an. XVI.

Reg bull. VI. 74. b.

180. A. F. R. M. *Alias fe. rec. Greg. XV.* – Urban. VIII indulgentiam plenariam a Greg XV concessam in festo S. Fr. Xav. confirmat et festum, si in primam dom. adventus inciderit, in unum ex diebus infra octavam festi praedicti transfert.
R. ap. S. P. II Dec. 1638 P. an. XVI.

Bull. Rom. *Elench. bull.*

181 A. F. R. F. *Alias fe. rec. Greg. XV.* – Urban. VIII petente Praep Gen. S. I. indulgentiam plenariam pro visitantibus eccl. S. I. in festo S. Franc. Xav. concedit, cum translatione indulgentiae quando festum occurrit prima dominica adventus.
R. ap. S. P II Dec. 1638 P. an. XVI.

Bull. Rom. *Elench. bull.*

182. *Ex debito pastoralis.* – Urban. VIII, petentibus fratribus O. S. Aug. fr. eremitarum ex una et presb. S. I. ex altera partibus, mandat officiali episcopi Warmien. ut confirmet transactionem medio Francisci S. Laur. in Damaso diac. Card. Barberini inter eos initam super quodam monasterio diruto, dein exusto et a 100 annis deserto opp. Resilien. d. dioec. cuius rudera collegio S. I. in d. opp. construendo per Albertum Card. de Polonia tunc Warmien. eccl. praesulem seu per antecessores concessa fuerant; coll. d. fratribus pro aedificando in civ. Lublinen. monasterio solvet 3000 fl.
R. ap. S. P. non. Apr. 1639 P. an. XVI.

Reg. bull. VI 78.

183. *Ad augendam.* – Urbani VIII concessio indulgentiae ad septennium pro oratione 40 hor. in carnisprivio (Cfr. n. 138).
13 Iul. 1639.

Elench. bull.

184. *Coelestium munerum.* – Urbani VIII indulgentiae pro missionibus S. I. ad septennium (Cfr. n. 135).
23 Iul. 1639.

Elench. bull.

185. *Christi Salvatori.* – Urbani VIII confirmatio concordiae inter S. I. et clerum Legionis et Castellae pro decimis.
3 Sept. 1639.

Elench. bull.

186. *Exhibitae nobis nuper.* – Urban. VIII, petente Mutio Vitelleschi Pr. Gen. S. I. mandat archiepiscopo Cameracen. sive eius officiali ut iudicem in civ. Leodien. deputet qui audiat et decidat causam nullitatis donationis factae collegio S. I. Huen. dioec. Leodien. per Aegidium de Mean, qui admissus an. 1614 in S. I. aet. anno 23, simplicia vota, studia, 3^{m} probationem fecit, ad s. Ordines promotus, per 20 annos varia ministeria exercuit, dein discedere volens, donationem suam an. 1616 inter vivos, praesente fr. germano Ioanne, coram scabinis et alta iustitia nunc. civitatis Leodien. factam, annullari ab officiali Leodien. curaverat.
R. ap. S. P. XXIV Maii 1640 P. an. XVII.

Reg. bull. VI. 79. b.

187. Cong. S. Rit. – Aragoniae : Episcopum non potuisse praecipere clero regni festum S. Ignatii sub ritu duplici.
15 Dec. 1640.

Gardellini 1263.

188. *Ex iniuncto nobis.* – Urban. VIII, citatis litt. Pauli II, *Cum in omnibus iudiciis*, 1465, V. id. Maii, petentibus rectore seminarii puerorum ecclesiastici Spoletan. et Carolo et fratribus de Cocciolis, mandat priori eccl. Spoletan et vic. gen. episcopi Spoletan. ut confirmet emptionem in favorem coll. S. I. Spoletan. 3 terrae petiorum (valor 344, fr. 12 sc.) ad dd. fratres in medio praedii villae S. Crucis d. S. spectantium pro aliis quotuor petiis ad eosdem spectantibus sed annuae praestationi unius librae cerae erga d. semin. subiectis.
R. ap. S. M. M. IV id. Iul. 1641 P. an. XVIII.

Reg. bull. VI. 84.

189. Congr. S. R. et U. Inquis. – Attentis decreto Pauli V per nuntios apostolicos vetantis ne imprimatur in materia de Auxiliis, etiam praetextu commentandi S. Thomam, nisi tractatus ad S. Inquis. prius missus – et decreto Urb. VIII 22 Maii 1625, idem. vetantis, donec aliud a Sede Ap. fuerit ordinatum, ac decernentis poenas – liber C. Iansenii *Augustinus*. et eius occasione impressae *Theses* a Patribus S. I. Antwerpiae et omnia edita atque imprimenda pro vel contra Iansenium et iesuitas, prohibentur et sub pœna excomm. ipso facto incurrenda retineri ac legi vetantur. Insuper, sub praed. pœna vetatur quidquam quavis occasione de materia div. auxiliorum imprimi, sine expressa et speciali S. S. licentia donec aliud fuerit ordinatum : pœna Sanct. Suae et S. Congr. reservata.
1 Aug. 1641.

Analecta Iur. Pont. I. p. 1223. *Elench. bull.*

190. A. P. R. M. *In his auctoritatis nostrae.* – Urb. VIII, supplicante Mutio Vitelleschi Praep. Gen. S. I., statuit presbyteros, clericos, coadiutores et novitios S. I. iuxta morem d. S. confessario pro tempore deputato et non aliis confiteri, ita tamen ut 5 vel 6 vicibus quolibet anno offeratur conf. extraordinarius.
R. ap S. M. M. XXIII Aug. 1641 P. an. XIX.

Nov. bull. S. I. 173. *Elench. bull.*

191. Facultates concessae a S. D. N. Urbano PP. VIII P. Isaac D'Aultry (cfr. n. 133) missionario S. I. Cpoli. – In gen. congr. S. R. et U. Inq. habita in pal. apostolico montis Quirinalis SS. D. N. P. praedictus concessit .... ad septennium – F. Card. Barberinus. I. Ant. Thomasius N.
F. V d. XIX Sept. 1641.

Reg. bull. VI. 82.

192. A. F. R. M. *Exponi nobis.* – Urban. VIII, petenti Carolo Ant. Guagio Perusino, concedit ut competentem ratione legati in favorem duorum e terra Aquaependentis studentium collegio S. I. Perusino relicti locum studii permutet et litteris operam det in Urbe.
R. ap. S. M. M. XII Oct. 1641 P. an. XIX.

Reg. bull. VI. 85 b.

193. Cong. S. Rit. – Recanaten. Pro anniversario dedicationis ecclesiae dies certus per episcopum eligi debet nec iam mutari.
11 Nov. 1641.

Gardellini, 1353.

194. *Justis et honestis.* – Urban. VIII, petentibus rect. et presb. coll. S. I. Mediolanen., mandat vic. gen. archiepiscopi Mediolanen. ut confirmet permutationem possessionis, oneri solutionis decimae erga paroch. eccl. loci de Dergheno o. dioec. in 160 libris imperialibus solvendo obnoxiae an. 1621 Ioanni P. Bimio venditae, pro altera de Landonio nunc. ab omni decima libera, in hanc praed. onere an. 1630 translato.
R. ap. S. P. XV kal. Ian. 1641 P. an. XIX.

Reg. bull. VI. 83.

195. S. Cong. Indicis. – Damnat et prohibet librum : *De la hiérarchie et de ceux qui la composent*, par le P. L. Cellot, iés. de Paris.
XXII Ian. 1642.

Ann. de la S. des soi-dis. Jésuites III, 715.

196. *Pastoralis officii.* – Urbani VIII revalidatio nonnullarum professionum in S. I. non rite emissarum.
29 Ian. 1642.

Elench. bull.

197. Cong. S. Rit. – Maceraten. Spectare ad sacerdotes S. I. officia funeralia super defunctis, sin per se non faciant, per parochum, non per alios exteros presbyteros facienda.
10 Mai 1642.

Gardellini, 1380.

198. A. P. R. M. *Honorum dignitatumque.* – Urb. VIII de voto simplici professorum S. I. non procurandi aut acceptandi dignitatem, declarat illo obligari dimissos et translatos ad aliam religionem nec posse dispensari nisi a R. Pontifice.
R. ap. S. P. XXVI Febr. 1643 P. an. XX.

Nov. bull. S. I. 174. *Elench. bull.*

199. Congr. gen. S. Inquis. – Liber. Mich. Rabardei S. I. Aurelian. *Optatus Gallus de cav. schism. benigna manu sectus*, damnatur tanquam favens potius schismati.
19 Mart. 1643.

Ann. de la S. des soi-dis. Iésuites, III. 797.

200. *Nuper pro parte.* – Urban. VIII, petentibus rectore coll. S. I. et capitulo et canonicis saec. et collegiatae eccl. S. M. Maioris casalis nunc. Capuan., mandat archiepiscopo seu archipresb. (Capuan.) ut confirment commutationem quorumdam terrae petiorum ad invicem inter oratores, valoris 170, redd annui 11 duc.
R. ap. S. P. XIII Apr. 1644 P. an. XXI.

Reg. bull. VI. 86 b.

201. *Exponi nuper.* – Urbani VIII breve P. Michaeli Columerae prof. S. I. quo permittitur illi, instante Praep. Gen., ut ad subveniendum egestati genitricis viduae et sororum nubilium, summam sc. 500 mon. rom. acquirere possit. Quod si intra 5 vel 6 mensium spatium redditus huiusmodi consequi non potuerit, tunc extra domos regulares S. I. habitu tamen retento, degere et pernoctare conceditur ut ex industria necessitatibus matris et sororum subveniat.
30 Maii 1644.

Elench. bull.

202. A. P. R. M. *Ex debito pastoralis.* – Urban. VIII, petentibus rect. et collegialibus coll. S. I. Asculan. et parochis seu clero eccl. seu civ. Asculan., confirmat concordiam inter eos de consilio Iulii Card. Gabriellii nunc. d. maioris eccl. Asculan. praesulis initam super oratorio sub invoc. S. Catharinae Asculan., a Paulo V d. collegio annexo, nulliusque redditus.
R. ap. S. P. XVI kal. Iul. 1644 P. ann. XXI.

Reg. bull. VI. 87.

INNOCENTII X.

Innocentius X. Romanus, Ioannes Bapt. Pamphilius Card. tit. S. Eusebii, creatus XV Sept., coronatus IV Octobris 1644, obiit VII Ian. 1655.

P. Sfortiam Pallavicinum inter theologos adlegit, quorum consilio damnavit 24 Ian. 1647 assertam omnimodam aequalitatem inter SS. Petrum et Paulum sine subordinatione huius ad illum in regimine Ecclesiae, ac deinde 31 Maii 1653, quinque propositiones Iansenii. P. Francisco Piccolomineo negotium dedit ut Christinam Sueciae reginam ab haeresi revocandam procuraret, ad quam idcirco missus est P. Paulus Casatus S. I. theologus.

Eius iussu congregatio particularis, Bernardino Card. Spada praefecto, 5 non. Apr. 1653 ad Ioannem de Palafox Angelopolitanum episcopum Societati minus faventem scripsit: « Te etiam atque etiam hortamur ut, ea qua decet in tam laudabilem proficuumque ordinem existimatione, religiosam hanc familiam, in vinea Domini summo cum fructu ac labore desudantem, paterna charitate amplectaris ac foveas » Et congregatio S. Inquisitionis in decreto 23 Apr. 1654: « Caeterum, quum circumferantur quaedam asserta acta, manuscripta et forsitan typis excusa, congregationum habitarum coram fe. rec. Clemente VIII et Paulo V super quaestione de auxiliis gratiae, tam sub nomine Francisci Pegnae, olim Rotae Romanae decani, quam Fr. Thomae Lemos O. Pr. aliorumque praelatorum et theologorum, qui, ut asseritur, praedictis interfuerunt congregationibus, necnon quoddam autographum seu exemplar assertae constitutionis Pauli V super definitione praedictae quaestionis ac damnationis sententiae seu sententiarum Lud. Molinae S. I.: eadem Sanctitas, suo praesenti hoc decreto, declarat ac decernit praedictis assertis actis tam pro sententia FF. Ord. S. Dominici quam Ludovici Molinae aliorumque S. I. religiosorum, et autographo sive exemplari praedictae assertae constitutionis Pauli V nullam omnino esse fidem adhibendam, neque ab alterutra parte seu a quocumque alio allegari posse vel debere, sed super quaestione praedicta observanda esse decreta Pauli V et Urbani VIII suorum Praedecessorum »

---

1. S. Rit. Congr. – Decretum de apponendo off. S. Ignatii in brev. Romano, die eius festo 31 Iul.
29 Oct. 1644.

Elench. bull.

2. *Ex iniuncto nobis.* – Innoc. X petentibus rect. et presb. coll. S. I. Parmen. mandat vic. gen. episcopi Parmen. ut concedat,

si in evidentem, facultatem alienandi bona quaedam ex haereditate univ. anno 1601 Caeciliae de Caligariis Parmen. et ex dispositione anno 1621 Franc. de Pegolottis cler. Parmen. d. coll. relicta, et emendi alia bona stabilia melioris redditus, ut coll. censibus ad 7700 sc. ascendentibus, quorum occasione ad rationem 7 pro quolibet centenario interessuria solvit, gravatum, census extinguere melius possit.
R. ap. S. P. V id. Ian. 1644 P. an. I.

Reg. bull. VI. 88.

3. *Ex iniuncto nobis.* – Innoc. X, petentibus rect. et collegialibus coll. S. I. Pictavien., mandat officiali episcopi Pictavien. ut in favorem d. coll., cum quo a Paulo V, consentientibus Malleacen. episcopo collatore et monachis monast. insulae Malleacen., unitus fuerat prioratus S. Martini de Leguge Pictavien. dioec., a Ioanne Pourault, monacho O. S. B. in monast. S. Cypriani prope Pictavien. civ. resignatus — uniat sacristiam d. prior. (redd. 24 duc.) ab eodem resignatam.
R. ap. S. P. III id. Maii 1645 P. an. I.

Reg. bull. VI. 90 b.

4. S. Congr. Conc. – Decretum in causa decimarum regni Poloniae, ubi censuit a regularibus et patribus S. I. solvendas esse decimas parochis et aliis beneficiatis regni Poloniae, quae solvebantur a laicis priusquam eorum bona in regularium proprietatem essent translata, firmis tamen remanentibus transactionibus desuper factis. Die vero 31 Iulii, SS. D N. Emō Card. Praefecto referente in consistorio approbavit.
17 Iun. 1645.

Elench. bull.

5. S. Congr. de propag. fide. – Decretum circa correctionem iuramenti ab alumnis pontificiis praestandi, cum eiusdem formula.
12 Sept. 1645.

Elench. bull.

6. S. Congr. de propag. fide. – Decretum quo approbantur, annuente SS., responsa et resolutiones datae ad quaesita missio-

nariorum regni Synarum, instante P. Ioanne Bapt. de Morales Ord. Praed.
12 Sept. 1645.

Elench. bull.

7. *Nuper pro parte.* – Innocentii X breve directum Vicario Gen. S. I. (Car. Sangrio) quo facultatem concedit P. Alphonso Cignardo prof. S. I. transeundi ad Ord. fr. servorum B. M. V. seu ad aliam religionem claustralem iuxta facultatem quam habet Praep. Gen. sic indulgendi.
30 Sept. 1645.

Elench. bull.

8. Facultates concessae a S. D. N. Innocentio X P. Dominico de Mauritiis, rectori coll. S. I. in civ. Chii. – In congr. gen. S. R. et U. Inq. habita in pal. ap. Montis Quirin. S. D. N... concessit suprad. fac. ad septennium. – H. Card. Barberino. Io. Ant. Thomasius Not.
F. V d. XIX Oct. 1645.

Reg. bull. VI. 88 b.

9. A. P. R. M. *Prospero felicique statui.* – Innoc. X, audita S. I. gener. congreg. sententia, decernit singulo novennio celebrandam esse congreg. gener. et mutandos Assistentes ; praeterea superiores post triennium debere a muneribus cessare, exceptis mag. nov.
R. ap. S. P. I Ian. 1646 P. an. II.

Bull. Rom. — Nov. bull. S. I. 177. *Reg. bull. VII.* 44.

10. *De provida sed. Apost.* – Innoc. X suo in Urbe eiusque districtu Vic. gen., petentibus communitate et hominibus civ. Castelli, mandat ut, attendens ad testam. Ioannis Ant. Fuccioli de civ. Castelli, in utr. sign. referendarii, pro unius coll. Romae erectione sub invoc. SS. Ioannis et Caroli in gratiam 18 iuv. pauperum, numerum scholarium et personarum deservientium ad 12 schol., 3 famulos et rectorem reducat.
R. ap. S. P. VIII id. Febr. 1645 P. an. II.

Reg. bull. VI. 235.

11. *Nuper pro parte.* – Innocentii X breve confirmatorium decreti S. Cong. Conc. 17 iun. 1645 super solutione decimarum per regulares, signanter S. I., in regno Poloniae (cfr. n. 4).
21 Febr. 1646.

Elench. bull.

12. *Nuper pro parte.* – Innoc. X, petentibus presb. S. I., concedit epō Maioricen. facultatem indulgendi ut fiat, quatenus adsit dos congrua, fundatio coll. d. S. in civ. Maioricensi, cui incipiendo cum possessio. de consensu vicarii capitularis, capta esset, idem postea asserens se alios regulares d. civ. non citasse, omnia revocaverat, conservatorem a S. I. electum et rectorem carceri mancipaverat, lite in sacro rotae rom. auditorio adhuc pendente.
R. ap. S. P. II Iun. 1646 P. an. II.

Reg. bull. VI. 91. b.

13. *Ex iniuncto nobis.* – Innoc. X, citatis litt. Pauli II, *Cum in omnibus iudiciis*, 1465, v. id. Maii, petentibus confratribus confr. S. Margheritae opp. de Sciacca dioec. Agrigentin. et rect. coll. d. opp. mandat decano eccl. Agrigentin. et vic. gen. episcopi Agrigentin. ut concedant in emphyteusim quoddam petium terrae in contrata de Guardiavaxio sub canone annuo 16 unciarum (25 duc.) a d. coll. solvendo.
R. ap. S. M. M. V non. Iul. 1646 P. an. II.

Reg. bull. VI. 92.

14. *Circumspecta Rom. Pontificis.* – Innoc. X, petente Nic. Royon rect. coll. S. Mariae presb. S. I. Bituricen., mandat officiali archiepiscopi Bituricen. ut cum d. coll. a 80 annis erecto, cuius fabrica in magna inopia constructa ruinam minatur, uniat, cum primum vacaverit, prioratum loci du Maure (?) O. S. Aug. can. reg. d. dioec., ad prioratum S. Laurentii de Lartige d. O. dioec. Lemovicen. spectantem, quem lac. Daubenton presb. in commendam obtinet Fr. 24 duc.
R. ap. S. M. M. XII kal. Aug. 1646 P. an. II.

Reg. bull. VI. 93. b.

15. Congr. S. Rit. – Decretum de officio S. Ignatii apponendo in kalendario et brev. Rom.
31 Iul. 1646.

Elench. bull.

16. S. Congr. de prop. fide. – Decretum super facultate relicta Praep. Gen. S. I. eligendi missionarios eosque mutandi, etiam inconsulta S. Cong., dummodo nomina remotorum significentur, ut ipsa substitutos declarare suos missionarios et, si opus fuerit, facultates necessarias renovare possit.
15 Oct. 1646.

Elench. bull.

17. A. P. R. M. *Universalis Eccl. regimini.* – Innoc. X, petente Vinc. Caraffa Praep. Gen. S. I., decreta congr. gen. VII de anno 1615 et VIII de anno 1646 de usu clericalis pilei, biretti nunc. temporalibus coadiutoribus in posterum venturis non concedendi confirmat.
R. ap. S. M. M. XVI Mart. 1647 P. an. III.

Reg. bull. VII. 27.

18. A. P. R. M. *In supremo apostolicae.* – Innoc. X, exponentibus presb. S. I. in regno Hyberniae quod I. B. archiepiscopus Firman. Sedis Apost. in d. regno Nuntius, presbyteris d. S. in civ. Kilkeniensi ecclesiam mon. seu prioratus S. Ioannis Evang. extra portam d. civ. sitam, alias ad can. reg. Congr. Lateranensis spectantem, de consensu Thomae Roth eccl. S. Canici Kilkeniensis decani ac in diocc. Ossorien. vic. gen. necnon d. prioratus prioris commendatarii dedit cum situ et ambitu ad coll. S. I. et seminarium puerorum ecclesiasticum erigendum unumque ex 2 vel 3 canonicis in regno superstitibus opponentem repressit (inseruntur litt. Nuntii. I. B. Rinuccinus... Kilkeniae ex palatio nostrae solitae resid. die 1 Maii 1646, et litterae Th. Rothi 27 Ian. 1645) d. concessionem confirmat.
R. ap. S. M. M. XX Aug. 1647 P. an. III.

Reg. bull. VI. 95.

19. Facultates concessae a S. D. N. Innocentio PP. X. P. Francisco Martino S. I. superiori missionis seu residentiae patrum S. I. Cpoli. – In cong. gen. S. R. et U. Inq. habita in pal. Ap. Montis Quirin. S. D. N. Inn. PP. X concessit... cum auctoritate illas communicandi sociis suis in missione... Ad septennium – I. Card. Roma, I. Ant. Thomasius Not.
F. V. d. XX Febr. 1648.

Reg. bull. VI. 98.

20. Facultates..... P. Hieronymo Lalemant S. I. superiori missionis seu residentiae PP. S. I. in Canada Indiarum novae Galliae. – In congr... Ad 15 annos.
F. V. d. XX Febr. 1648.

Reg. bull. VI. 99. b.

21. Decretum SS^mi^ quo approbatur resolutio congreg. particularis ab eo deputatae, ubi declaratur Ambrosium Massam Siculum non esse reintegrandum in S. I. quam reingredi instabat, cum impositione perpetui silentii.
27 Apr. 1648.

Elench. bull.

22. A F. R. M. *Cum sicut accepimus.* – Innoc. X, supplicantibus procuratoris Ioannis episcopi Angelopolitani, responsionem Congregationis aliquorum Cardinalium et Rom. Curiae Praelatorum, in causa inter ipsum et S. I., tum super controversiis, tum super dubiis ex utraque parte propositis datam 16 apr. 1648, confirmat.
R. ap. S. M. M. XIV Maii 1648 P. an. IV.

Bull. Rom. — *Bull. de propag. fide I.* 253. *Elench. bull.*

23. A. P. R. M. *In supereminenti apost. Sedis.* – Innoc. X, petente Melchiore Ottone epō Bambergen., academiam ab eo in d. civ. sub directione Praep. Gen. et cleric S. I. fundatam confirmat et privilegia varia concedit.
R. ap. S. M. M. XVIII Iul. 1648 P. an IV.

Bull. Rom. *Reg bull. VI.* 101.

24. *Ad supremi apostolatus.* – Innoc. X, petentibus Praep. Gen. S. I. et provisoribus montis pietatis Novarien., confirmat concordiam, super 625 sc. ex conventione per ipsos collegio Novarien. debitis et nonnullis abhinc annis testatoris Anrici coenobii civis Novarien. mente sic deficiente recusatis, initam de consensu senatus Mediolanen. qua d. collegio nonnullae possessiones in territoriis Nicomi, Mortarii, Cereti, Castrinoneti, Prodomii consignantur.
R. ap. S. M. M. IV id. Ian 1648 P. an. V.

Reg. bull. VI. 105.

25. A. F. R M. *Ex incumbenti.* – Innoc. X, petentibus Ioanne Nic. de Comitibus Romano et Franc. Bonacossio et Praep. Gen. S. I., pro interesse collegii S. I. Ferrariensi confirmat concordiam inter eos initam super haereditate marchionissae Foelicis Saxatelli Imolen. seu Ferrarien, quondam Torquati de Comitibus ducis terrae Guadagnoli relictae.
R. ap. S. M. M. XVII Ian. 1649 P. an. V.

Reg. bull. VI. 102.

26. *Ad augendam.* – Innocentii X indulgentia pro commun. gen. ad 15 annos. (Cfr. Urb. VIII n. 157).
5 Febr. 1649.

Elench. bull.

27. A. F. R. M. *Animarum saluti.* – Innoc. X renovat ad 20 annos facultates S. I. in utraque India ab Urbano VIII (Cfr. n. 105) concessas.
R. ap. S. M. M. I Mart. 1649 P. an. V.

Bull. de propag. fide I. 276. — *Bull. Rom.* *Reg. bull VI.* 106.

28. S. Cong. Conc. – Confirmatio decreti 9 Iul. 1644, in causa archiep. Senonen. cum PP. coll. S. I. Senonen., quos omnes interdixerat ab audiendis confessionibus a domin. palmarum ad dom. in albis.
11 Iun. 1650.

Elench. bull. sub. d. 3 *Feb.* 1645.

29. *Nuper pro parte.* – Innoc. X, petentibus rectore et cler. regul. coll. Mediolanen. S. I., mandat epō, vacante sede Mediolanen, viciniori, ut confirmet d. collegio, ob calamitosum rerum in illis partibus statum, facultatem commutandi in census vitalitios pro 5000 sc., aliquos ex annuis redimibilibus censibus.
R. ap. S. M. M. I Oct. 1650 P. an. VII.

Reg. bull. VI. 109.

30. *Nuper pro parte.* – Innoc. X, petente praep. dom. prof. S. I. Neapolitanae, mandat..... ut concedat d. domui licentiam imponendi census vitalitios quosdam ad effectum extinguendi annuos perpetuos census ad 600 duc. in eorum sorte principali

ascendentes, pro quorum aliquibus ad rationem 8 duc. pro centenario quolibet solvit.
R. ap. S. M. M. XIV Oct. 1650 P. an. VII.

Reg. bull. VI. 110.

31. S. Congr. Conc. – Decretum in Mantuana primiceriatus, quod P. Fr. M. Gonzaga retinere valeat primiceriatum in eccl. S. Andreae Mantuae de iure patronatus ducis Mantuae ; qui instabat ut beneficium huiusmodi omnino dimitteret et renuntiaret toto tempore novitiatus. Et interim rescribendum epõ Mantuan. ut provideat de persona idonea quae subeat munera d. primiceriatus.
12 Nov. 1650.

Elench. bull.

32. S. Congr. epõrum et regul. – Decretum quod professiones nostrorum non sunt comprehensae in bulla prohibitiva Innoc. X.
12 Dec. 1650.

Elench. bull.

33. A. F. R. M. *In supereminenti.* – Innoc. X, petente Philippo Hisp. rege cath., facultatem conferendi gradus iis qui studuerint annos 5 in coll. formatis presb. S. I. insularum Philippinarum ac de Chille, Tucuman, fluvii de Plata et novi regni Granaten. aliarumque partium earumdem Indiarum impartitur ad sexennium.
R. ap. S. M. M. XX Dec. 1650 P. an. VII.

Reg. bull. VI. 111.

34. A. F. R. M. *Alias fel. rec. Greg. XV.* – Innoc. X, exponente Pyrro Gherardo S. I. Procur. Gen., festum S. Fr. Xav., quoties in domin. primam adventus incidat, transferri in feriam secundam cum indulgentia concedit.
R. ap. S M. M. XXVII Oct. 1651 P. an. VIII.

Bull. Rom. *Elench bull.*

35. *Nuper pro parte.* – Innoc. X, petente rectore coll. S. Iosephi Neapolitani S. I., mandat epõ... ut pro extinctione census cuiusdam in Urbe d. collegio facultatem concedat accipiendi ad censum Neapoli summam 8000 duc.
R. ap. S. M. M. XII Iul. 1652 P. an VIII.

Reg. bull. VI. 111. b.

36. Congr. S. Rit. - Decretum, Regulares, etiam S. I. teneri in missis solemn. adhibere diac. et subdiac., et in vesperis sacerdotem pluviali indutum... et non esse celebranda festa BB. cum octava.
5 Oct. 1652.

Gardellini, 1653.

37. A. F. R. M. *Alias a nobis emanarunt.* - Innoc. X litteras 14 Maii 1648 in causa Angelopolitana (cfr. n. 22) datas, clericis regularibus S. I. praetendentibus eas non esse iustificatas, a congregatione 4 cardinalium et 4 curiae praelatorum perpensas, cum decreto d. congregationis 4 Feb. 1652 dato, confirmat.
R. ap. S. M. M. XIX Nov. 1652 P. an. IX.

Bull. Rom. — Bull. de propag. fide I. 281 (1).

38. *Nuper pro parte.* - Innoc. X, petente rectore dom. prob. S. I. opp. Cherii Taurinen. dioec., mandat archiepō (Taurinen.) vel archid. Eccl. Taurinen. ut d. coll. ad extinguendum debitum ducatorum 1400 concedat facultatem accipiendi ad censum vitalitium d. summam a Lud. Lupo Taurinen. amico S. ad rationem annui fr. duc. 6 pro centenario.
R. ap. S. M. M. VII Dec. P. an. IX.

Reg. bull. VI. 112 b.

39. *Nuper pro parte.* - Innoc. X, petente rect. coll. cler. reg. S. I. Beneventani, mandat.... ut rectori concedat facultatem imponendi census annuos ad 5369 duc. et unius tareni summam in sorte principali ascendentes, ad minorem quam reperire poterit annui fructus rationem, super bonis stabilibus d. coll. eosque sic impositos personis meliorem conditionem offerentibus vendendi, servata Pii V de creandis censibus constitutione.
R. ap. S. M. M. XIV Ian. 1653 P. an. IX.

Reg. bull. VI. 113. b.

40. A. F. R. M. *Nuper pro parte.* - Innoc. X, petente Provinciali prov. Aragoniae S. I., confirmat concordiam, a Goswino Nickel d. S. Praep. Gen. 7 mart. 1653 approbatam (inseritur), super

(1) Cfr. *Oxomen. Beatificationis Ioannis Palafox. Animadversiones R. P. fidei promotoris* (*Car. Erskine*), p. 34-41.

decimis pro coll. S. I. a Stephano epō Oscen. in opp. Graus dioec. Barbestren. fundato.
R. ap. S. M. M. XXI Mart. 1653 P. an. IX.

Reg. bull. VI. 115.

41. *Nuper pro parte.* – Innoc. X petente rectore coll. S. I. Viterbien. mandat epō Viterbien. ut licentiam concedat nonnullas domos in d. civ. sitas, valoris in proprietate 2800, redd. annui 48 sc., vendendi ad satisfaciendum creditoribus Ioannis Brunaccii qui bona stabilia quaedam d. collegio donaverat.
R. ap. S. M. M. XXI Apr. 1653 P. an. IX.

Reg. bull. VI. 120.

42. A. F. R. M. *Cum sicut accepimus.* – Innoc. X, super differentias inter episcopum Angelopolitan. et religiosos S. I. de praedicatione et confessionibus ortas decretum congr. peculiaris 16 apr. 1648 citans, varia dubia ab utraque parte proposita solvit.
R. ap. S. M. M. XIV Maii 1653 P. an. IX.

Bull Rom.

43. A. F. R. M. *Alias a nobis emanarunt.* – Innoc. X confirmat decretum 17 Dec. 1652 a congr. partic in causa Angelopolitana datum, quo, repetito mandato parendi Brevi in eo in quo non fuit paritum, censet non fuisse locum electioni per Patres S. I. conservatorum ex aliis causis quam in Brevi expressis.
R. ap. S. M. M. XVII Maii 1653 P. an. IX.

Bull. Rom. — Bull. de propag. fide I. 282. *Elench. bull.*

44. *Nuper pro parte.* – Innoc. X, petente rectore dom. prob. cler. reg. S. I. Neapolitan., mandat archiepō Neapolitan. et cimiliarchae eccl. Neapolitan. ut confirment concordatum super onere a Iosepho Rinaldo, haerede univ. Stephani de Rinaldis, in favorem fratris sui Caroli S. I. clerici solvendo annuatim ducatorum 120 ; quod legatum per d. Caroli regularem professionem extinctum praetendebatur : d. Iosephus d. domui 1600 duc. intra 4 annos solvet.
R. ap. S. M. M. XXX Maii 1653 P. an. IX.

Reg. bull. VI. 121.

45. A. F. R. M. *Conservationi et manutentioni.* – Innoc. X, petente Praep. domus prof. S I. Neapolitan., prohibet ne vasa, calices, candelabra et alia paramenta d domus ecclesiis, monasteriis, congregationibus seu quibusvis personis commodentur, asportentur etc. sub poena excomm. latae sententiae.
R. ap. S. M. M. XVIII Nov. 1653 P. an. X.

Reg. bull. VI. 122.

46. *Exponi nobis nuper.* – Innoc. X Hieronymo Meltio committit facultatem absolvendi litigantes contra presbyteros S. I. super fundatione collegii S. Martini d. Soc. in civitate Maioricen., eo quod recurrerint ad iudices laicos.
R. ap. S. M. M. VIII Ian. 1654 P. an. X.

Bull. Rom.

47. A. F. R. M. *Exponi nobis.* – Innoc. X, petente rectore coll. S. I. Panormitan., sub poena exc. lat. sent. interdicit ne ex bibliotheca d. coll. libri, quinterna, folia tam impressa quam msc. extrahi, asportari possint vel ut commodentur permittatur.
R. ap. S. M. M. XX Mart. 1654 P. an. X.

Reg. bull. VI. 123.

48. Congr. S. Officii – Innoc. X super quaedam asserta Acta... congregationum..... de auxiliis sub nomine Fr. Pegnae et Pr. Th. de Lemos O. P.... necnon quoddam autographum cuiusdam assertae const. Pauli V super definitione quaestionis de Auxiliis ac damnationis sententiae Lud. Molinae declarat iis nullam omnino esse adhibendam fidem neque allegari posse, sed observanda esse decreta Pauli V et Urb. VIII.
13 Apr. 1654.

Anal. Iur. Pont. I. 1226.

49. *Cum sicut dilectus.* – Innoc. X. petente rect. coll. de Brera nunc. S. I. civ. Mediolanen. mandat (archiepiscopo Mediolanen.) ut d. collegio, ad fabricam scholarum, ex onere unius pensionis scut. 500 duarum lecturarum Canobianarum nuncupatarum prosequendam, facultatem concedat accipiendi, in emptionem domus

vicinae ad fabricam necessariae, ad census annuos redimibiles summam 2660 sc.
R. ap. S. M. M. XVIII Iun. 1654 P. an. X.

Reg. bull. VI. 124.

50. *Exponi nobis nuper.* – Innoc. X, petente rect. coll. S. I. opp. civ. Valettae nunc. Melevitan. dioec., mandat episcopo Melevitan. seu archidiacono eccl. Melevitan. ut d. coll. concedat licentiam vendendi tertiam partem situs domorum, quas pro indiviso d. coll. et conventui fr. Min. de observ. et conventui fr. Min. conventualium reliquerat Hieronymus Sans, in emptionem aliorum stabilium.
R. ap. S. M. M. XIII Oct. 1654 P. an. XI.

Reg. bull. VI. 125. b.

51. S. Congr. Conc. – Decretum quo significatur archiepō Mechlinien. ne exigat iuramentum super propositionibus ab eo exhibitis ut confessarii eas observent et iurent, sed concedat idoneis facultatem audiendi confessiones personarum saecularium. Interim eaedem propositiones qualificabuntur in S. Off. Congregatione, et secuta qualificatione certiorabitur.
14 Nov. 1654.

Elench. bull.

ALEXANDRI VII.

Alexandri VII, Senensis, Fabius Chisii, Presb. Card. tit. S. Mariae de populo, creatus VII, coronatus XVIII Apr. 1655, obiit XXII Maii 1667.

Laudibus S. I. indulget tum plurimis aliis, tum in litteris ad rempublicam Venetam de recepta iterum Societate. Illustres nostros poetas Iacobum Wallium, Iacobum Balde, missis etiam donis honoravit. Mortuo P. Sidronio Hoschio a palatinis vatibus iussit parentari, et in brevi 2 Oct. 1655 ad P. Franciscum Vander Veken, qui suas de Deo disputationes ei dicaverat: « Quem nostro, inquit, nomini divinis de rebus librum nuncupasti, perlibenter excepimus; nam cum vetus inter nos consuetudo his artibus coaluerit, iisdem a te retineri decuit, ac quoniam una cum suprema hac dignitate propius etiam Deo admoti sumus, his muneribus excoli quibus identidem loci et cum quo res ac rationes habendae nobis sint admoneamur.

Librum et corollam vulnerum Christi, a P. Guillielmo adinventam, sic probavit ut eius rei testes ad ipsum litteras per cubicularium suum comitem Furstembergium dederit. Pro felici morte impetranda institutam Cortraci a P. Ludovico Iacobi Congregationem agonis Christi, adiecta etiam indulgentia, confirmavit. Suadentibus Cardinali de Lugo et Nicolao Zucchio, cardinalium in conclavi confessario, Conceptioni B. M. Virginis negatum *immaculatae* titulum restituit, et P. Martini de Esparza libro de Deiparae conceptione a se scribi iusso, eumdem titulum praefigi voluit. Litem de S. Antonii abbatis corpore, Arelatenses inter et Viennenses agitatam, secundum hos ex P. Ioannis Bollandi sententia, decidit; huiusque obitum tulit aegerrime, negavitque utilius quam *Acta Sanctorum* opus et Ecclesiae Dei gloriosius editum fuisse a quoquam aut etiam inchoatum.

P. Ioannem Baptistam Cancellatum conscientiae suae arbitrum et P. Ioannem Paulum Oliva fidum in gravissimo S. Sedis negotiis consultorem habebat.

---

1. *Coelestium munerum thesauros.* – Alexandri VII concessio indulg. pro missionibus S. I. (Cfr. Urb. VIII, 154).
25 Apr. 1655.

Elench. bull.

2. *Nuper pro parte.* – Alexandri VII, petente rect. coll. Soran. S. I. mandat episcopo Soran. et primicerio eccl. Soran. ut licentiam concedant vendendi domum quamdam ut plurimum illocatam (redd. 7 $^1/_2$ sc.) et inde reparandi eccl. et coll. terrae motibus damnum passa.
R. ap. S. M. M. XXVIII Iun. 1655 P. an. V.

Reg. bull. VI. 126 b.

3. A. F. R. M. *Ex Rom. Pontificis.* – Alex. VII statuit legata, eleemosynas missionariis seu religiosis etiam S. I. a fidelibus Hollandiae elargienda in usum missionum et pauperum debere erogari, sin minus, in vicinioribus locis remanere pro scholis, seminariis, eaque solum Sedis Apost. licentia acceptari posse.
R. ap. S. M. M. III Aug. 1655 P. an. I.

Bull. de propag fide I. 285.

4. *Cum sicut accepimus.* – Alex. VII concessio ind. plen perpetuae in eccl. dom. prof. Romanae pro confratribus et consororibus bonae mortis, semel quolibet mense, f. VI ad libitum eligenda, applic. animabus Purgatorii, et quoad interessentes expositioni SS^mi qualibet f. VI in eadem eccl., orantibus aut disciplinam facientibus, 7 annos et totidem quadragen.
21 Aug. 1655.

Elench. bull.

5. *Exponi nobis nuper.* – Alex. VII, petentibus rect. coll. S. I. et universitate et hominibus opp. Montiscalerii Taurinen. dioec., mandat archiepiscopo Taurinen. et thesaurario eccl. Taurinen. ut, si in evid. coll. utilitatem, confirmet concordiam inter eos 15 Iun. initam super responsione vel canone annuo 340 sacc. (368 sacc. 3 eminarum 6 cupporum mensurae nunc., currentis) tritici et pro 4^a parte siliginis seu segalae a dd. hominibus d. collegio debito, cuius loco cedunt molendina tria et capsinam la stessa constantem 90 iugeribus.
R. ap. S. M. M. XXII Sept. 1655 P. an. I.

Reg. bull. VI. 127 b.

6. A. F. R. M. *Dilectos filios.* – Alex. VII alumnis semin. pontif. Brunsbergen. in Prussia concedit ad septennium ut ad sac. Ord. promoveantur extra tempora, ad tit. suff. litteraturae.
R. ap. S. M. M. XXVI Oct. 1655 P. an. I.

Reg. bull. VI. 129.

7. Alexandri VII indultum ut audiendae orationi studiorum, quae quotannis habetur in coll. Rom., invitari possint 4 Cardd. arbitrio PP. S. I., nonobstante decreto Innoc. X.
29 Oct. 1655.

Elench. bull.

8. *Exponi nobis nuper.* – Alex. VII, petente rect. coll. Adrien. S. I. mandat episcopo Adrien. et archidiac. eccl. Adrien. ut confirment transactionem super redd. annuo 775 duc. anno 1627 a Bern. et Honorio de Ponte cler. reg. S. I. donato et a communitate et hominibus civ. Triventinae debito et ad ann. 1627 exacto; ad lites finiendas d. communitas decennio 3000 duc. solvere parata est, et baro d. civ. si hoc creditum sibi cedatur, 1500 duc. d. collegio praestare paratus est.
R. ap. S. M. M. III Nov. 1655 P.an. I.

Reg. bull VI. 129 b.

9. Alexandri VII decretum d. 29 Oct. (cfr. n. 7) extenditur ad orationem quae habetur in laudem Gregorii XIII, et B. Aloysii Gonzagae.
14 Nov. 1655.

Elench. bull.

10. Alexandri VII concessio indulgentiae pro orat. 40 hor. in carnisprivio (Cfr. Urban. VIII, 183).
17 Nov. 1655.

Elench. bull.

11. Facultates concessae a S. D. N. Alex. PP. VII P. Martino de Martinis S. I. missionario Sinae in Ind. Orientalibus. – In congr. gen. S. R. et U. Inq. habita in pal. apost. Montis Quirinalis SS. D. N ... concessit... ad annos 15. – F Card. Barberinus Io. Lupus Not. f. V. d. XVIII Nov. 1655.

Reg. bull. VI. 130 b.

12. A. F. R. M. *Ex debito pastoralis.* – Alex. VII, accedente consensu Gregorii quem a sede Gerunden. ad Dertusen. translatione Io. Bapt ad Puteolan. vacantem transtulit, collegio S. I Dertusen. reservat ad decennium pensionem 3300 regalium mon. Hisp. super Dertusen. mensae episcopalis fructibus.
R. ap. S. P. III kal. Dec. 1655 P. an. I.

Reg. bull. VI. 138 b.

13. *Hodie dilectis.* – Alex. VII litterarum exec. Iuliano Amadeo in utr. sign. referendario et vic. gen. episcoporum Barchinonen. et Vicen. committit.
R. ap. S. P. III kal. Dec. 1655 P an. I.

Reg. bull. VI. 140.

14. Congr. gen. S. Inquisitionis. – Decretum SS. D. N. Alexandri VII, responsa d. Congr. ad quatuor quaesita missionariorum S. I. apud Sinas (de ieiunio, festis, paschate, quibusdam sacramentalibus, extr. unctione, gradibus in aula Confucii accipiendis, ceremoniis circa defunctos) approbantis. Referuntur responsa eiusdem Congr. ad quaesita praecipua, an. 1645 proposita, missionariis S. I. tunc non auditis.
23 Mart. 1656.

De ritib. Sinensium... Aug. Vindel. et Diling. MDCCI. p. 9. *Elench. bull.*

15. S. Congr. de prop. fide – Decretum. Ad relationem Em. D. Card. Cecchini S. Congregatio fuit in voto posse prorogari ad aliud septennium facultates alias concessas P. Nicolao a S. Geneveva Sup. resid. PP. S. I. in civ. Cpolitana, dummodo obligetur ad producendam praed. expeditionem fac. R. Archiepiscopo Myren. suffraganeo et vic. patriarchali tanquam loci ad praesens Ordinario. – R. Card. Capponius.
4 Apr. 1656.

Reg. bull. VI. 132 b.

16. S. Congr. ep. et reg. – Decretum in causa P. Andreae Clem. de Voisin prof. 4 vot. S. I. petentis transitum seu confirmationem transitus ad religionem S. Spiritus in Gallia, ubi fuit rescriptum : **Nihil.**
26 Maii 1656.

Elench. bull.

17. A. F. R. M. *Alias fe. re. Innocentius.* Alex. VII, petente Goswino Nikel Praep. Gen. S. I. statutum Innoc. X, 1 Ian. 1646 ut munera... vacent et qui illis functi fuerint... per ann. cum dimidio cessent... ad sesquiennium suspendit.
R. ap. S. M. M. XXIV Iul. 1656
(*Nota.* Die 7 Iul. 1657 prorog. ad aliud sesquien. — Die 23 Aug. 1658 pror. ad trienn. — Die 7 Dec. 1661 per ann. 4 in Europa et 8 extra Europam.

Reg. bull. VI. 135 b.

18. A. F. R. M. *Alias fe. re. Innocentius.* – Alex. VII, petente Goswino Nikel Praep. Gen. S. I., statutum seu litteras Innocentii X praedecessoris 1 Ian. 1646 datas ut munera, superioritates, admi-

nistrationes, ministeria et officia elapso triennio vacent, per annum proximum suspendit.
R. ap. S. M. M. XXXI Iul. 1656 P. an. II
Nota. Fuit abrogatum per concessionem alterius sub d. 24 Iul. 1656.

Reg. bull. VI. 134.

19. *Exponi nobis.* – Alex. VII, petente rect. coll. S. I. opp. Turnonen. Viennen. dioec., mandat archiepiscopo Viennen. et archid eccl. Viennen. ut concedant licentiam permutationis census ratione prioratus S. Donati a senatore parlamenti Delphinatus debiti et a 10 annis recusati (6 sextarii frum. annuatim) in alium supra fundos quosdam in loco eiusdem S. Donati.
R. ap. S. M. M. XXXI Iul. 1656 P. an. II.

Reg. bull. VI 133.

20. A. F. R. M. *Cum sicut accepimus.* – Alex. VII Michaeli Columera prof. 4 vot. S. I., nullam praetendenti suam prof. quia habitum reg. novitiorum O. Fr. S. Franc. de Paula minimorum nunc. ante ingressum susceperat, lite indecisa extincta, liberationem et habitum presbyteri saec. sub obed. Ordinarii concedit.
R. ap. S. M. M. II Sept. 1656 P. an. II.
Nota. Fuit scrupulis agitatus, qui etiam haeredem exinde bonorum suorum instituit coll. Tarentinum.

Reg. bull. VI. 136. — *Elench. bull.*

21. A. F. R. M. *Super cathedram Principis.* – Alex. VII, petente Praep. Gen. S. I. concedit ad 12 annos missionariis in regno Sinarum ut cum fidelibus super eccl. praeceptorum quoad ieiunia, observationem festorum, sacramentalem confessionem et communionem semel in anno, observationem in casibus particularibus dispensare valeant.
R. ap. S. M. M. V Sept. 1656 P. an. II.

Reg. bull. VI. 135.

22. A. F. R. M. *Dudum a fel. rec. Urbano.* – Alex. VII Breve Urbani VIII, *Salvatoris et Domini Nostri* die 5 Maii 1626 (Cfr. Urb. VIII n. 44) pro clero et religiosis in fœderatis Belgii provinciis datum confirmat et observari mandat.
R. ap. S. M. M. XX Sept. 1656 P. an II.

Bull. Rom. — Bull. de propag. fide I. 297 *Elench. bull.*

23. A. F. R. M. *Alias postquam fe. re Innoc.* – Alex. VII, petente Gosw. Nikel Praep. Gen. S. I. brevis 24 Iul. proximo expediti tenorem provinciae Indicae utilem esse volens, breve Innoc. X 1 Ian. 1646, ad septem annos extra Europam suspendit.
R. ap. S. M. M. XIV Nov. 1656 P. an. II.

Reg. bull. VI. 137 b.

24. *Labores quibus.* – Alex. VII Bertuccio Valiero Duci et Reip. Venetiarum commendat religiosos S. I. quibus in adolescentium aetate gubernanda sanctissimisque praeceptis confirmanda nulli peritiores existimantur.
R. ap. S. M. M. XXIII Dec. 1656 P. an. II.

Iul. Pogiani epist. II. 172. *Gomez, Elogia S. I. p.* 51. *Reg. bull. VI.* 141 (1).

25. *Ingenti eximioque gaudio.* – Alex. VII Bertuccio Valiero Duci et Reipubl. Venetiarum de receptis S. I. religiosis, non degeneres a radice in qua plantati et fundati sunt fructus daturis, gratias agit et gratulatur.
R. ap. S. M. M. XXVII Ian. 1657 P. ann II.

Gomez, Elogia S. I. 54. *Reg. bull. VI.* 143 b.

26. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* – Alex. VII, petenti Goswino Nichel Praep. Gen. S. I. facultatem concedit accipiendi 30 m. scut. ad cambium pro emenda domo vel monasterio Venetiis.
R. ap. S. P. XII Mart. 1657 P. an. II.

Reg. bull. VI. 144.

27. *Exponi nobis nuper.* – Alex. VII, petente Goswino Nickel Praep. Gen. S. I. mandat.... ut facultatem concedat emendi, nomine coll. SS. Ioannis et Caroli, domum in via maiori vici S. Agathae sub monte Magnanapoli nunc. sitam a Marco de Granis Romano, pretio 5700 scut., et in solutionem pretii domum valoris 1800 in loco Pantani nunc. et fœnile val. 400 scut. circa eccl. S. M. de populo ad d. coll. spectantia assignandi ; etc.
R. ap. S. P. XXIII Mart. 1657 P. an. II.

Reg. bull. VI. 145 b.

(1) Ibid. Risposta della Republica di Venezia alla Santità di N. S. Papa Alessandro VII. — Litterae R. P. Generalis ad PP. et FF. S. I. de reditu in Venetam ditionem post 50 annos.

28. A. P R. M. *Sacrosancti Apostolatus.* – Alex. VII, ad sedandas graves contentiones in regno Navarrae, iniungit ut quotannis tanquam de patronis aeque principalibus d. regni, recolantur festa SS. Firmini martyris et Franc. Xaverii confessoris.
S. ap. S. P. XIV Apr. 1657 P. an. II.

Bull. Rom. *Elench. bull.*

29. *Sacri apostolatus ministerio.* – Alex. VII vicario archiepiscopi Ragusan. mandat ut ad incrementum aedificationum et certam fundationem collegii S. I. in Urbe Ragusan. iuxta preces archiepiscopi et capituli ecclesiae Ragusan. et procuratorum confraternitatum cappellam S. Crucis alienare aliasque domus ad confraternitates pertinentes deiicere valeat iusto pretio soluto.
R. ap. S. M. M. XI kal. Maii 1657 P. an. III.

Fund. prov. Roman. IV.

30. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* – Alex. VII, petentibus Michaele Ant. Francos... archid. metropol. eccl. Caesaraugustan. et capitulo ac canonicis paroch. eccl. loci de Alagon Caesaraugustan. dioec. necnon Praep. Prov. prov. Aragoniae et rectore coll. S. I. Caesaraugustan., confirmat concordiam super solutione decimarum.
In arce Gandulphi Albanen. dioec. XXVI Apr. 1657 P. an III.

Reg. bull. VI. 147 b. - 153 b.

31. Facultates concessae a S. D. N. Alexandro PP. VII P. Alexandro Rhodes S. I. superiori missionis PP. S. I. in Persia – In congr. gen. S. R. et U. Inquis. habita in pal. apost. apud S. M. M. SS. D. N... concessit ad septennium – F. Card Barberinus. Io. Lupus.... Not.
F. V. d. 24 Maii 1657.

Nota. Eadem die, mense et anno, per idem tempus, fuerunt concessae eaedem facultates P. Nicolao Porresson (Poiresson) Superiori missionis in Soria, et P. Francisco Martino superiori residentiae Cpolitanae.

Die 30 Aug. 1657 eaedem facultates per idem tempus concessae fuerunt P. Henrico du Vivier Superiori missionum et residentiarum Americae meridionalis.

Eaedem facultates denuo fuerunt concessae die 7 Febr. 1664 Superiori in Perside, Superiori in America septentrionali et Superiori miss. et resid. Americae meridionalis ad septennium. — Superiori in Graecia ad triennium.

32. *Alias postquam.* – Alexandri VII prorogatio vacationis superiorum S. I. ab Innoc. X praescriptae ad aliud sesquiannum.
7 Iul 1657.

Elench. bull.

33. *Exigit incumbentis.* – Alex. VII, petentibus rect. et collegialibus coll. S. I. opp. Vesulani Bisuntinen. dioec., sustentatione 800 libr. annua per d. opp. bellorum pondere oppressum iam non praestita, mandat officiali Bisuntin. ut cum d. coll. uniat prioratum de Port-sur-Saone Cluniacen. Ord. d. dioec. a Benigno Thomassino presb eo fine resignatum, pensione annua 57 duc. auri de cam. ei reservata. Fr. 24, una cum incertis 80 duc. Capellanus amovibilis loco sacristae, qui eccl. d. prioratus inserviebat, manuteneatur.
R. ap. S. M. M. id. Aug. 1657 P. an. III.

Reg. bull. VI. 153. b.

34. *Vitae ac morum.* – Alex. VII Benigno Thomassino presb. Bisuntinen. pensionem annuam reservat.
R ap. S. M. M. id. Aug. 1657 P. an. III

Reg. bull. VI. 154 b.

35. Congr. S. Rit. – Decretum de electione S. Fr. Xav. in patronum civ. Neapolitanae.
15 Sept. 1657.
Nota. Habetur aliud decr. pariforme pro civ. Aquilana, et pro civ. Parmensi, ead. data.

Elench. bull.

36. Cong. sac. Rit. – Urbis : Intuitu insignis reliquiae S. Ludovici regis posse festum cum officio 26 aug. etiam domin. in eccl. Iesu celebrari.
15 Sept. 1657.

Anal. Iur. Pont. VII p. 342, *n.* 1565.

37. A. P. R. M. *Cum sicut nobis nuper.* – Alex. VII, exponente Gosw. Nickel Praep. Gen. S. I. quibuscunque peragentibus per octidui spatium exercitia spiritualia S. Ignatii plenariam indulgentiam concedit.
In arce Gandulphi XII Oct. 1657 P. an. III.

Bull. Rom. — *Nov. bull. S. I.* 179. *Elench. bull.*

38. *In supremo Principis.* – Alex. VII, petentibus superiore et presb. S. I. opp. Salinarum Bisuntinen. dioec. mandat officiali Bisuntinen. ut cum domo prob. 3ii anni ibi inchoata uniat prioratum S. Nicolai, alias de Bracon d. opp. O. S. B. a Claudio Perault presb. eo fine resignatum, cura et conventu carentem, cuius fr. 24, et cum incertis 80 duc.
R. ap. S. M. M. III non. Ian. 1657 P. an. III.

Reg. bull. VI. 158.

39. *Vitae ac morum honestas.* – Alex. VII Claudio Perault presb. Bisuntinen. assignat pensionem 40 duc.
R. ap. S. M. M. III non. Ian. 1657 P. an. III.

Reg. bull. VI. 157.

40. *Ex iniuncto nobis.* – Alex. VII, citatis litt. Pauli II, *Cum in omnibus iudiciis*, 1465, v. id. Maii, petentibus Zaccharia Roverelli priore seu perp. commendatario prioratus S. Leonardi Ferrarien. et rect. et collegialibus coll. S. I. Ferrarien. mandat archid. eccl. Ferrarien. et vic. gen. episcopi Ferrarien. ut concedant d. coll. licentiam affrancandi domos quas emit ad aperiendam plateam ante faciem seu portam ecclesiae d. coll. necessarias.
R. ap. S. M. M. pr. non. Maii 1658 P. an. IV.

Reg. bull. VI. 155. b.

41. A. P. R. M. *Alias nos ordinem.* – Alex. VII praeposito seu rectori ac presbyteris seu clericis regul. dom. prof. seu coll. Venetiarum S. I. concedit ecclesiam conventus FF. cruciferorum, brevi 28 Apr. 1656 suppressorum et extinctorum, ac illius sacristiam, sacram supellectilem, cum facultate deputandi capellanos per quos missis d. eccl. incumbentibus satisfiat.
R. ap. S. M. M. II Iun. 1658 P. an. III.

Reg. bull. VI. 192. b.

42. S. Cong. Conc. – Decretum confirmatorium sententiae archiep. Mediolanen. super fundatione domus prob. in civit. Mediolanensi, exclusis tamen conditionibus ab archiep. appositis, minus faventibus Societati.
27 Sept. 1658.

Elench. bull.

43. Congr. S. Rit. – Colonien. Patribus S. I. opp. Dusseldorpiensis nullatenus prohiberi posse quin per vias eis ab Ordinario concessas processiones dirigant.
7 Dec. 1658.

Gardellini, 1945.

44. *In potestatis plenitudine.* – Alex. VII, petente rect. coll. Claromontani presb. S. I. in univers. Parisien. erecti, unde frequenter religiosi emittuntur ad praedicandum barbaris nationibus evangelium Dei, mandat officiali Rothomagen. ut cum d. coll. uniat prioratum curatum, non conventualem, S. Martini de Gargenville O. S. A. can. reg. Rothomagen. dioec. a Philippo de Mallepart can. reg. d. Ord. et priore per Gaspar. Hache cler. coniugatum Leodien. procuratorem resignatum (fr. 24 duc.) a prioratu S. Ioannis Evang. de Aurelio d. Ord. Lemovicen. dioec. dependentem. Accedat consensus rect. coll. S. I cui prioratus ultimod. unitus fuit. Vicaria perp. erigenda ; d. Philippo pensio 800 libr. turon. reservanda.
R. ap. S. M. M. VII id. Febr. 1658 P. an. IV.

Reg. bull. VI. 160.

45. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* – Alex. VII, petente rectore coll. graecorum de Urbe, eius alumnos ab observantia ritus graeci in iciuniis et abstinentia absolvit ritumque latinum in his servare praecipit.
R ap. S. M. M. XV Feb. 1659 P. an. IV.

Bull. Rom.

46. A. F. R. M. *Ex commissi nobis.* – Alex. VII pro collegio apost. minorum poenitentiariorum S. Domus Lauretanae dudum pro 19 presb. S. I. erecto ordinat varia.
R. ap. S. M. M. XXII Febr. 1659 P. an. IV.

Bull. Rom. *Elench. bull.*

47. A. P. R. M. *In apost. dignitatis fastigio.* – Alex. VII collegium minorum poenitentiariorum basilicae Principis Apostolorum de Urbe, a Pio V pro aliquot presbyteris S. I. erectum, confirmat, habitationem et redditus assignat, collegium apostolicum

vocari praecipit, presbyteris d. S. perpetuo concedit, iura Praepositi Generalis et Card. maioris Poenitentiarii determinat, etc.
R. ap. S. M. M. XXII Febr. 1659 P. an. IV.

Bull. Rom. *Elench. bull.*

48. *Salvatoris N. I. C.* – Alex. VII, petentibus rectoribus coll. Tolosan. et Nemausen. S. I , mandat officiali Nemausen. ut prioratum saecularem curatum S. M. de Maiencoules, Nemausen. dioec., a Gabriele de Mirman presb. in supremo senatu Tholosano consiliario ecclesiastico resignatum, praevia illius tituli collativi perp. suppressione et extinctione, d. collegio Tolosan. uniat, illiusque fructuum (24 duc.) unam alt. Tolosan., alteram medietates d. Nemausen. collegiis applicet, unamque vicariam perp. erigat. Accedit consensus Anthemii Dionisii mod. episcopi Nemausen. ad quem d. prior. collatio spectat.
R. ap. S. M. M. pr. kal. Aug. 1659 P. an. V.

Reg. bull. VI. 161 b. — *Fund. pr. Tolos. t.* 3.

49. *Regimini universalis Ecclesiae.* – Alex. VII, petente rectore coll. S. I. opp. Hallensis Cameracen. dioec.. officiali archiepiscopi Cameracen. committit ut ecclesiam parochialem d. civ., in cuius sacello B. M. V. presbyteri d. coll. functiones peragunt, et cuius personatus d. collegio ab Urb. VIII unitus fuit, uniat perpetuo, ita ut per presbyterum saecularem Ordinario loci a rectore praesentandum munia pastoralia exerceantur. Fr. 24, cum incertis 100 duc. auri de camera.
R. ap. S. M. M. kal. Oct. 1659 P. an. V.

Miraeus II. p. 1120.

50. A. F. R. M. *Cum sicut dilectus.* – Alex. VII Ioanni de Olmedo prof. S. I., qui facultate superiorum, iuxta Breve Greg. XIII, 22 dec. 1582, transiit ad Ord. Fratrum B. M. de Mercede redempt. capt. in civ. Cuzci in Indiis sed ad professionem ibi, ob habitum alius ord. gestatum, recipi nequivit, concedit ut, animae saluti consulendi ergo, in d. Ordine professionem emittat.
R. ap. S. M. M. III Febr. 1660 P. an. V.

Reg. bull. VI. 164.

51. *Uberes adeo fructus.* – Alexandri VII breve ad Card. Hieron. Bonvisium ut sua officia adhibeat ad S. I. introducendam in civ. Lucanam.
14 Febr. 1660.

Elench. bull.

52. *Ea plane.* – Alex. VII antianis et vexillifero reip. Lucensis, ad pietatem ac religionem augendas et ad posteros propagandas, introductionem in civit. istam S. I conducere persuadet, adeo ut vix ulla supersit ex praecipuis Italiae et aliarum cath. provinciarum urbibus quae patres d. S. experta non probaverit.
R. ap. S. M. M. XIV Febr. 1660 P. an V.

Iul. Pogiani epist. II. 172. *Elench. bull.*

53. A. P. R. M. *Exponi nobis nuper.* – Alex. VII in causa fabricae collegii S. I. Genuensis inter S. I. et conventum Genuensem fr. min. de observantia, decretum congregationis Card. negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praepositae, die 23 Aug. 1652 datum, confirmat et removet impedimentum quominus coepta fabrica perficiatur, conditione adiecta.
R. ap. S. P. XII Mart. 1660 P. an. V.

Bull. Rom. *Fund. pr. Mediolan. t.* 4. — *Elench. bull.*

54. A. F R. M. *Alias fe. re. Innoc.* – Alex. VII, petente Goswino Nickel Praep. Gen. S. I., derogans litteris Innoc. X. 1 Ian. 1646, congr. gen quae elapso novennio mense Martio 1661 celebranda esset, ne provinciales transalpini mense Ian. et Feb., saeviente hyeme, iter facere cogantur ad subsequentem Maium differri concedit.
R. ap. S. P. XVII Mart. 1660 P. an. V.

Reg. bull. VI. 165.

55. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* – Alex. VII, petente rect. coll. Ravennaten. S. I., a 25 annis ibi commorantis sine ecclesia ad solita ministeria, usum perpetuum eccl. S. Hieronymi iesuatorum conventus suppressi in d. civ. concedit.
R. ap. S. M. M. XXVI Maii 1660 P. an. VI.

Reg. bull. VI. 165 b.

56. A. F. R. M. *Cum circa iuramenti vinculum.* – Alex. VII declarat alumnos collegiorum apostolicorum non ad triennium tantum, sed perpetuo quoad vixerint, Sed. Apostolicae servitio addictos esse, data etiam form. iuramenti.
20 Iul. 1660.

Bull. Rom. *Elench. bull.*

57. *Nuper pro parte.* – Alex. VII concedit aggregationem ad Congr. SS. Annunciatae in Urbe, congregationis utriusque sexus B. M. V. de bona morte et S. Iosephi agonizantis in eccl. SS. Simonis et Iudae Burgi Pignoli civ. Bergomen. erectae.
R. ap. S. M. M. XVI Aug. 1660 P. an. VI.

Reg. bull. VI. 168. b.

58. *Ad curam salutis.* – Alex. VII, petente rect. coll. S. I. Tolosan., mandat officiali Nemausen. ut in prioratu curato S. Andreae de Maiencoules Nemausen. dioec. d. collegio incorporato perpetuum beneficium eccl. secundarium pro presb. secundario qui vicarium in cura animarum adiuvet, cum pensione 200 libr. instituat.
R. ap. S. M. M. IV kal. Oct. 1660 P. an. VI.

Reg. bull. VI. 166.

59. A. P. R. M. *Ut collegii Germ. et Hung.* – Alex. VII mandat Cardd. Protectoribus d. collegii ut magis praecise utantur iurisdictione sua super regimine ideoque statutis diebus congregentur in aula Cardd. negotiis Prop. Fidei praepositorum.
R. ap. S. M. M. XVIII Dec. 1660 P. an. VI.

Bull. Rom. — *Bull. de pr. fide I.* 325.

60. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* – Alex. VII, petente rect. coll. S. Iosephi S. I. Neapolitan., attendens ad breve Innoc. X 14 Dec. 1650 concedentis licentiam imponendi et vendendi census ad effectum solvendi 8000 sc. camerae apost. intra decennium extinguendos, et ad breve Iun. X 12 Iul. 1652 concedentis licentiam accipiendi d. summam ad censum Neapoli, extendit d. decennium ad biennium a fine decennii computandum.
R. ap. S. M. M. VII Ian. 1661 P. an. VI.

Reg. bull. VI. 167. b.

61. *Exponi nobis nuper.* – Alex. VII, petentibus capitulo et canonicis cathedr. eccl. Montis regalis prov. Taurinensis, mandat (archiepō Taurinen.) ut confirmet concordiam ab eis initam cum cler. eiusdem civ. S. I. occasione decimarum (3 aureor. numm.) super 2 praediis vel casinis in territorio et communitate SS. Trin. et S. Albani per hos acquisitis.
R. ap. S. M. M. XXV Ian. 1661 P. an. VI.

Reg. bull. VI. 168.

62. Congr. S. Rit. – Decretum quo approbatur electio S. Fr. Xav. in patronum minus principalem civ. Stabien. seu Castri Maris.
12 Mart. 1661.

Elench. bull.

63. A. F. R. M. *Cum sicut accepimus.* – Alex. VII congregationi gener. S. I. facultatem concedit eligendi Vicarium Praepositi Gener. Goswini Nickel perpetuum cum iure successionis.
R. ap. S. M. M. I Iun. 1661 P. an. VII

Bull. Rom. — Nov. bull. S. I. 180 *Reg. bull. VI.* 169. (1).

64. *Exponi nobis nuper.* – Alex. VII epō Namurcen. et archidiacono d. ecclesiae, petentibus praep. prov. Gallo-belgicae et rectore coll. Nivellensis S. I., committit ut auctoritate apostolica gratis approbent et confirment transactionem initam super assignatione olim a Ioanne Dauvin epō Namurcen. occasione fundationis d. collegii facta pro alimentis clericorum d. S. iuvenes docentium, sc. 700 florenorum ; assignatio deinceps fiat 190 fl. ex redditibus annuis legatorum duorum, Margaritae de Noyelle et Iacobi Gilain ; semel numerentur 200 fl. per receptorem seminarii Nivellensis, etc. prout in instrumento publico 13 Iun. 1659.
R. ap. S. M. M. XIII Aug. 1661 P. an. VII.

Anal.... hist. eccl. Louvain, III. 1886, p. 438. *Reg. bull. VI.* 170.

65. A. F. R M. *Alias nos dilectis.* – Alex. VII electum in Congr. gen. Vicarium Gen. perpetuum cum iure succedendi Io. Paul. Olivam confirmat et ordinationes ac declarationes congregationis de illius iurisdictione rata habet.
R. ap. S. M. M. XXX Aug. 1661 P. an. VII.

Bull. Rom. — Nov. bull. S. I. 182. *Reg. bull. VI.* 171.

(1) Ib. Epistola P. Nickel id petentis ad Alex. VII.

66. *Vitae ac morum.* Alex. VII Ioanni Warnero presb. Anglo qui iuvenili ardore alterius ordinis habitum assumpsit, quamvis ad finem novitiatus in eo non steterit, indulget ut in S. I. admitti possit, prohibitus licet a constitutionibus d. Soc.
R. ap. S. M. M. XVI Sept. 1661 P. an. VII.

Elench. bull. — Reg. bull. VI. 172.

67. *Coelestium munerum.* – Alexandri VII concessio ind. pro missionib. S. I. ad septennium (Cfr. Alex. VII. n. 1).
3 Ian. 1662.

Elench. bull.

68. S. Congr. Conc. – Decretum in Limana electionis ubi ad supplicem libellum archiep. Limani respondet religiosos S. I. post 3 vota simplicia duntaxat vigore privilegiorum eiusd. Soc. non comprehendi in Constit. Urbani VIII de apostatis et electis; quoad reliqua, nempe alimenta dimissis e Soc. praestanda, nihil innovandum.
11 Feb. 1662.

Elench. bull.

69. *Exponi nobis nuper.* – Alex. VII, petentibus cler. regul. coll. Ragusin. S. I., mandat (episcopo Ragusin.) ut confraternitati presb. S. Petri in cathedra nuncc. licentiam concedat vendendi d. collegio tres domos redditus ann. 8, 9 $^1/_2$ et 8 respective ducatorum.
R. ap. S. M. M. XXIV Mart. 1662.

Reg. bull. VI. 172 b.

70. *Religionis zelus.* – Alex. VII, exponente Vic. Gen. S. I., Francisco le Herichon, prof. 3 vot. S. I. ab 8 Sept. 1652, ac dein, cum confessarius et concionator reginae Poloniae et Sueciae electus esset, professionem 4 vot. mense Dec. proxime praeterito emittere iusso, indulget ut praerogativis loci vel sessionis in congr. quibuscumque uti valeat perinde ac si 8 Sept. 1652 eam emiserit.
In arce Gandulphi Albanen. dioec. V Maii 1662 P. an. VIII.

Reg. bull. VI. 173 b.

71. *Ad augendam fidelium.* – Alexandri VII indulg. pro oratione 40 hor. in carnisprivio. Ad septennium (Cfr. n. 10).
20 Maii 1662.

Elench. bull.

72. *Ad apostolicae dignitatis* - Alexandri VII super concordia solutionis pensionis, a Greg. XIII (Cfr. n. 123) reservatae super fructibus abbatiae Fontis Avellanae ad favorem collegii neophytorum, a coll. Germanico in sc. 1400 tantum deinceps.
23 Maii 1662.

Elench. bull.

73. A. P. R. M. *In supremo militantis.* - Alex. VII clero et populo Vallis tellinae indulget facultatem exponendi publ. cultui super altari in par. eccl. S. Michaelis loci Sazzo Comen. dioec. imaginem S. Aloysii ibique missam in die obitus eius celebrandi.
R. ap. S. M. M. XXI Iun. 1662 P. an. VIII.

Reg. bull. VI. 173. b.

74. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* - Alex. VII, Ioanne Paulo Oliva Vic. Gen. S. I. exponente collegium Tropiense a se ob penuriam suspensum fuisse donec aere alieno exsoluto ad statum primaevae fundationis reductum fuerit, et ab Episcopo Tropien. suspensionem per sequestra bonorum impediri, - facultatem relinquendi et alienandi collegia d. Vicario a Congr. gen. traditam confirmat.
R. ap. S. M. M. VII Aug. 1662 P. an. VIII.

Bull Rom. — Nov. bull. S. I. 184. *Reg. bull. VI.* 174

75. *Magna quam in dies.* - Alex. VII, petentibus rect. et collegialib. coll. S. I. opp. Ensisheem aut Enxeii in prov. Alsatiae dioec. Basileen., mandat officiali Basileen. ut cum d. coll. et sem. impensis Leopoldi archid. ab Austria erecto uniat monasterium a pluribus annis cura et conventu carentem S. M. de Vauxdieu alias Gottsthal Cluniacen. seu S. Ben. Ord. d. dioec., et prioratus S. Nicolai du Bois, S. Iacobi de Veldtbach et S. Petri de Kaltembruun sive fontis frigidi eorumdem Ord. et dioec., et vacantem resignatione Ioann. Henr. de Paudeberg cappellam S. M. Magd. de Engelthal.
R. ap. S. M. M. X kal. Sept. 1662 P. an. VIII.

Fund. pr. Camp. t. I. — *Reg. bull. VI.* 175 (1).

(1) Ib. Mandatum reductionis ad medietatem expensarum pro d. bulla unionis.

76. *Exponi nobis nuper.* – Alex. VII, petente rectore coll. Baren. S. I. mandat archiepiscopo Baren. et archid. eccl. Baren. ut, si in evidentem, facultatem concedant permutandi domum val. 300 sc. seu duc., qua ad fabricam absolvendam indiget, ad cappellam SS. Crucifixi in eccl. S. Nicolai existente, pro alia ad coll. spectante val. 400 sc., accedente Ioannis Tarsi cappellani consensu.
R. ap. S. M. M. XXI Sept. 1662 P. an. VIII.

Reg. bull. VI. 174 b.

77. A. P. R. M. *Debitum pastoralis officii.* – Alex. VII, felici S. I. regimini consulens, quod de triennio superiorum secundum Praepositi Gen. arbitrium continuando necne a S. Ignatio statutum et a Congr. gen. II confirmatum fuerat, licet in Congr. V id abrogari petitum fuerit nec tamen concessum, dein a Clem. VIII v. v. oraculo, Paulo V, Innoc. X et Alex. VII vario modo limitatum, praesentibus litteris confirmat, et statutum Innoc. X de munerum per annum cum dimidio post triennium vacatione pluries iam suspensum, abrogat.
R. ap. S. M M. I Ian. 1663 P an. VIII.

Bull. Rom. — Nov. bull. S. I. 185 *Elench. bull.*

78. *Vitae ac morum.* – Alexandri VII breve ad Hieron. Ximenes lusitanum ut, non obstante quocumque impedimento, possit in mortis articulo admitti in S. I. et in habitu Soc. Ulyssipone sepeliri.
8 Ian. 1663.

Elench. bull.

79. A. P. R. M. *Cum sicut accepimus.* – Alex. VII concessam a Greg. XV (cfr n. 32) ind. plen. in festis S. Fr. Xav. confirmat et translato huius festo in diem tertiam Decembris, etiam transfert indulgentias.
R. ap. S. M. M. VIII Iul. 1663 P. an. IX.

Bull. Rom. — Hernaez, Coleccion II, 588. *Elench. bull.*

80. *Religionis zelus.* – Alex. VII Salvatori Scarduccio presb. S. I. facultatem indulget transeundi ad Congreg. Lateranen. can. reg. O. S. Aug., de consensu Vic. Gen. S. I. dummodo non ad effugiendam aliq. pœnam ad id moveatur.
R. ap. S. M. M. XXVIII Sept. 1663 P. an. IX.

Reg. bull. VI. 177 b.

81. Alexandri VII indultum in viv. vocis oraculo quod nostri in Sinis exercere valeant officium et dignitatem mandarini et mathematici regii, licet sint professi; occasione huius muneris collati in Ioannem Adamum Schall. Teste epist. Ioannis Pauli Olivae Vic. Gen. S. I. diei sequentis 4 Apr. 1664.
3 Apr. 1664.

Elench. bull.

82. A. F. R. M. *Cum sicut accepimus.* – Alex. VII Vicario Gen. S. I. ac Visitatori seu pro tempore Provinciali Siciliae eiusd. Soc. facultatem tribuit dimittendi Paulum Calogerum presb. prof. d. S., et huic ut ad quemcumque Ordinem in quo benevolos invenerit receptores transeundi sive in habitu presb. saec. sub obed. Ordinarii degendi facultatem concedit.
R. ap. S. M. M. XVII Apr. 1664 P. an. IX.

Reg. bull. VI. 178 b.

83. A. P. R. M. *Exponi nobis nuper.* – Alex. VII, petenti rectori coll. Maceraten. S. I. concedit facultatem utendi, pro aere alieno ad. coll. a d. 1500 sc. contracto solvendo, multiplico ab equite Sfortia Compagnono in favorem d. coll. haeredis instituto, et continuando donec ad redd. ann 500 sc. adscendat, licet nondum nisi 160 sc. ann. reddat.
R. ap. S. M. M. XXX Aug. 1664 P. an X.

Reg. bull. 179 b.

84. Alexandri VII mandatum P. Ioannis Paulo Olivae Praep. Gen. ut in conclusionibus et repraesentationibus et aliis actibus huiusmodi a scholaribus studentibus in scholis nostris peragendis expendi nequeant ultra sc. 100, absque permissione Praep. Gen., consulto SSmo.
12 Oct. 1664.

Elench. bull.

85. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* – Alex. VII, petenti Paulo Oliva Praep. Gen. S. I. concedit ut in favorem coll. Rom. et domus novitiatus S. Andreae ad tantam inopiam redactorum ut aeris alieni dissolvendi gratia paucos alere necesse sit, 20000 scut. ad censum vitalitium super bonis capere possit sub ann. interusurio 1800 sc. vel maiori vel minori pro aetate censuariorum.
In arce Gandulphi Albanen dioec. XXVII Oct. 1664 P. an. X.

Reg. bull. VI. 180 b.

86. *Exponi nobis nuper* – Alex. VII Ludovico Gaultier Parisien., olim novitio Carthusien. Ord. sed medicorum iudicio inde egredi coacto, Parisiis hoc fine in Urbem venienti facultatem concedit ingrediendi S. I.
R. ap. S. M. M. V Ian. 1665 P. an. X.

Reg. bull. VI. 182.

87. Nicolaus miseratione div tit. S. M. Angelorum S. R. E. pr. Card. Ludovisius provinciali S. I. prov. Paraguai in Ind. Occ. committit ut cum Ioanne de Triana incola prov. Paraguai nunc. religionem S. I. ingresso, bona fide non putante accepisse habitum alterius religionis esse impedimentum essentiale, cum per 3 menses habitum S. Fr. gestasset, in utroque foro dispenset, si sic visum fuerit.
R. ap. S. P. XIII kal. Iul. 1665 P. Alex. VII. an. XI.

Reg. bull. VI. 182 b.

88. Congr. S. Rit. – Decretum quo approbatur electio S. Franc. Xav. in compatronum civ. Bastiae in Corsica.
3 Iul. 1665.

Elench. bull.

89. *Religionis zelus.* – Alex. VII Vincentio Desperami prof. 4 vot. in S. I., 35 annis maiori, ad Ord. FF. S. Ioannis Dei transire cupienti, facultatem hanc indulget, consentiente Praep. Gen. d. S., licet aetas impedimentum in d. Ord. sit.
R. ap. S. M. M. XIX Dec. 1665 P. an. XI.

Reg. bull. VI. 183.

90. *Cum nos te per alias.* – Alex. VII per Iosephum a S. Maria episcopum Hierapolit., Apost. Sedis in insulis Maris Aegei, Zacinthi et Cephaloniae aliisque locis adiacentibus Visitatorem, superioribus S. I. in illis partibus mandat ut visitationem recipiant et admittant.
R. ap. S. M. M. II Iul. 1666 P. an. XII.

Bull. Rom. – *Bull. de prop. fide I* 372.

91. *Cum Nos te.* – Alex. VII Ioannem Ever. Nidhardum presb. reg. S. I., gener. Inquisitorem in Castellae et Legionis caeterisque Hispaniarum regnis... Carolo regi cath. subiectis constitutum,

munus acceptare in virt. S. Obedientiae praecipit et votum de non acceptanda ulla dignitate relaxat.
R. ap. S. M. M. XV Oct. 1666 P. an. XII.

Reg. bull. VI. 213

92. Facultates concessae a SS. D. N. Alexandro PP. VII P. Ignatio Pangallo S. I. super. missionum eiusd. S. in insulis Maris Aegei aliisque Orientis partibus. – In congr. gen. S. R. et U. Inq. habita in pal. apost. apud S. M. M. SS. D. N.... ad 4 annos. – Card. Barberinus. Fr. Riccardus Not.
F. V. d. X Febr. 1667.
Nota. Eaedem fac. die X Maii 1667 fuerunt concessae P. Nicolao Vabois sac. S. I. super. miss. in Graecia ad 3 tantum annos.

Reg. bull. VI. 184.

93. Facultates concessae a S. S. D. N. Alexandro PP. VIII P. Nicolao Poiresson sac. S. I. super. miss. eiusd. Ord. in Syria et Perside. – In congr. gen..... ad septennium.
d. X Maii 1667.
Nota. Eaedem fac. die X Maii 1667 fuerunt concessae P. Filippo de Marinis sac. S. I. super. missionum in provinciis Cocincinae, Tunchini, et Iaponiae ad septem annos tantum.

Reg bull. VI. 186.

CLEMENTIS IX.

Clemens IX, Pistoriensis, Iulius Rospigliosi, Presb. Card. tit. S. Sixti, electus XX, coronatus XXVI Iun. 1667, obiit IX Dec. 1669.

Clemens IX attendens, ut ipse in bulla *Ex quo tempore* 5 kal. Aug. 1668 loquitur, « quod S. I. suum, digito Dei, ex eodem Sedis oraculo, efformatum Institutum semper egregie sustinuit, munus, disciplinis christianae pietati conciliatis, ad ingeniorum culturam simul et animarum exercuit salutem, prout publice testantur perennia religiosae sapientiae monumenta, quibus litteraria ornantur theatra et catholica coronatur Ecclesia, adeo ut pronuntiatum illud propheticum eius professoribus apposite congruat : Labia sacerdotis custodient scientiam et legem requirent de ore eius », et considerans quod « eiusdem Societatis religiosi . prae aliis scientiis in sacra theologia summopere praestant » duas theologicas cathedras pro S. I. in universitate Complutensi creavit.

P. Nicolaum Zucchium de gravibus rebus saepe consuluit; P. Aloysio Spinula usus est conscientiae moderatore, et congregationis s. rituum, indulgentiarum et apostolicae visitationis consultore. P. Ioannem Olivam sacra purpura ornare statuerat. Litterae exstant (Gomez, *Elogia S. I.* p. 57) quibus P. Oliva Pontificis erga S. I. amorem testatur.

---

1. S. Rit. Congr. – Decretum quo approbatur electio S. Franc. Xav. in patronum civ. Tergesti.
13 Aug. 1667.

Elench. bull.

2. A. F. R. M. *Dilectos filios*. – Clem. IX alumnis seminarii pontificii Brunsbergae in Prussia concedit ut ad sacros ordines promoveri possint ad titulum sufficientis litteraturae absque Ordinariorum dimissoriis et non servatis interstitiis.
R. ap. S. M. M. XVI Aug. 1667 P. an. I.

Bull. de propag. fide I. 374. — *Bull. Rom.* *Reg. bull. V.* 188.

3. A. P. R. M. *Augustissimae atque gloriosissimae*. – Clem. IX, supplicanti P. Io. P. Oliva Praep. Gen. S. I., officium cum octava de praecepto et missam Conceptionis B. M. Virg. Immaculatae presbyteris d. S. concedit.
R. ap. S. M. M. XVII Sept. 1667 P. an. I.

Bull. Rom. — Nov. bull. S. I. 191. *Elench. bull.*

4. A. P. R. M. *Creditae nobis divinitus.* – Clem. IX cultum et venerationem S. Ignatii S. I. Fundatoris de universali Ecclesia adeo benemeriti augere volens, festum eius sub ritu duplici ab omnibus qui ad horas can. tenentur celebrari mandat.
R. ap. S. M. M. V Oct. 1667 P. an. I.

Bull. Rom. *Elench. bull.*

5. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* – Clem. IX, petentibus communitate et hominibus civ. Sulmonen., collegii S. I. in d. civ. erectioni praefixum a Franc. Ant. Sardi in suo testamento biennium, quum fabrica tam cito absolvi nequeat, ad alios duos annos prorogat.
R. ap. S. M. M. XXX Nov. 1667 P. an. I.

Reg. bull. VI. 188 b, 198 b.

6. A. P. R. M. *Cum sicut accepimus.* – Clem. IX pro communione generali quae cura cler. reg. S. I. in carceribus novis nunc. et capitulinis de Urbe semel alternis mensibus peragitur, indulgentias a Paulo V confr. B. M. V. de Pietate concessas ad carceratos extendit.
R. ap. S. M. M. XXX Nov. 1667 P. an. I.

Reg. bull. VI. 189.

7. A. P. R. M. *Ad pastorale fastigium.* – Clem. IX, recensita collegii Germ. et Hung. privilegia per Breve Greg. XV *In supremo militantis* (cfr. Greg. XV n. 23) concessa confirmat, et praeterea a cardinalibus protect. omnem superioritatem circa S. Apollinaris de Urbe aliaque bona annexa exerceri decernit.
R. ap. S. M. M. XIV Iul. 1668 P. an. II.

Bull. de propag. fide I. 375. — *Bull. Rom.*

8. Congr. S. Rit. – Decretum quo approbatur electio S. Fr. Xav. in comprotectorem civ. Taurini.
20 Iul. 1668.

Elench. bull.

9. A. P. R. M. *Ex quo tempore.* – Clem. IX, petentibus rect. coll. S. I. oppidi de Alcala de Henares Toletan. dioec. et rect. et consiliariis univers. d. opp., duas novas s. theologiae cathedras a

Marianna de Austria Hisp. regina gubernatrice pro 2 lectoribus d. S. fundatas, secundum pactum inter Ioannem deValenzuela prov. Toletanae provincialem et d. universitatem, confirmat.
R. ap. S. M. M. V kal. Aug. 1668 P. an. II.

Reg. bull. VI. 195-198. b.

10. A. P. R. M. *Religiosorum virorum.* – Clem. IX, petente ex decreto Congr. gen S. I. anni 1661 Ioanne Paulo Oliva Praep. Gen. d. S., breve Innoc. X d. 1 Ian. 1646 (cfr. n. 9) de Congreg. gen. d. S. quovis novennio celebranda suspendit et in proxima d. S. Congregatione de opportunitate abrogationis inquiri iubet.
R. ap. S. M. M. XX Sept. 1668 P. an. II.

Bull. Rom. — Nov. bull. S. I. 192. *Elench. bull.*

11. *Exponi nobis nuper.* – Clem. IX, petente Praep. prov. prov. Lusitaniae S. I., mandat vicario cap. eccl. Ulixbonen., sede archiepiscopali vacante, ut salarium, cuidam Blasio Diei in opp. Cetobricen. diocc. Ulixbonen. latinae linguae praeceptori a Magno Mag. militiae S. Iacobi de Spatha ex redditibus mensae magistralis concessum, et litt. 25 Mart. 1658 ab eodem clericis reg. S. I. tunc novum ibi coll. extruentibus ad novennium concessum, in perpetuum d. collegio applicet.
R. ap. S. M. M. XII Nov. 1668 P. an. II.

Reg. bull. VI. 189.

12. *Exponi nobis nuper.* – Clementis IX breve ad Ioann. Paulum Oliva Praep. Gen. S. I. ut Petrum Barseli Mirandulanum, qui 14 circ. annis in S. I. vixit, dein, detecto impedimento per Generalem indispensabili quod per lineam maternam ab hebraeis descenderit, dimissus est, iterum pro suo arbitrio in Soc. recipiat.
8 Ian. 1669.

Elench. bull.

13. A. F. R. M. *Animarum saluti.* – Clem. IX supplicante I. P. Oliva Praep. Gen. S. I., ad 20 annos renovat facultates d. S. in utraque India ab Inn. X concessas (cfr. n. 27).
R. ap. S. M. M. VIII Ian. 1669 P. an. II.

Bull. de prop. fide I, 386. *Reg. bull. VI.* 190.

14. *Ad augendam.* – Clementis IX indulgentia pro oratione 40 horarum in quinquagesima. Ad septennium (Cfr. Alex. VII n. 69).
17 Iun. 1669.

Elench. bull.

15. A. F. R. M. *Sollicitudo pastoralis officii.* – Clem. IX confirmans Breve Urb. VIII, 22 Febr. 1633 vetantis Religiosos omnes etiam S. I. in India Orientali, China et Iaponia mercaturam, eam prohibet in regnis Indiarum Orientalium et praesertim in prov. S. I. de Iapone nunc. et in partibus Americae tam australibus quam septentrionalibus, et superioribus permittentibus poenas iniungit.
R. ap. S. M. M. XVII Iun. 1669 P. an. II.

Bull. Rom. — *Bull. de propag. fide I.* 391. *Elench. bull.*

16. Facultates concessae a SS. D. N. Clemente PP. IX P. Balthassari Vanderbeke S. I. praefecto missionum eiusd. S. in provinciis Belgii unitis. – In Congr. gen. S. Off. SS. D. N... concessit ad tres annos. – A Card. Barberinus. Franc. Riccardus Not.
F. V. d. XXII Aug. 1669.

Reg. bull. VI. 193 b.

17. A. F. R. M. *Speculatores domus Israel.* – Clem. IX, exponente Franc. episcopo Eliopolitano Vic. apostolico Tunchini suo et Petri episcopi Beryten. Vic. apostolici Cochinchinae atque etiam episcopi Metellopolitani Vic. apostolici Nanchini nominibus, disponit circa dependentiam missionariorum cuiusvis Ordinis etiam S. I. et catechistarum a Vicariis apostolicis, quoad patentas exhibendas, parochialia exercenda, etc.
R. ap. S. M. M. XIII Sept. P. an. III.

Bull. de pr. f. I. 399. *Bull. Rom.*

18. A P. R. M. *In excelsa Sedis.* – Clem. IX breve Alex. VII *Sacrosancti apostolatus* 18 Ian. 1658 et decreta Congr. de propag. fide 22 Iul. 1658 de cappellanis Indis, sacerdotibus indigenis, pueris docendis, et ritibus ludicris a processionibus arcendis, auctoritate apostolica confirmat et per regulares cuiusvis Ordinis, etiam S. I. observari vult.
R. ap. S. M. M. XIII Sept. 1669 P. an. III.

Bull. de pr. f. I. 402.

CLEMENTIS X.

Clemens X, Romanus, Aemilius de Alteriis, episcopus Camerinus, creatus XXIX Apr., coronatus XI Maii 1670, obiit XXI Iul. 1676.

Sacrorum rituum atque indulgentiarum congregationibus P. Hieronymum Cataneum dedit consultorem. 22 decembri 1671 oblata sibi P. Ioannis Adami Schall quatuordecim volumina sinicis litteris conscripta reponi iussit in bibliotheca Vaticana. P. Ioannem Paulum Oliva Praepositum Generalem S. I., quem praedecessores Alexander VII, et Clemens IX sibi adesse morientibus voluerant, et ipse accersivit moribundus.

---

1. *Rationi congruit.* – Clem. X mandat episcopo Narnien. sive eius Vic. gen. ut attento quod Alex. VII, VI id. Oct. P. an. II, tunc existenti episcopo Narnien. dedit in mandatis ut presbyteris S. I. coll. Interamnen. assignaret, cum onere ut aliqui infra annum pro missionis officio ad civ. Narnien. accederent, haereditatem, ascendentem tunc cum fructibus ad 193 duc. cuiusdam Septimii Mauseni laici Narnien. qui testam. 4 Nov. 1633 d. coll. univers. haeredem constituerat, assignationem exsequatur, licet litterae, Alexandri obitu, confectae non fuerint.

R. ap. S. P. XI Maii 1670 P. an. I.

Reg. bull. VI. 211 b.

2. *Exponi nobis nuper.* – Clem. X, petentibus capitulo et canonicis cathed. eccl. Melevitan. et clericis reg. coll. S. I. quod Clem. VIII (Cfr. 7 et 8) ibi erigi voluit, mandat Ioanni Tempio in utr. sign. referendario et haer. prav. Inquisitori in insula Meliten. auctor. apostolica deputato ut confirmet concordiam super taxarum cessione.

R. ap. S. P. XXVIII Maii 1670 P. an. I.

Reg. bull. VI. 199 b.

3. *Religionis zelus.* – Clemens X Ioanni Bapt. Tavè novitio Ord. S. Fr. Min. S. Franc. convent. nunc., qui post professionem

regularem in S. I. emissam illuc transierat, ut de superiorum consensu, peractis mensibus novitiatus duntaxat sex in d. Ord. professionem emittat, indulget.
R. ap. S. P. XXVIII Maii 1670. P. an. I.

Reg. bull. VI. 199.

4. A. P. R. M. *In eminente Principis.* - Clem. X officium S. Francisci Xaver. de mandato Alex. VII sub ritu semid. in calend. Rom. appositum, sub ritu dupl. de praecepto apponi iubet.
R. ap. S. M. M. XIV Iun. 1670. P. an. I.

Bull. Rom. — Nov. bull. S. I. 195. *Elench. bull.*

5. S. Rit. Congr. - Decretum pro canonizatione S. Francisci Borgiae.
24 Iun. 1670.

Elench. bull.

34. *Coelestium munerum.* – Inn. XII, petente Thyrso Gonzalez Praep. Gen. S. I. indulgentias pro missionibus ad septennium renovat (Cfr. Alex. VIII. n. 2.)
R. ap. S. M. M. XXVIII Maii 1696 P. an. V.

Elench. bull. — Reg. bull. VII. 41.

35. *Ad augendam fidelium.* – Inn. XII indulgentias pro oratione 40 horarum, etiam in Mediolanen. eccl. S. I., renovat ad septennium (cfr. Alex VIII, n. 1).
R. ap. S. M. M. XXVIII Maii 1696 P. an. V.

Elench. bull. — Reg. bull. VII. 43.

36. A. P. R. M. *In supremo militantis.* – Inn. XII Breve Alex VII : *Ut collegii Germ. et Hung.* 28 Dec 1660, quod minime observatur, innovat, ita tamen ut Cardd non amplius in aula Congr. de propag. fide sed in ipso collegio expeditius, cum interventu secretarii d. Congr., congregari debeant.
R. ap. S. M. M. VII Iun. 1696 P. an. V.

Bull. Rom. — *Bull. de prop fide II.* 255.

37. Congr. de prop. fide. – Decretum super dismembratione nonnullarum provinciarum regni Sinici a dioec. Pechinen. et Nanchinen., committendarum vicariis apost., quorum aliqui decorentur tit. episc. in part. infid.
27 Iul. 1696.

Elench. bull.

38. A. F. R. M. *Alias a particulari Congreg.* – Inn. XII auctoritate apost. confirmat decreta S. Congr. particularis de Prop Fide, 6 Oct. 1695, super rebus Angliae, quibus iura vicariorum apost. supra capitula tam saecularia quam regularia et super Regulares quoscunque etiam S. I et Congregat. anglicanae S. Bened. statuuntur.
R. ap. S. M. M V Oct. 1696 P. an. VI.

Bull. Rom. — *Bull. de pr. fide II.* 156.

39. Congr. S. Rit. – Decretum pro S. I. officium S. Hedwigis transferens in 20 Oct.
6 Oct. 1696.

Elench. bull

40. *Cum nos nuper.* – Inn. XII breve ad P. Ant. Possaterio S. I. electum vic. apost. prov. Xamsi in regno Sinarum.
20 Oct. 1696.

Elench. bull.

41. *Cum nos nuper.* – Inn. XII breve ad P. Car. Turcetum S. I. electum ep. Andrevillen. in p. inf. et vic. ap. prov. Ruecheu in regno Sinarum (Cfr. infra. Cl. XI, nn. 7, 17).
20 Oct. 1696.

Elench. bull.

42. A. P. R. M. *Cum sicut accepimus.* – Innoc. XII confraternitati utriusque sexus, devotionis Domini SS. I. Ch. in cruce moribundi ac B. V. M. eius genitricis dolorosae denominatae ad bene moriendum in oratorio SS. Apost. S. I. Colchestrien. Londinen. dioec. in Anglia concedit indulg. plen. in una ex sextis feriis cuiuslibet hebdomadae et expositioni SS^mi^ sacramenti in feriis VI praesentibus et disciplinam facientibus 7 annos et quadrag. Perpetuo valituris.
R. ap. S. M. M. XVI Febr. 1697 P. an. VI.

Origin. in Stonyhurst.

43. A. P. R. M. *Cum sicut accepimus.* – *Simili forma*, pro oratorio S. Thomae S. I. Ciestren. in Anglia.
R. ap. S. M. M. XVI Febr. 1697 P. an. VI.

Origin. in Stonyhurst,

44. Nomina templorum S. I. in Anglia, in quibus ab Inn. XII concessa fuit indulgentia bonae mortis anno 1697.

S. Ignatii	Londini	d. Londinen.	S. Ceaddae	Lichtfeldiae	d. Lichtfeldien.
S. Eduardi	Westmonast.	» »	S. Georgii	Wigorniae	» Wigornien.
S. Michaelis	Eboraci	» Eboracen.	B. Stanislai	Bristoliae	» Bristolien.
SS. Apost.	Colchestriae	» Londinen.	S. Wenefredae	in S. Wenef.	» Asaphen.
S. Xaverii	Monumeti	» Landaffen.	S. Mariae	Oxonii	» Oxonien.
B. Aloysii	Lancastriae	» Cestrien.	S. Ioannis Ev.	Neocastri	» Dunielmien.
Imm. Conc.	Darbiae	» Lichtfeldien.	S. Culberti	Dunelmiae	» »
S. Hugonis	Lincolniae	» Lincolnien.	S. Ursulae	Barvici	» »
S. Thomae	Cicestriae	» Cicestrien.			

Reg. bull. VII. 48.

45. Congr. ep. et reg. – Decretum in causa Saxarensi S. I. contra Felicem Onidam sacerd. coadiut. dimissum : non deberi praestationem alimentarem.
21 Mart. 1697.

Elench. bull.

46. S. Congr. de propag. fide. – Decretum : nova in Aethiopiae regnis missione PP. Reformatorum S. Franc. nuper instituta, postmodum P. Verzau S. I. ad Urbem pervenit, nuntians de spe proficiendi in iisdem missionibus, et facultates petens sibi et 5 sociis ; quem S. Congregatio missionarium apost. declarat ad septennium. — Card. de Alteriis, praef. Car. A. Fabronus secr.
24 Mart. 1697.

Reg. bull. VII. 53.

47. S. Congr. de prop. fide – Decretum : P. Carolum de Brevedent declarat missionarium apost. in Aethiopiae, sub directione tamen et dependentia P. Ioannis Verzeau. — Pariformiter declarati PP. P. Bodin, Ph. de Poislevache, Ant. Grenier, Th. Bonamour.
24 Mart. 1697.

Reg. bull. VII. 54.

48. Facultates concessae a S. D. N. D. Innocentio XII Patri Ioanni Verzeau S. I. missionario apost. in regno Aethiopiae. – In congr. gen. S. R. et U. I..... S. D. N. Papa.. concessit... ad septennium cum potestate easdem communicandi... PP. Carolo de Brevedent, Paulo Bodin, Philippo de Poislevache, Ant. Grenier et Teophilo Bonamour eiusdem S. suis sociis... – A. Ep. Ostien. Card. Cybo. I. Bartolus.. notarius.
F. 5 die 28 Martii 1697.

Reg. bull. VII. 49.

49. Cong. sac. rit. – Hispan. In hac assistentia conceditur off. vot. S. Fr. Xaverii.
30 Mart. 1697.

An. Iur. Pont. VIII, 2628. *Elench. bull.*

50. Facultates concessae.... Philippo Regaus S. I. Praef. miss. in provinciis Belgii foederatis. (Cfr. Inn. XII n. 19).
F. 5 die 27 Febr. 1698.

Formula in-8 typis cusa. *Reg. bull. VII.* 54 b.

51. S. Congr. de prop. fide. – Decretum : praefectus missionum PP. S. I. in America meridionali declaratur ad septennium P. Iacobus Gombauld cum potestate ea quae ad regimen missionis pertinent ad praescriptum decretorum S. Congr. et facultatum ei concessarum exercendi.. – Card. Bullionus, C. A. Fabronus secr.
7 Iulii 1698.

Reg. bull. VII. 56.

52. Facultates concessae... Iacobo Gombauld praef. miss. in America meridionali.
F. 5 die 17 Iul. 1698.

Formula in-4 typis cusa. *Reg. bull. VII.* 56 b.

53. *Exponi nobis nuper.* – Inn. XII, petente Franc. Sarmiento procuratore provinciarum Indiarum S. I. committit Card. Aloysio de Sousa Ulyxbonen. praesuli ut, attendens ad testamentum Ioannis Serrano lusitani, qui in villa sua agri Ulyxbonensis prope pontem de Friellas collegium S. I. ad missiones in Orientalibus regionibus erigi voluit, et ad voluntatem Petri Portug. et Algarbiorum regis illustris eiusque sororis Catharinae magnae Britanniae reginae, collegium in domo a regina fundanda et d. civitati propinquiore erigi permittat.
R. ap. S. M. M. XXIV Oct. 1698 P. an VIII.

Reg. bull. VII. 57.

54. Templa provinciae Malabaricae in quibus ab Inn. XII concessa est indulgentia bonae mortis perpetua in una ex dominicis cuiuslibet mensis : 1. eccl. sanctissimae Deiparae in Coulan, dioec. Cocinen. 2. eccl. Virg. assumptae in Toppo d. dioec. 3. eccl. S. M. Assumptae in Manapar d. dioec. 4. B. V in Punicayle d. dioec. 5. eccl. S. Petri in Turucury d. dioec. 6. eccl. Matris Dei Meliapori, dioec. Meliaporen. 7. eccl. S. Deiparae coll. Soc. Bengalensis, d. dioec. – Brevia tradita sunt P. Ioanni de Costa, procur. d. provinciae.
20 Nov. 1698.

Reg. bull. VII. 60.

55. Templa prov. Malabaricae in quibus ab Inn. XII concessa est ind. plen. pro festivitatibus ad 15 annos. 1. in eccl. S. Crucis, opp. Colechè dioec. Cocinen., 3 Maii. – 2. in eccl. Virg. Assumptae, opp. Toppo, d. dioec. 15 Aug. – 3. in opp. Cumorim, d. dioec. 8 Sept. – 4. in eccl. SS. Ioannis Evang. et Steph., opp. Tala d. dioec., 26 et 27 dec. – 5. in eccl. Virg. Ass. opp. Manapar d. dioec., 15 Aug. – 6. in eccl. S. Crucis ibid. 14 Sept. – 7. in eccl. S. Antonii Patavini opp. Handaley, d. dioec. 13 iun. – 8. in eccl. S. Thomae opp. Virandapatam. d. dioec. 21 Dec. – 9. in eccl. B. Virg. opp. Paney-

cael, d. dioec. 8 Sept. – 10. in eccl. SS. Petri et Pauli opp. Tutucurim d. dioec. in festo S. M. ad nives patronae orae piscariae.
Ian. 1699.

Reg. bull. VII. 61.

56. Congr. immunitatis eccl. epistola ad episc. Vilnen. cum decreto pro absolutione finali PP. S. I. aliorumque regularium qui ab eo fuerant censuris innodati.
25 Mart. 1699.

Elench. bull.

57. Congr sac. rit. – Decretum approbans electionem SS. Ignatii et Fr. Xav. in patronos minus principales civ. Sulmonae cum praerogativis competentibus.
22 Aug. 1699.

Elench. bull.

58. A. P. R. M. *Cum sicuti accepimus.* – Inn. XII confraternitati utriusque sexus sub tit. SS. Sacramenti in ecclesia seu oratorio clericorum regularium S. I. in palatio imperatoris nunc. civ. Pekinensis regni Sinarum concedit indulgentiam plenariam in die ingressus et in die festo principali, aliasque.
R. ap. S. M. M. IX Nov. 1699 P. an. IX.

Reg. bull. VII. 67.

59. A. F. R. M. *Omnium saluti.* – Inn. XII altare confraternitatis SS. Sacramenti in oratorio clericorum S. I. in palatio imperatoris Pekinen. regni Sinarum, privilegiat. Ad decennium (Cfr. n. 13).
R. ap. S. M. M. IX Nov. 1699 P. an. IX.

Reg. bull. VII. 64.

60. A. F. R. M. *Omnium saluti.* – Inn. XII altare confraternitatis seu congregationis devotionis D. N. I. Ch. in cruce moribundi et B. V. M. eius genitricis dolorosae, ibidem, privilegiat. Ad decennium.
R. ap. S. M. M. IX Nov. 1699 P. an. IX.

Reg. bull. VII. 65.

61. A. F. R. M. *Omnium saluti.* – Inn. XII altare per Ordinarium designandum, ibidem privilegiat.
R. ap. S. M. M. IX Nov. 1699 P. an. IX.

Reg. bull. VII. 66.

62. S. Congr. Conc. – Melevitana. Reintegrationis seminarii. Super collegio S. I. a Clem. VIII (nn. 7, 8, 29, 44, 182) loco seminarii ibi erecto et applicatione taxae favore collegii. ℟ Firmetur status coram inquisitoribus.
12 Dec. 1699.

Anal. Iur. Pont. IX, 622.

63. A. P. R. M. *Cum sicut accepimus.* – Inn. XII confraternitati seu congregationi devotionis D. N. I. Ch. in cruce moribundi ac B. V. M. eius Genitricis dolorosae ad bene moriendum erectae indulg. plen. in una ex dominicis quolibet mense concedit, pro disciplina et visitatione SS. Sacramenti in una dominica 7 annos et quadragenas relaxat.
R. ap. S. M. M IX Ian. 1700 P. an. IX.

Reg. bull. VII. 70.

64. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* – Inn. XII, petente Provinciali prov. Angliae S. I., pro die communionis generalis dominica cuiuslibet mensis, in eccl. S. I. vel etiam saecularibus de consensu Ordinarii, vel communionis menstruae, qua die commodum fidelibus fuerit, indulgentiam plenariam concedit.
R. ap. S. M. M. VI Mart. 1700 P. an. IX.

Bull. Rom. — *Bull. de propag. fide II.* 190. *Origin in Stonyhurst.*

CLEMENTIS XI.

Clemens XI. Urbinas, Ioannes Franciscus Albanus, Card. tit. S. Silvestri in capite, creatus XXIII Nov., coronatus VIII Dec. 1700, obiit XIX Mart. 1721.

De accipiendo, qui sibi delatus fuerat, pontificatu deliberans, inter alios theologos P. Ioannem de Alfaro consuluit; renunciatus Pontifex, accitis ad se PP. Hieronymo Savino, Ioanni Lucaro et Ioanni Laurentio Lucchesino magistris suis gratias habuit et honorem. Fratris sui filium Annibalem Albanum voluit in romano collegio philosophiae ac theologiae doctorali laurea publice insigniri. PP. Paulum Segneri iuniorem, Antonium Baldinuccium similesque his Societatis evangelicos ministros, alios alio legavit, eorumque obitu grave Ecclesiae vulnus inflictum querebatur.

Anno 1702 P. Ioannem Laurentium Lucchesinum, et anno 1716 P. Ioannem de Ulloa sac. rituum congregationis consultores, atque anno 1705 P. Ioannem Baptistam Conti ordinandorum examinatorem deputavit. Anno 1701, Societatis mathematicos PP. Antonium Baldigianum et Franc. Eschinardum congregationi super kalendario gregoriano, quod quidam reformari postulabant, voluit adesse. Anno 1711, congregationi reformandis S. Poenitentiariae facultatibus peculiariter praefectae adscripsit P. Iosephum de Alfaro, eumdemque inter caeteros theologos audivit quum bullam *Unigenitus* editurus esset, cuius bullae defensionem a P. Iacobo de la Fontaine susceptam magnopere laudavit. Anno 1707 P. Ioannem Ptolemaeum s. rituum congregationis consultoribus, et anno 1709 examinatoribus episcoporum adiunxit: eiusdem (18 Maii 1712) ac P. Alvari Cienfuegos (30 Sept. 1720) insignem doctrinam censuit sacrae purpurae honore decorandam. Anno 1709, Annibali Albano, ad Caesarem aliosque reges ac principes Nuntio apostolico, P. Ioannem Salernum comitem addidit; cuius operam in conversione Friderici Augusti, electoralis principis Saxoniae, ad fidem catholicam in epistolis ad ipsum Salernum et ad principem (14 Ian. 1713) et in allocutione consistoriali (11 Oct. 1717, 15 Mart. et 29 Nov. 1719) plurimum extulit et sacra purpura praemiavit.

---

1. In congr. gen. S. R. et U. I... coram Clemente. XI... S. D. N. Papa concessit P. Francisco Bracconnier S. I. superiori missionum in Graecia facultates (iuxta formulam quartam impressam cfr. Inn. XII n. 52) ad quinquennium – Card. Marescottus. Ios. Bartolus Not. F. 5 die 17 Mart. 1701.

2. A. F. R. M. *In apost. dignitatis fastigio.* – Clem. XI matrimonia in Indiis, praetextu dispensationum a nonnullis presb. S. I. et forsan a nonnullis Ordinariis concessarum, contracta ab iis neophytis qui non erant originarii per omnes lineas quive pro una duntaxat parte ab Indis originem trahebant, vulgo nuncupatis *Quarterones* vel *Puchveles*, revalidat, absque eo quod novus consensus praestetur, prolesque legitimas censeri debere decernit.
R. ap. S. P. II Apr. 1701 P. an. I.

Bull. de propag. fide II. 202. *Elench. bull.*

3. Congr. de prop. fide. – Decretum, quo Ioannes de Bruyn S. I. declaratur praefectus miss. S. I. in Prov. Belgii foederatis cum auctoritate ea quae ad missionis regimen pertinent... exercendi.... sub omnimoda vic. apost. iurisdictione.... – Car. card. Barberinus, praef. C. A. Fabronus secr.
19 Apr. 1701.

Reg. bull. VII. 73.

4. In congr. gen. S. R. et U. I... S. D. N. Papa concessit P. Ioanni de Bruyn S. I. praef. miss. in Prov. Belgii foederatis facultates ad triennium... – card. Mariscottus, I. Bartolus not. (Cfr. Inn. XII n. 50).
F. 5 die 28 Apr. 1701.

Reg. bull. VII. 72.

5. Congr. sac. rit. – Decretum pro S. I. concedens off. et missam SS. Nom. Iesu sub ritu dupl. maiore, die 14 Ian.
30 Apr. 1701.
Nota. 1 Oct. concessus ritus dupl. 2 classis.

Elench. bull.

6. *Providentiae coelestis.* – Clem. XI Antonio Possaterio Xansi provinciae vicario apostolico significat qualiter indulgentias proxime elapso anno iubilaei Romam confluentibus concessas, Christifidelibus eius curae commissis elargitus sit sub certa forma cuius exemplar transmitti mandavit.
R. ap. S. P. XXV Maii 1701 P. an. I.

Reg. bull. VII. 74.

7. *Ad Petri sedem.* – Clem. XI Carolo epō Andrevillensi Queicheu provinciae vicario apostolico commissis Christifidelibus iubilaei ab Innocentio XII concessi indulgentias elargitur iuxta formulam editam.
R. ap. S. P. XXV Maii 1701 P. an. I.

Reg. bull. VII. 75.

8. S. Cong. Conc. – Super emolumentis funeralibus quae debentur parochis villae de Bilbao occasione funeris Aug. de Ybayzabal in eccl. S. I. cum habitu Soc. sepulti. Debetur quarta.
18 Iun. 1701

Anal. Iur. Pont. t. VIII. p. 267.

9. In congr. gen. S. R. et U. I... relata instantia P. Iacobi Villete S. I. superioris miss. eiusdem ord. in Armenia et Perside.. S. D. N. Papa renovavit... facultates alias ei concessas ad aliud septennium – Ios. Bartolus not.
F. 5 die 30 Mart. 1702.

Reg. bull. VII. 76.

10. In congr. gen. S. R. et U. I.. relata instantia P. Ioannis Verzeau S. I. superioris miss. eiusdem ord. in Syria..... SS. D. N. Papa renovavit... facultates alias ei concessas ad aliud quadriennium – Ios. Bartolus not.
F. 5 die 30 Mart. 1702.

Reg. bull. VII. 76.

11. In congr. gen. S. R. et U. I.... relata instantia... Leonardi Lomacae S. I. superioris missionum eiusd. S. in insulis Maris Aegei aliisque orientis partibus, S. D. N. P. renovavit facultates ad aliud quadriennium.... Ios. Bart. not.
F. 5 die 14 Sept. 1702.

Reg. bull. VII. 77.

12. A. F. R. M. *Cum sa. me. Gregorius.* – Clem. XI attendens ad Brevia 8 Iun. 1622, 22 Dec. 1638, 27 Oct. 1651 et Alex. VII 18 Iul. 1662, dubium unde difformitas ritus exoriri posset, solvens, declarat festum S. Fr. Xav. quod 3 Dec. celebratur, quoties

in domin. primam adventus inciderit, in diem 4 cum indulgentia transferendum esse.
XXIV Nov. 1702.

Bull. Rom. *Elench. bull.*

13. *Coelestium munerum.* – Clem. XI indulgentias pro missionibus S. I. concedit ad septennium (Cfr. Inn. XII, n. 34).
XXIII Ian. 1703

Elench. bull.

14. *Ad augendam.* – Clem. XI indulgentiam pro oratione 40 hor. concedit ecclesiis S. I. (Cfr. Inn. XII, n. 35).
XXIV Ian. 1703.

Elench. bull.

15. Facultates concessae a S. D. N. Clemente XI... P. Antonio Possateri S. I. vic. ap. provinciae Xansi in regni Sinarum. – In congr. gen. S. R. et U. I... S. D. N. Papa praedictus concessit P. Antonio Possateri... supradictas facultates ad annos quindecim, exceptis iis quae requirunt characterem episcopalem..
F. 5 die 6 Dec. 1703.

Reg. bull. VII 77.

16. In congr. gen. S. R. et U. I... relata instantia... P. Antonii Possaterii.... S. D. N.. concessit ei facultatem dispensandi super imparitate cultus, alias vicariis apost. regni Sinarum concessam die 25 Apr. 1680, ad annos 15.
F. 5 die 6 Dec. 1703.

Reg. bull. VII. 81.

17. In congr. gen. S. R. et U. I... relata instantia... P. Caroli Turcotti ep. Andrevillen. vic. ap. provinciae Queicheu,... S. D. N. concessit ei facultatem dispensandi super imparitate cultus, alias vicariis apost. regni Sinarum concessam die 25 Apr. 1680, ad annos 15.
F. 5 die 6 Dec. 1703.

Reg. bull. VII. 82.

18. A. P. R. M. *Cum sicut accepimus.* – Clem. IX confraternitati utriusque sexus sub invoc. S. Iosephi in civ. Pekinensi concedit ind. plen. in die ingressus, in mortis articulo, et die festo principali confraternitatis, aliasque partiales.
R. ap. S. M. M. XXX Maii 1704 P. an. IV.

Reg. bull. VII. 85.

19. A. P. R. M. *Cum sicut accepimus.* – Clem. XI confraternitati utriusque sexus sub invoc. S. Iosephi in oppido Xinzijam Pekinen. seu alterius dioeceseos concedit *similes indulgentias.*
R. ap. S. M. M. XXX Maii 1704 P. an. IV.

Reg. bull. VII. 88.

20. *Ad augendam.* – Clem. XI Christifidelibus qui ecclesiam S. Iosephi civ. Pekinensis die festo eiusdem Sancti visitaverint plen. indulg. concedit. Ad 15 annos.
R. ap. S. M. M. XII Iun. 1704 P. an. IV.

Reg. bull. VII. 84.

21. In congr. gen. S. R. et U. I... relata instantia... P. Ioannis de Bruin S. I. praefecti missionum eiusd. S. in provinciis Belgii foederatis S. S. renovavit facultates alias ei concessas ad aliud triennium (cfr. n. 4).
F. 5 die 28 Aug. 1704.

Reg. bull. VII. 85.

22. Cong. sac. rit. – Sinarum. Ad humillimas preces P. Ant. Thomas S. I. et vice-prov. Sinensis moderatoris.. Congr. indulsit... officium S. Iosephi, patroni primarii missionis, semel in mense, sub ritu semiduplici. — G. Card. Carpineus, B. Inghirami Secr.
Die 13 Sept. 1704.
Nota. 2 Febr. 1705 fuit propositum S. D. Nro quod non constet quando S. Iosephus pro patrono primario iamdudum electus a missionariis Sinicis, pro tali confirmatus fuerit a S. Congr. rit. adeoque rogata S. S.... v. v. oraculo electionem ratam habuit — H. Oliverius e S. I.

Reg. bull. VII. 93

23. Decretum SS. D. N. Clementis XI, confirmantis in congr. gen. S. Inquisitionis responsa d. Congr. ad quaesita in causa rituum

Sinensium super mandato 26 Mart 1693 Caroli Maigrot Vic. ap. Fokiensis (de Dei nominibus, de tabellis in ecclesiis appendi solitis, de oblationibus, de tabellis defunctorum, de cultu Confucii, de librorum quorumdam expositione). Auditis episcopis Beryten. et Rosalien. et Fr. Noel ac Gasp. Castner S. I. mandat Carolo Th. de Tournon patriarchae Antiocheno commissario et visit. apost. in Sinarum regno transmitti responsa, ab omnibus missionariis cuiusc. Ordinis etiam S. I. observanda.
XX Nov. 1704.

Bull. Rom. — Bull. de propag. fide II. 236.

24. A. F. R M *Omnium saluti.* Clem. XI altare privilegiatum in ecclesia S. Iosephi civ. Pekinensis erigit.
R. ap. S. M. M. XXVIII Nov. 1704 P. an. IV.

Reg. bull. VII. 91.

25. Facultates concessae.. P. Nicolao Bazzire S. I. superiori missionum eiusdem Soc. in Syria (*formula impressa in-4*). – In congr. gen. S. R. et U. I. ... S. D. N. concessit P. Nicolao Bozzire... suprad. facultates ad quadriennium – G. Card. Marescottus. Ios. Bartolus not.
F. 5. die 4 Dec. 1704

Reg. bull. VII. 92.

26. Facultates concessae ... P. Carolo Lemayre S. I. superiori missonum eiusd. Soc. in insulis maris Aegei (*form. eadem*) aliisque orientis partibus. — In Congr. gen. ... Car. Lemayre...
F. 5 die 4 Dec. 1704.

Reg. bull. VII. 92.

27. A. F. R. M. *Cum sicut venerabilis.* – Clem. XI, exponente archiepõ Manilanen., fratres O. Praed , minores S. Fr. de observ., eremitas S. Aug. necnon cler. seu presb reg. S. I. in 700 suis ecclesiis seu, ut vocant, doctrinis, ius visitationis, in iis quae curam animarum et sacram. admin. concernunt, agnoscere nec doctrinas dimittere posse decernit.
R. ap. S. S. P. XXX Ian. 1705 P. an. V.

Bull. de pr. f. II. 237.

28. In congr. gen. S. R. et U. I. ... relata instantia. ... P. Iacobi Gombauld. praef. miss. S. I. in America meridionali S. D. N. ... renovavit... ad aliud septennium – Ios. Bartolus, not.
F. 5 die 19 Feb. 1705.

Reg. bull. VII. 94.

29. *Con edificazione.* – G. Card. Sacripante, praef. Congr. Macario et Abdelmesich aliisque sacerdotibus et diaconis catholicis coftis, nomine S. Pontificis et Congr. gratulatur de litteris quibus studium reunionis cum ecclesia romana significaverunt et pontificiam benedictionem communicat.
10 Luglio 1705.

Reg. bull. VII. 96.

30. *Redeunti in illas partes.* – Clem. XI Ioanni patr. Alexandrino ritus graeci, redeunte Abrahimo de Anna eius legato, gratulatur propter humanitatis officia quibus excepit ac fovit missionarios apostolicos et praesertim religiosos viros S. I. quorum opera iuventutem institui permisit, neminem catholicam fidem amplecti impediens.
X Iul. 1705 P. an. V.

Clementis XI.. epistolae et brevia, 1727. *Reg. bull. VII.* 98.

31. Cong. S. Conc. – Decretum in Neapolitana, negans praestationem congruae et alimentorum Nicolao de Laurentiis dimisso e S. I.
8 Aug. 1705.

Elench. bull.

32. A. F. R. M. *Ut dilecti filii.* – Clem. XI presbyteris regularibus S. I. in Martinicae, Guadalupae, SS. Christophori, Dominici et Vincentii, ac Caiennae cum locis adiacentibus Ludovici Franc. regis subiectis, necnon Marigallensis insulis, facultatem dispensandi cum nigritis neophytis in quovis gradu a iure divino non prohibito primo tantum excepto, concedit ad 20 annos, donec aliquis episcopus constituatur.
R. ap. S. M. M. XI Aug. 1705 P. an. V.

Ex typ. cam. apost. *Reg. bull. VII.* 97.

33. Cong. sac. rit. – Tusculana. Super controversia de ingressu parochi in ecclesiam S. I. occasione funerum, cum stola et cruce.
22 Aug. 1705.

Gardellini, 3731.

34. *Inficiari non possumus.* – Clem. XI Inghelberto Biscoff S. I. Caes. maiest. confessario dolorem suum significat quod Iosephus Rom. rex, alienum a se Pontificis animum ex actis existimans Nuntium S. S. ab aula dimiserit et oratorem suum ab Urbe revocaverit ; hortatur revocet Caes. maiest ab hoc dissidio, bonis luctuoso, fidei hostibus grato et solatium per conciliatam eius voluntatem curis pontificiis paret.
XXX Aug. 1705 P. an. VI.

Clem. XI., epistolae.

35. *Lae ati sumus.* – Clem. XI sculteto, laudamannis et senatui 5 ex 8 pagis helv. catholicis, Lucernae, Uraniae, Subsilvaniae, Svitii et Tugii gratulatur fructum ex missionibus apostolicis Fulvii Fontana S. I. et auxilium ei praestitum : quae eorum nomine d. Fulvius proposuit circa Turegum et Rapersuilam (Appenzell ?) pro dilatanda fide, a Fabricio Card. Spada fusius sibi exponi gratum erit.
R. ap. S. P. XXX Dec. 1705 P. an. VI.

Clem. XI., epistolae.

36. Resolutio SS. Domini P. Clem. XI in congr. gen. S. Inquisitionis. Relatis decreto 23 Iun. 1704 Caroli Th. de Tournon, patriarch. Antioch. Visit. apostolici, eiusque litteris 9 et 10 Iul. dicit rescribendum esse commendando eius prudentiam et zelum, et quod exacte servari debet eius decretum, donec aliter a Sede Ap. provisum fuerit, postquam eos audierit qui aliquid adversus d. decretum afferendum habuerint. Mandat reassumi omnia circa ritus malabaricos ad S. Sedem delata et quaestionem de Pareas separatim examinari.
VII Ian. 1706.

Bull. de propag. fide III. 171.

37. *Commendavimus anno elapso.* – Clem. XI Philippo Hisp. regi catholico gratulatur negotium expeditionis sacrae ad novas insulas Oceani Sinici, anno elapso per Andr. Serranum S. I. e Phi-

lippinis reducem commendatae et nunc, eodem referente, a rege provectae ; confidere se ea quae idem religiosus vir provinciae suae nomine expetere isthic debet, regis auctoritate perficienda esse.
R. XXX Apr. 1706 P. an. VI.

Clem. XI. epist.

38. S. Congr. Conc. – Melevitana seminarii. An sit reintegrandum ad beneficia alias sibi unita et ad contributiones et emolumenta collegio S. I. applicata in casu. – ℟ Aff. pro nunc quoad 4 benef. primo loco unita.
31 Iul. 1706.

Anal. Iur. Pont. IX, 624.

39. *Inter tot curas.* – Clem. XI Carolo Th. Patriarchae Antiocheno in Sinarum ac aliis Ind. Or. partibus Visitatori apostolico gaudium suum significat ex litteris 20 Sept. e Xao-cen-fu datis perceptum, quibus nuntiat se a fidelibus istis et ab optimatibus istius imperii insueta devotionis et honoris significatione fuisse receptum, ad imperatoris aulam parato sibi aditu per religiosos S. I. qui magno in id studio incubuerunt.
1 Ian. 1707.

Clem. XI. epist.

40. *Paucis tibi exponimus.* – Clem. XI Inghilberto Biscoff S. I. Caes. maiest. confessario dolorem suum significat quod haeretici qui in Italia non exiguam caesarei exercitus partem conficiunt, inficere fideles parant ; monitam de his fuisse Caes. maiestatem ; commendat ut dignam suo loco, in hac causa, impendat operam.
R. XXII Ian. 1707. P. an. VII.

Clem. XI. epist.

41. Facultates concessae. In solita audientia per R. D. Assessorem S. Off... habita, relata instantia... P. Ioannis de Bruyn S. I. praef. missionum in Prov. Belgii foederatis, S. S. renovavit facultates... ad aliud triennium. (Cfr. n. 21) – Ios. Bartolus, not.
F. 4 die 23 Mart. 1707.

Reg. bull. VII. 101.

42. *In supremo apost. dignitatis.* – Clem. XI, petente procuratore S. I. Chinarum Indiarumque orientalium missionum, mandat

officiali episcopi Trecen. ut in prioratum, cura conventuque carentem, S. Petri de Villenauxe ord. can. reg. S. Aug. Trecen. dioec., a monasterio S. Quintini d. Ord. Belvacen. dioec. dependentem, extinguat post obitum Odonis Iac. Brunet presb. commendatarii, et collegio Claromontano Ludovici magni nuncupato S. I. Parisiensi uniat; fructus (24 duc.) dd. missionibus promovendis et 2 catechistis ibi manutenendis impendentur, dempta tamen ex fructibus summa 650 libr. turonensium, duabus sororibus S. Lazari seu charitatis quotannis solvenda quae puellas in d. oppido instruant et aegrotos pauperes adiuvent.

R. ap. S. M. M. id. Iul. 1707 P. an. VII.

Nota. 15 Iul. 1707 Franciscus de Mornay Monchereul, abbas commend. S. Quintini per procuratorem suum Mich Ang. de la Chausse consensit.

Reg. bull. VII. 102.

43. *Cum fel. rec.* – Clem. XI ind. plen. pro communione generali in eccl. S. I. concedit ad 15 annos (Cfr. Inn. XII n. 6).

XIII Aug. 1707.

Elench. bull.

44. *Ad augendam.* – Clem XI ind. plen. die 13 Novembris in domibus professis Neapolit. Panorm. Mediol. Valentin. Hispalen. Calaritan. Parisien. Burdigal. Viennen. Antwerpien. Cracovien. Warsovien. Goana et Mexicana, in nonnullis coll. et domibus prob. concedit ad septennium. (Cfr. Inn. XII, n. 9).

XIII Aug. 1707.

Elench. bull. — Bullae.

45. *Non facile explicare.* – Clem. XI potentissimo ac magno domino Czari et magno Duci Petro... gaudium suum significat quod per Ducem Borisium Kurakinum ante aliquot menses Romam ablegatum certior factus est fore ut liberum ac publicum Rom. religionis exercitium in ditione eius permittatur, in civitate Moscua conventus cappucinorum, domus et gymnasia S. I. fundentur et transitus missionariis ad Sinarum imperium concedatur ; publicis et congruis significationibus declarabit gaudium cum documenta ad manus suas pervenerint.

R. ap. S. M. M. XVIII Oct. 1707 P. an. VI.

Clem. XI. epist.

46. *Etsi credere par sit.* – Clem. XI Inghelberto Biscoff S. I. Caes. maiest. confessario stimulos admovet ut adsit maiestati ne invalescant eorum consilia qui contendant expedire oblatam a Principe acatholico pecuniae summam mutuo accipere ea conditione ut ei vicissim oppignorentur terrae et proventus ecclesiae Hildesiensis.
R. ap. S. P. XXV Febr. 1708 P. an. VIII.

Clem. XI. epist.

47. *Etsi ad necessariam.* – Clem. XI Inghelberto Biscoff S. I. Caes. maiest. confessario denuntiandum ducit periculum animae Caesaris, si tamen, ipso iubente aut conscio, aperte nunc vis ecclesiasticae ditioni a militibus eius illata sit, monetque ut umbras malorum hominum opera menti illius offusas discutiat.
R. II Iun. 1708 P. an. VIII.

Clem. XI. epist.

48. *Praesidium aliquod* – Clem. XI Inghelberto Biscoff S. I. Caes. maiest. confessario denuntiat pericula in quibus versantur catholici in ditione marchionis Brandeburgensis ex causa denegati administro eiusdem marchionis in civitate Coloniensi exercitii reprobatae sectae calvinianae, monetque ut eorum causam peroret apud Caes. maiestatem.
R. XIV Iul. 1708 P. an. VIII.

Clem. XI. epist.

49. Facultates concessae... P. Aegidio Antonio Sauvage S. I. praef. miss. eiusd. Ord. in Syria (cfr. n. 25) – In congr. gen. S. R. et U. I... S. D. N. concessit... facultates ad quadriennium. – G. Card. Marescottus, Ios. Bartolus not.
F. 5 die 2 Aug. 1708.

Reg. bull. VII. 108.

50. A. F. R. M. *Animarum saluti.* – Clem. XI, petente Mich. Ang. Tamburini S. I. Praep. Gen. renovat indulgentias et privilegia pro Indiis ab Alex. VIII concessas ad 20 annos. (Cfr. Alex. VIII, n. 4).
XXII Sept. 1708.

Bull. de prop. fide II. 258, *Hernaes, III*, 64. *Elench. bull.*

51. *Ad augendam.* – Clem. XI Christifidelibus cappellam sub invoc. B. M. V. de Strada nunc. in eccl. SS. Nom. Iesu domus prof. cler. reg. S. I. de Urbe visitantibus die festo conceptionis eiusdem B. M. V. Immaculatae et communicantibus plen. ind. concedit. Perpetuo valituris.
R. ap. S. P. IV Dec. 1708 P. an. VIII.

Reg. bull. VII. 109.

52. *Dominantium Dominus.* – Clem. XI mandat officiali episcopi Foroiulien. ut non obstante reclamatione capituli eccles. saecularis et collegiatae de Rignans dioec. Foroiulien. cui per breve ad episcopum Foroiulien. 22 Ianuar. anni 1707, P. an. VII responsum est, fructus et proventus praepositurae d. ecclesiae vac. per obitum Hieronymi le Pelletier applicet moderno seminario navali maritimo in civitate Tolonensi a presbyteris S. I. directo, dignitate et iuribus praepositurae ad decanum secundum d. ecclesiae dignitarium translatis.
R. ap. S. P. XV kal. Mart. 1708 P. an. IX.

Fund. prov. Lugd. Miscell.

53. *In apost. dignitatis solio.* – Clem. XI, petentibus Ioseph Benito de Lancos Noboa Castro y Andrada et Maria Theresia Taboada Castro y Villamarin, coniugibus et comitibus de Mazeda et Taboada, ac Sebastiano Suanez, presb. S. I. rectore collegii d. S. in civitate Auriensi, mandat officiali episcopi Aurien. ut cum d. collegio a 70 annis incœpto, in quo vix septem presbyteri redditibus sustentari valent, uniat ecclesias parochiales S. Christophori de Souso et S. M. de Corvillon d. dioec., vicaria perpetua inibi instituta, iuxta instrumentum publicum cui ab Augustino Dabbal notario sive scribano loci de Ponte Vedra 25 Aug. 1705 rogati dd. patroni consenserunt. Fr. 128 et 172 duc. auri de camera.
R. ap. S. P. III non. Apr. 1709 P. an. IX

Reg. bull. VII. 110-120.

54. *Ad augendam.* – Clem. XI concedit indulgentias pro oratione 40 hor. in eccl. S. I. ad septennium (Cfr. n. 14)
V Iul. 1709.

Elench. bull.

55. *Coelestium munerum.* – Clem. XI ind. pro missionibus S. I. concedit ad septennium (Cfr. n. 13).
VI Iul. 1709.

Elench. bull.

56. In solita audientia ... relata instantia ... F. Caroli Lemayre S. I. superioris missionum d. S. in insulis Maris Aegei aliisque orientis partibus, S. S... renovavit ad aliud quadriennium (Cfr. n. 26) – I. Bartolus not.
F. 5 die 9 Oct. 1709.

Reg. bull. VII. 112

57. In congr. gen. S. R. et U. I .. S. D. N... concessit P. Benedicto Sulpitio Langlade S. I. sup. miss in Armenia et in Perside.. facultates ad septennium – G. Card. Marescottus, Ios. Bartolus not. (Cfr. n. 9).
F. 5 die 12 Dec. 1709.

Reg. bull. VII. 121.

58. S. Congr. de prop. fide. – Decretum. Referente Silvio de Cavaleriis secr., praefectus miss. in prov. Belgii fœderatis declaratur P. Franc. Fimbry. (Cfr. n. 41).
23 Iun. 1710.

Reg. bull. VII. 122.

59. S. Cong. Conc – Melevitana seminarii. An sit standum decisis 31 Iul. 1706 et an sit sem. reintegrandum ad alia 4 beneficia. R). ad 1. In decisis. Ad 2. Negative et amplius.
2 Aug. 1718.

Anal. Iur. Pont. t. IX, 624

60. *Cum nobis omnino.* – Clem. XI Michaeli de Tellier S. I. christ. regis confessario confidit ut in causa Card. Bullonii rex revocet quae a curia parlamenti aliisque laicis magistratibus adversus ecclesiae iura acta sunt.
R. ap. S. M. M. III Aug. 1710 P. an. X.

Clem. XI. epistolae.

61. Decretum SS. D. N. Clementis XI in congr. gen. S. Inqui-

sitionis responsa sua 20 Nov. 1704 et decretum Card. de Tournon 25 Ian. 1707 confirmantis, vetantis quidquam edi de ritibus Sinicis sine licentia S. Sedis.
XXV Sept. 1710.

Bull. de pr. f. II. 281 (1).

62. Congr. s. rit. et ind. – Responsum ad P. Cavarrubias S. I. procuratorem gen. missionum Ind. occid. An PP. S. I. qui bullam cruciatae non susceperunt et in iis locis immorantur in quibus eadem bulla publicatur, lucrari possint alias indulgentias sibi a S. Sede concessas ? – Aff. et ad mentem.
17 Dec. 1710.

Bullae.

63. *Fraternitatis tuae.* – Clem. XI Claudio Visdelou pr. S. I. per Card. Car. Th. Maillard de Tournon in episcopum Claudiopolitanum sub praecepto obedientiae electo ac Vicario apost. provinciae Quei-cheu in Sinis constituto significat confirmationem et validationem apostolicam.
R. ap. S. P. XV Mart. 1711 P. an. XI.

Bull. de pr. f. II 291.

64. A. F. R. M. *Cum sicut accepimus.* – Clem. XI decretum Card. Caroli Th. Maillard de Tournon, commissarii et Visitat. Ap. Sinarum Machai datum d. 3 Iul. 1708, quo missiones Sinicas ingredi vel obire sine licentia vetatur missionarius vel presbyter quilibet sive saecul. sive regul. cuiuscumque Ord. etiam S. I., confirmat et extendit ad commissarii successores.
R. ap. S. P. XV Mart. 1711 P. an. XI.

Bull. Rom. — *Bull. de pr. f. II* 283.

65. *Ex iis quae dilectus.* – Clem. XI Claudio Visdelou episcopo Claudiopolitano S. I. confirmat praefectionem a Card. Carolo de Tournon in eius persona factam in episcopum eccl. Claudiopolitanae et eius deputationem in Vicarium apost. prov. Kueycheu in regno Sinarum ; ex eius litteris 12 feb. 1710 Pudecherii datis liben-

(1) p. 280 *literae* 4 *Generalium Ordd. relig.* 18 Oct. 1710.

ter accepit de invicta fortitudine, apostolico zelo et virtutibus d. Cardinalis ; hortatur ut pios eius conatus iuvet.
R. ap. S. M. M. XXV Iul. 1711 P. an. XI.

Clem. XI. epist.

66. Cong. s. rit. – Prov. Galliae S. I. Cum officium S. Remigii sit duplex minus in Gallia et sequens dies sit fest. SS. Angel. pariter dupl. min., fiant vesp. de seq. cum comm. praec.
22 Aug. 1711.

Gardellini, 3842.

67. Cong. s. rit. et ind. – Responsum ad episcopum Regien. An alumnis seminarii, qui scholis et congregationibus collegii S. I. minime intersunt concedi possint indulgentiae d. congr. – Neg.
16 Nov. 1711.

Bullae.

68. *Inter alia multa.* – Clem. XI Carolo Hisp. regi cath. Hung. et Bohem. regi illustri in R. Imp. electo commendat seminarium Lincii in Austria pro regionibus septemtr. a Iosepho fratre eius susceptum nec perfectum ; qua de re audire velit Ioann. Galdenblad S. I. sacerdotem eiusque desiderio satisfacere.
R. ap. S. P. XVI Ian. 1712 P. an. XII.

Clem. XI. epist.

69. *Plurimis atque praeclaris.* – Clem. XI Eleonorae Magd. Theresiae Hung. et Boh. reginae illustri commendat ut Andream Galdenblad S. I. de necessitatibus seminarii Lincii exponentem benigne audiat.
R. ap. S. P. XVI Ian. 1712 P. an. XII.

Ib.

70. In congr. gen. S. R. et U. I.... S. D. N. concessit F. Ioanni Barsè S. I. sup. miss. d. S. in Syria facultates ad quadriennium. (form. 4. cfr. n. 49) – G. Card. Marescottus, I. Bartolus not.
F. 5 die 21 Ian 1712.

Reg. bull. VII 122.

71. Clem. XI decretum in causa Viennen. in Gallia beatifica-

sitionis responsa sua 20 Nov. 1704 et decretum Card. de Tournon 25 Ian. 1707 confirmantis, vetantis quidquam edi de ritibus Sinicis sine licentia S. Sedis.
XXV Sept. 1710.

Bull. de pr. f. II. 281 (1).

62. Congr. s. rit. et ind. – Responsum ad P. Cavarrubias S. I. procuratorem gen. missionum Ind. occid. An PP. S. I. qui bullam cruciatae non susceperunt et in iis locis immorantur in quibus eadem bulla publicatur, lucrari possint alias indulgentias sibi a S. Sede concessas ? – Aff. et ad mentem.
17 Dec. 1710.

Bullae.

63. *Fraternitatis tuae.* – Clem. XI Claudio Visdelou pr. S. I. per Card. Car. Th. Maillard de Tournon in episcopum Claudiopolitanum sub praecepto obedientiae electo ac Vicario apost. provinciae Quei-cheu in Sinis constituto significat confirmationem et validationem apostolicam.
R. ap. S. P. XV Mart. 1711 P. an. XI.

Bull. de pr. f. II 291.

64. A. F. R. M. *Cum sicut accepimus.* – Clem. XI decretum Card. Caroli Th. Maillard de Tournon, commissarii et Visitat. Ap. Sinarum Machai datum d. 3 Iul. 1708, quo missiones Sinicas ingredi vel obire sine licentia vetatur missionarius vel presbyter quilibet sive saecul. sive regul. cuiuscumque Ord. etiam S. I., confirmat et extendit ad commissarii successores.
R. ap. S. P. XV Mart. 1711 P. an. XI.

Bull. Rom. — *Bull. de pr. f. II* 283.

65. *Ex iis quae dilectus.* – Clem. XI Claudio Visdelou episcopo Claudiopolitano S. I. confirmat praefectionem a Card. Carolo de Tournon in eius persona factam in episcopum eccl. Claudiopolitanae et eius deputationem in Vicarium apost. prov. Kueycheu in regno Sinarum ; ex eius litteris 12 feb. 1710 Pudecherii datis liben-

(1) p. 280 *literae* 4 *Generalium Ordd. relig.* 18 Oct. 1710.

76. Congr. s. rit. et ind. – Patribus S. I. collegii SS. Trin. Lugduni indulgentiam, in festo S. Gabini mart. cuius maior pars corporis requiescit in cappella ecclesiae, a 7 annis concessam renovari petentibus — S. S. in aud. benigne annuit pro gratia iuxta petita.
22 Iun. 1712.

Bullae.

77. In congr. gen. S. R et U. I.... S. D. N. concessit supradictas facultates (form. impr. in-8 n. 58.) P. Gaspari de Champs S. I. praefecto miss. in prov. Belgii foederatis ad triennium... — G. Card. Marescottus, Ios. Bartolus not.
F. 5 die 18 Aug. 1712.

Reg. bull. VII. 123.

78 *Non sine gravi.* – Clem. episcopo Meliapuren. et caeteris istarum partium antistitibus veritatem contra falsum rumorem decretum Card. de Tournon 23 Iun. 1704 abrogatum et ritus per missos fuisse innotescere cupiens, coniuncta folia mittit, ex quibus intelligent quaenam sit sua mens, donec aliter decernatur.
R. ap. S. M. M. XVII Sept. 1712 P. an. XII.

Bull. de propag. fide III. 171.

79. *La maggior consolazione.* – Clem. XI Ioan. Bapt. Salerno S. I. significat consolationem ex eius ad Card. Albanum litteris de Principis electoralis Saxoniae conversione perceptam, cupitque Principem amplexari.
R. ap. S. P. XXVI Nov. 1712 P. an. XII.

Clem. XI. . epist.

80. *Scriptis regi christianissimo.* – Clem. XI Michaeli Le Tellier S. I. christ. regis confessario exponit quae in causa Emmanuelis Theodosii Card. Bullonii a saeculari potestate perperam attentata sunt, petitque ut pro Instituti suique officii munere regem excitet ad reverentiae in Ecclesiam et S. Sedem argumenta.
R. III Dec. 1712.

Clem. XI... epist.

81. Congr. s. rit. et ind. – Patribus S. I. Liburnen. petentibus ind. plen. pro communione gen. ultimo die festo mensis cuiusque

in sacello D. N. del buon viaggio a nautis celebrari solita — S. S. in aud. benigne annuit pro gr. ad septennium.
3 Iul. 1713.
Nota. Renovata 18 Iun. 1720.

Bullae.

82. Congr. s. rit. et ind. – Patribus S. I. Messanen. petentibus ind. plen. pro comm. gen. in carceribus dell' Albugaria e del Palazzo, ad septennium iam concessam — S. S. in aud. annuit pro confirmatione ad aliud septennium.
3 Iul. 1713.

Bullae.

83. *Ea est operosa.* – Clem. XI, petentibus rectore et presbyteris coll. S. I. Saonensis, mandat episcopo Saonen. ut cum d. collegio uniat ecclesiam parochialem, praeposituram nunc. S. Andreae, a Nic. Galesio resignatam, ecclesiae d. collegii contiguam, angustam, in suis limitibus parochialibus per spatium unius milliarii extra moenia erga montes Valoriae extensam, in qua confraternitas SS. Sacramenti reperitur, – et parochianorum curam et d. confraternitatem ad ecclesiam conventus fr. Eremitarum O. S. Aug. congreg. Lombardiae transferat. Fr. 30, cum incertis 100 duc.
R. ap. S. M. M. VII kal. Apr. 1712 P. an. XIV.

Reg. bull. VII. 124 b.

84. Facultates concessae... P. Iacobo Portier S. I. sup. miss. eiusd. S. in insulis Maris Aegei aliisque Orientis partibus. – In solita audientia... ad quadriennium. (Cfr. n. 56). – I. Card. Spada, I. Bartolus not.
F. 4 die 15 Aug. 1714.

Reg. bull. VII. 124.

85. *Exponi nobis nuper fecit.* – Clem. XI ad preces Ioan. Bapt. tit. S. Stephani in Monte Coelio presb. Card. Ptolemei nuncupati, abbatis commendatarii moderni abbatiae saecularis aut regularis conventu et cura carentis S. Petri de Gazolo nuncupatae Mantuan. dioec. hanc abbatiam tribuit collegio S. I. Mantuano in usum et habitationem propriam vacationum tempore et convales-

centium commodo, cum ab urbe Mantuana 5 milliaria tantum distet, cum onere ecclesiam reficiendi aedificia restaurandi et annuatim canonem d. Eminen. commendatario solvendi per formam emphyteusis.
R. ap. S. M. M. VIII kal. Mart. 1714 P. an. XV.

Fund. Venet. t. V. Mantuan.

86. A. F. R. M. *Ex illa die qua.* – Clem. XI decreta de ritibus Sinicis 20 Nov. 1704, 25 Sept. 1710 data confirmat et missionarios quoscumque etiam S. I. ea observare ac iuramentum (insertum) super ea re praestare iubet.
R. ap. S. M. M. XIX Mart. 1715 P. an. XV.

Bull. Rom. — Bull. de propag. fide II, 306.

87. A. P. R. M. *Pastoralis officii cura.* – Clem. XI collegium seu seminarium S. I., post continua missionariorum d. S. in septentrione vota, sub tit. 3 SS. regum et mart. Erici, Canuti et Olai, in opp. capitali superioris Austriae nunc. Lincio Passavien. dioec. a Iosepho et Carolo imperatoribus electis fundatum, ad iuventutem ex Suecia, Dania et Norvegia pura ac catholica doctrina imbuendam, apost. auctoritate confirmat, varias rectori et superioribus d. collegii facultates impertit.
R. ap. S. M. M. XII Iun. 1715 P. an. XV.

Bull. de propag. fide. II. 310. *Fund. pr. Austr. t. I.*

88. S. Congr. de prop. fide – Decretum. Referente Silvio de Cavaleriis archiep. Athenarum secr. praefectus missionum PP. S. I. in prov. Belgii foeder. ad triennium declaratur P. Isaacus de Bruyn.. (Cfr. n. 77.) – Ios. Card. Sacripantes praef., S. arch. Athen. electus.
12 Nov. 1715.

Reg. bull. VII. 125.

89. In congr. gen. S. R. et U. I. ... relata instantia.... P. Ioannis Barsè S. I. sup. miss. in Syria... S. D. N.. renovavit facultates, ad aliud quadriennium. (Cfr. n. 70.) — Ios. Bartolus, not.
F. 5 die 14 Nov. 1715.

Reg. bull. VII. 124.

90. In particulari audientia data assessori S. Off. P. Isaaco de

Bruyn S. I. praef. miss. d. S. in prov. Belgii fœderatis in Hollandia, concessit S. D. N. facultates ad triennium. — F. Card. Spada, I. Bartolus not.
F. 5 die 21 Nov. 1715.

Reg. bull. VII. 126.

91. *Etsi multiplices.* – Clem. XI Gulielmo Daubenton Philippi regis Hisp. cath. confessario calamitatem a Turcarum tyranno instantem exponit, petitque ut preces, quibus a Philippo rege cath. valida et expedita subsidia flagitat, iuvare quam enixe velit.
R. XIX Ian. 1716.

Clem. XI. epist.

92. Congr. s. rit. et ind. – Patribus provinciarum Germaniae petentibus indulgentias, etiam plenarias, pro fidelibus qui solent convenire quotidie vespere ad eliciendum actum contritionis, litanias B. M. V. aliasque preces fundendas – S. C. concedendam censuit ind. quotidian. 100 dierum ad septennium.
28 Ian. 1715.

Bullae

93. Clem. XI decretum in causa Viennen. in Gallia beatif. seu canon. ven. servi Dei Ioannis Fr. Regis presb. prof. S. I. super dubio de miraculis octo respondet de duobus affirm. et decretum per litteras apostolicas in forma brevis publicari mandat.
7 Maii 1716.

Relatio actorum... Roma 1717 p. 16.

94. A. P. R. M. *Viros gloriosos.* – Clem. XI Dei servum Ioannem Fr. Regis sac. prof. S. I. Beati nomine nuncupari ac de eo officium et missam, die 24 Maii, cum dies 31 Dec. qua spiritum Deo reddidit impedita sit, recitari concedit in oppido de Foncouverte Narbonen. dioec., in pago Lalovesci Viennen. dioec. in Delphinatu, in civitate Aniciensi et in universa Societate Iesu ; solemnia beatificationis celebrandi facit potestatem.
R. ap. S. M. M. VIII Maii 1716 P. an XVI.

Bull. Rom. — Nov bull. S. I. 201.

95. A. P. R. M. *Nuper pro parte.* – Clem. XI, petente Ber-

nardino Solorzani Proc. gen. prov. S. Ioann. Bapt. O. Praed. regni Peruani, relatis variis decretis circa parochorum ius super funera in ecclesiis regularium, confirmat auctor. apost. decretum Congr. negotiis episcoporum et regul. praepositae, 24 Apr. 1617, quo censetur danda esse decreta alias edita et signanter illud emanatum 6 Maii 1672 ad instantiam Alph. de Alarcos Proc. gen. Hisp. et Ind. S. I.
R. ap. S. M. M. III Iun. 1716 P. an. XVI.

Nov. bull. S. I. 203.

96 A. F. R. M. *Cum nos per nostras.* – Clem. XI in solemnibus beatificationis in oppido de Foncouverte Narbonen. dioec., in pago Lalovesci Viennen. dioec., in civ. Anicien. et in universa S. I. celebrandis indulgentiam plen. concedit. Pro unica vice.
R ap S. M. M. XVI Iun. 1716 P. an. XVI.

Relatio actorum... Roma, 1717, p. 33.

97. Cong. S. Rit. – Brixinen. Officium S. Pirmini in eccl. S. I. Oenipontana, si occurrat comm. fid. defunct. 3 Nov., esse transferendum.
11 Iul. 1716.

Gardellini 3887.

98. *Cum persuasum.* – Clem. XI episcopo Passavien. gratam fore operam Bernardi Cerronii et Ignatii Grembs S. I. confidit, qui sacras missiones in aliis Germaniae dioecesibus uberi proventu peregerunt easque etiam in eius dioecesi habere peroptant.
R. VII Ian. 1717.

Clem. XI ... epist.

99. *Perspectus Fraternitatis.* – Clem. XI Antonio archiepiscopo Salisburgen. commendat ut benigne excipiat et auctoritatis praesidio, ubi res postulet, foveat Bern. Cerroneum et Ign. Grembs S. I. in sacris missionibus habendis.
R. VII Ian. 1717.

Clem. XI... epist.

100. *Paternae charitati.* – Clem. XI archiepiscopo Burdigalen., exposita subrepticia provisione qua nonnulla beneficia ecclesiastica collegiorum S. I. istic sibi conferri et occupare studuerunt improbi

homines, iniungit ut Philippo Duci Aurelianensi aliisque mentem S. Pontificis declaret et dd. religiosos ab impia vexatione liberari curet.
R. VI Mart. 1717.

Clem. XI... epist.

101. Cong. s. rit. et ind. – Rectoribus collegiorum et domorum S. I. in Gallia petentibus ad septennium ind. plen. 24 Maii pro festo B. Ioannis Franc. Regis, respondit : Gaudeant impetratis.
4 Apr. 1717.

Bullae.

102. *Singulari gaudio.* – Clem. XI Czari et magno Duci Petro, universae magnae, parvae et albae Russiae autocratori, qui superioribus annis ducem Borisium Kurakinum ad se cum litteris allegavit, gratum animum promit quod constituerit liberum et publicum rom. religionis exercitium in universa ditione permittere et iam permiserit in civitate Moscua cappucinorum conventum fundari et erigi ecclesiam et donum pro S. I. una cum gymnasiis.
R. XII Maii 1717 P. an. XVII.

Iul. Pogiani ep. II. 173. — *Clem. XI epist.*

103. *E' inesplicabile.* – Clem. XI I. Bapt. Salerno S. I. gaudium suum exponit ex eius literis de felice eius in aula Viennensi negotiatione perceptum, de quo a P. Guarino edocebitur.
R. VI Oct. 1717.

Clem. XI... epist.

104. *Benche siamo certi.* – Clem. XI Friderico Aug. Saxoniae Duci, Principi regio Poloniae et electorali Saxoniae gaudium suum significat ex litteris P. Salerno de felici negotiorum exitu perceptum ; plura a P. Ignatio Guarini, latore praesentium, cognoscet.
R. ap. S. M. M. VI Oct. 1717.

Clem. XI epist.

105. *Niuno meglio di Lei.* – Clem. XI Ioanni. Bapt. Salerno S. I. gaudium suum dicit de facultate publicandi conversionem Principis de Saxonia ; quod 11 huius mensis in consistorio prae-

stabit, praesente cardinali Albano. Nuntiat filio Principis de Staremberg canonicatum Passavien. collatum iri.
VI Oct. 1717.

Clem. XI... epist.

106. *Inter caetera cordis.* – Clem. XI ad episcopum Cracovien. scribens, confirmat et approbat concordiam inter presbyteros S. I. oppidi Sandomirien. dioec. Cracovien. ac promotorem fiscalem curiae episcopalis Cracovien. et procuratorem fiscalem regni Poloniae aliosque litis consortes initam circa ecclesiam parochialem SS. Petri et Pauli eique annexam Samborzensem.
R. ap. S. M. M. VIII id. Nov 1717 P. an. XVIII.

Fund. Polon. IV. Sandomirae.

107. *In ea in qua modo.* – Clem. XI Georgio Tonneman S. I. caes. et cath. maiestatis confessario denuntiat discrimen salutis aeternae pro caes. et cath. maiestate, si tamen ipsa iubente aut conscia, nuntius S. Sedis e Neapol. regno expulsus, abolitum eius tribunal et omnis fere Pontif. iurisdictionis imago deturbata fuit, moneri eam iubet eo quo par est zelo et apostolica libertate.
R. XII Dec. 1717 P. an. XVIII.

Clem. XI... epist.

108. *Cognita subreptione.* – Clem. XI vicecomiti maiori, scabinis et consilio civitatis Dolae significat se, cognita subreptione qua Simon Rochet prioratum S. Simonis de Motha, a Greg. XIII coll. S. I. Dolensi unitum obtinuit, litterarum apost. eiusmodi provisionis executionem impedivisse ; testatur d. Soc. a se summopere diligi, eiusque iura tueri nunquam intermittant eos hortatur.
R. XIV Dec. 1717 P. an. XVIII.

Iul. Pogiani ep. II. 174. — *Clem. XI. epist.*

109. S. Cong. episcoporum et reg. – Super fundatione facta per episcopum Zamoren. ; praevia sanatione approbatur sub qualitate purae et simplicis residentiae.
29 Apr. 1718.

Anal. iur. pontif. VIII p. 112.

110. Congr. s. rit. et ind. – Epō Brugen. petenti ind. plen. pro

prima communione puerorum quos S. I. ab anno 1570 consuevit sing. diebus tum feriatis tum festivis doctrina christ. imbuere : Aff. ad septennium.
11 Iul 1718.

Bullae.

111. *Quibus par erat.* – Clem. XI Augusto, Poloniae regi illustri significat eius natum Io. Georgium de Theschen ad Urbem missum ut in seminario Romano litterarum studio excolatur a se exceptum pontificia charitate, fructumque uberrimum sibi pollicetur a praeclara d. Ioannis indole et ab optima disciplina religiosorum virorum S. I. quibus impense commendatus fuit.
R. XXV Nov. 1718 P. an. XVIII.

Iul. Pogiani ep. II. 174.

112. *Quum nos hodie.* – Clem. XI P. Salerno S. I. presbytero Cardinali creato in virtute sanctae obedientiae praecipit ut consensum praestet, votum de non acceptanda praelatione relaxat.
R. ap. S. M. M. 29 Nov. 1719 P. an. XIX.

Nilles S. I., Symbolae... p. 1016.

113. A. F. R. M. *Sacri apostolatus.* – Clem. XI, exponente Mich. Ang. Tamburino Praep. Gen. S. I. Gregorium XIII decrevisse ut in Indiis or. et occ. et aliis regionibus extra Europam nemo S. I. post emissa vota ad quemcunque Ordinem nisi de expressa R. Pont. vel Praep. Gen. transire posset (inseruntur litterae : *Eccl Rom. Pontificem*, 9 kal. Oct. 1579), et nihilominus aliquem nuper, praetextu quod litterae Greg. XIII in bullario S. I. non reperiantur, et quod capitulum *Licet de Regularibus* praevalet, transiisse, dd. Greg. XIII litteras confirmat.
R. ap. S. M. M. I Dec. 1719 P. an. XX.

Bull. Rom. — *Nov. bull. S. I.* 206 — *Hernaes I*, 644. *Reg. bull. VII.* 127.

114. Cong. s. rit. et ind. – Patribus bohemis S. I. petentibus renovari ind. plen. ad sept. concessam semel in anno, quolibet die, in eccl. S. I. in Turzan : SS. concessit pro 7 festivitatibus B. M. V. semel. Ad septennium.
4 Dec. 1719.

Bullae.

115. *Etsi minime vereamur.* – Clem. XI Ioanni Laureati S. I. visitatori in imperio Sinarum, quamvis, ut confidit, obtemperaturo litteris Praep. Generalis Aug. Tamburini 25 Feb. datis, commendat Carolum Ambrosium, patriarcham Alexandrinum, visitatorem apostolicum in Sinarum aliisque orientalium Indiarum regnis, et cupit ut cum eo curet constitutionem de ritibus Sinensibus ante 4 annos datam inconcusse observari.
R. ap. S. M. M. XXIV Feb. 1720 P. an. XX.

Hernaes, Coleccion III, 188.

116. *Delatum non ita pridem.* – Clem. XI Bernardino episcopo Pekinen. significat auctoritatis pontificiae pondus per decr. Congr. S. R. Inquis. accessisse eius iudicio de libello typis Sinicis impresso : *Informatio* pro veritate contra iniquiorem famam sparsam per Sinas cum calumnia PP. S. I. et detrimento missionis, communicata missionariis in imperio Sinensi anno MDCCXVII.
R. ap. S. M. M. XXVIII Febr. 1720 P. an. XX.

Bull. de propag. fide II. 335.

117. *Nel punto istesso.* – Clem. XI Carolo Hisp. cath., Hung. et Boh. regi ill., in R. I. electo nuntiat P. Alvarum Cienfuegos S. I. regis precibus instantibus, fuisse in consistorio creatum cardinalem.
R. ap. S. M. M. XXX Sept. 1720.

Clem. XI... epist.

118. *Etsi diu haesitaverimus.* – Clem XI Alvaro S. R. E. pr. Card. Cienfuegos haesitationem an Caroli regis precibus annuere deberet, exponit ex metu profectam ne novo hoc, iam tertio intra breve tempus, exemplo nimium relaxaretur laudatissimum S. I. Institutum, ad cuius conservationem, iuxta enixam S. Fundatoris mentem interest ut professi extra eam minime retrahantur.
R. ap. S. M. M. VIII Oct. 1720.

Clem. XI... epist.

INNOCENTII XIII.

Innocentius XIII, Romanus, Michael Angelus de Comitibus, presb. Card. tit. SS. Quirici et Iulitae, episcopus Viterbiensis, creatus VIII, coronatus XIX Maii 1721, obiit VII Mart. 1724.

Anno 1721 P. Aloisium Sparaverium S. Poenitentiariae theologum, et anno 1723 P. Dominicum Antonium Briccialdum ordinandorum examinatorem nominavit.

---

1. Congr. s. rit. et ind. – Patribus S. I. polonis et lithuanis petentibus ind. plen. a Clem. XI anno 1710 ad decennium concessam die 13 Nov. si in dominicam inciderit vel sequenti dom. renovari, SS. concessit ad decennium.
12 Iun. 1722.

Bullae.

2. *Coelestium munerum.* – Inn. XIII, petente Mich. Ang. Tamburini S. I. Praep. Gen., indulgentiam plen. pro missionibus d. S. concedit. Ad septennium. (Cfr. Cl. XI, n. 55.)
R. ap. S. M. M. XV Dec. 1722 P. an. II.

Typ. cam. ap. *Bullae.*

3. *Ad augendam.* – Inn. XIII indulgentiam plen. in eccl. S. I. etiam Mediolanensi, concedit pro oratione 40 horarum. Ad septennium (Cfr. Cl. XI, n. 54).
R. ap. S. M. M. XV Dec. 1722 P. an. II.

Typ. cam. ap. *Bullae.*

4. C. S. Rit. – Monopolitana. Super iure celebrandi festum SS. Nom. Iesu I Ian. : Licere, adversus PP. Ord. S. Dom. idem festum celebrantes.
13 Mart. 1723.

Gardellini 3958.

5 Cong. s. rit. et ind. – Domui prof. S. I. Ianuensi ind. plen. semel in mense pro exerc. bonae mortis ultima dom. mensis petenti, respondet concedendam ind. 7 anu. et quadr. semel in mense ad septennium.
7 Iun. 1723.

Bullae.

BENEDICTI XIII.

Benedictus XIII. Romanus, fr. Vincentius Maria Ursinus O. Pr., presb. Card. tit. S. Sixti, archiep. Beneventanus, creatus XXIX Maii, coronatus IV Iun. 1724, obiit XXI Feb. 1730.

Duo cardinales S. I. Ptolemei et Salerno eius electioni plurimum suffragati erant, ad quos accessit tertius S. I. cardinalis Cienfuegos.

Anno 1724 P. Ignatium Guarinum sac. rituum congregationis consultorem, et anno 1728 episcoporum examinatorem creavit. Anno 1725, quinque de Societate inter concilii romani theologos adlegit, ac duos peculiaribus quibusdam congregationibus inseruit De P. Dominici Viva ahorumque sociorum libris praeclare sensit, universamque Societatem viris doctis ac solertibus plenam non semel dixit. Beneventanum collegium aere suo, post ruinosos terrae motus, instauratum absolvit; Societatis collegium unumquodque urbi quam excolit sanctificandae par existimabat ac dicebat; Germanicum in deliciis habebat.

---

1. A. P. R. M. *Rationi congruit.* – Ben. XIII, adscriptionem B. Franc. Borgiae in SS. numerum, pr. id. Aprilis 1671 a Clem. X celebratam, litteris ab eo et successoribus eius Inn. XI, Alex. VIII, Inn. XII, Clem. XI et Inn. XIII non conscriptis, suum consequi effectum statuit.

R. ap S. P. pr. non Iun. 1724 P. an. I.

Bull. Rom. — Nov. bull. S. I. 213.

2. Congr. s. rit. et ind. – Patribus Venetis in quorum eccl. S. Barbarae corpus asservatur et festum solemni pompa celebrari consuevit, petentibus ut festum et indulg. S. Franc. Xav. si in primam dom. incidat ad diem non impeditam transferatur – resp. : Pro gratia in perpetuum.

14 Nov. 1724.

Bullae.

3. A. P. R. M. *Postulat humilitati.* – Ben. XIII confirmat et ad omnes regularium ordines extendit litteras Alex. IV et Clem. IV vetantium promotos ex FF. Minorum et Praed. ordinibus ad digni-

tates ecclesiasticas secum asportare ulla bona, prohibetque superioribus dare eisdem ad tempus usum librorum aliorumque.
R. ap. S. P. non. Mart. 1725 P. an I.

Nov. bull. S. I. 220.

4. A P. R. M. *Apost. servitutis.* - Ben. XIII in universitatibus, gymnasiis vel collegiis, quae a S. I. reguntur B. Aloysium Gonzagam specialem patronum studiorum et innocentiae concedit.
R. ap. S. P. XXI Iun. 1725 P. an. II.

Bull. Rom. — *Nov. bull. S. I.* 225.

5. Cong. s. rit. et ind. - In eccl. coll. imperialis Madritensis S. I. pro festo S. Aloysii ind. plen. 21 Iun. unica vice concedit.
18 Ian. 1726.

Bullae.

6. *Ad augendam fidelium.* - Ben. XIII, supplicante Philippo Hisp. rege catholico, peregrinantibus ad cappellam B. M. V. Lauretanae sitam in coll. S. Gregorii S. I. civit. Mexicanae indulgentiam plen. semel in anno concedit.
R. ap. S. M. M. XXIII Sept. 1726 P. an. III.

Bull. Rom.

7. A. P. R. M. *Christianae virtutes.* - Ben. XIII B. Aloysium Gonzagam clericum S. I. sanctorum canoni adscribit.
R. ap. S. P. pr. kal. Ian. 1726 P. an. III.

Bull. Rom. — *Nov. bull. S. I.* 227.

8. A. P. R. M. *Dum Christi voce.* - Ben. XIII B. Stanislaum Kostka S. I. novitium una cum B. Aloysio eiusdem Soc. clerico sanctorum canoni adscribit.
R. ap. S. P. pr. kal. Ian. 1726 P. an. III.

Bull. Rom. — *Nov. bull. S. I.* 232.

9. A. P. R. M. *Pastoralis sollicitudinis nostrae.* - Ben. XIII, petentibus presb. coll. S. I. Brixiensis, confirmat auctor. apost. concessionem, a Carolo S. R. E. dioec. Card. Columna perpetuo monasterii SS. Gerv. et Protasii ord. S. Ben. commendatario dd. presb. factum, sc. usum ecclesiae S. Matthiae sine cura et minime

collativae, d. collegio contiguae et supellectilium sacrorum, pro inibi sodalitium civium piis colloquiis promovendo et pro spir. exercitiis habendis, reservato tamen sibi ac successoribus directo dominio.
R. ap. S. M. M. VIII id. Aug. 1727 P. an. IV.

Reg. bull. VII. (*insertum*).

10. *Ad aures nostras.* – Ben. XIII episc. et missionariis in regnis Ind. Or. Madurensi, Mayssurensi et Carnatensi decretum Caroli Th. de Tournon 23 Iun. 1704 confirmat, decretum quoque de Pareas, ulteriori dilatione remota, servari praecipit.
R. ap. S P. XII Dec. 1727 P. an. IV.

Bull. de pr. f. III. 172.

11. A. P. R. M. *Iniuncto nobis.* – Ben. XIII declarat S I. non teneri ad ullam subministrationem congruae sustentationis vel alimentorum illis qui post biennium novitiatus eiiciuntur.
R. ap. S. P. XIV Iun. 1728 P. an. V.

Bull Rom. — Nov. bull. S. I. 237.

12. Cong. s. rit. et ind. – Ecclesiae S. Gregorii S. I Mexicanae, in qua cappella iuxta formam s. domus Lauretanae constructa est, petenti communicationem omnium indulg. et privileg. sanct. domus, concedit plenar. ad 15 annos in die Annuntiationis, et 200 dierum quotidie.
7 Oct. 1728.

Bullae.

13. Cong. s. rit. et ind. – P. Francisco Nonhardt S. I. pro sodalibus bonae mortis Dresdae ad cappellam regiam a rege Poloniae Saxoniae duce erectam petenti privilegium altaris aliaque, respondendum censet : Pro gratia quoad sodales defunctos.
22 Ian. 1729.

Bullae.

14. *Exponi nobis nuper.* – Ben. XIII, petentibus presb. S. I. gubernatoribus et magistris almae academiae seu universitatis studiorum civ. Vilnensis, mandat epō Vilnen. et Sed. Ap. Nuntio in regno Poloniae residenti ut exsequi et observari faciant resolutio-

nem seu rescriptum 27 Mart. 1727 (insertum) Congr. episcoporum et regul., et sententiam definitivam Antonii Xaverii de Gentilibus locumtenentis gen. audit. causarum cur. cam. apost. 10 Maii 1727 (insertam), quibus patres scholarum piarum vetiti sunt alias scholas habere quam inferiores pro pueris pauperibus tantum sine stipendio imbuendis in primis elementis grammaticae, computo et praecipue bonis moribus et fidei cath. rudimentis.
R. ap. S. P. XVII Iun. 1729 P. an. VI.

Reg. bull. VII.

15. A. P. R. M. *Oneroso sacri apostolatus.* - Ben. XIII, petentibus rectore et presb. regularibus coll. S. I. Torunensis Culmen. dioec., a Petro Tilijcki olim d. dioec. epō fundati et parochiali ecclesia S. Ioannis Bapt. ab eo, consentiente rege Sigismundo III Poloniae rege illustri, provisi, confirmat, intuitu presbyterorum saecularium qui apud magistratum oppidi acatholicum iurgia movent, iuspatronatus d. ecclesiae pro d. collegio secundum litteras patentes d. episcopi et diplomata regum Poloniae.
R. ap. S. P. IV kal. Iul. 1729 P. an. VI.

Reg. bull. VII.

16. A. P. R. M. *Redemptoris nostri I. C.* - Ben. XIII, supplicante Mich. Ang. Tamburini Praep. Gen. S. I., congregationem bonae mortis, a 70 annis in ecclesia dom. prof. de Urbe fer. VI cuiuslibet hebd. haberi solitam et ab Alex. VII per Breve 21 Aug. 1651 indulgentia instructam, in primariam stabilit, indulgentiis ornat, facultatem concedit Praep. Gen. S. I. alias aggregandi et statuta condendi.
R. ap. S. P. IX kal. Oct. 1729 P. an. VI.

Bull. Rom. — *Nov. bull. S. I* 238.

CLEMENTIS XII.

Clemens XII. Florentinus, Laurentius Corsinus, Card. tit S. Susannae, dein S. Petri in vinculis, episcopus Tusculanus, creatus XII, coronatus XVII Iul. 1730, obiit VI Feb. 1740.

Decreto 10 Aug. 1736 congregationis sac. rituum venerabilem P. Iosephum de Anchieta, in Brasilia missionnarium, virtutes in gradu heroico exercuisse declaravit. Anno sequente beatum Ioannem Franciscum Regis ad coelitum honores promovit.

---

1. A. P. R. M. *Romanum Pontificem.* – Clem. XII, damno status ecclesiast. ob exemptionum multiplicitatem consulens, annullat omnes immunitates, revocat ad terminos iuris communis privilegia ordinum religios. etiam mendicantium et S. I. super similibus exemptionibus, exemptiones nonnullis collegiis S. I. de Urbe concessas quoad victum et vestitum dumtaxat non autem a fundaco et maggazeno, suffragari vult, etc.
R. ap. S. M. M. id. Ian. 1731 P. an. I.

Bull. Rom.

2. Congr. s. rit. et ind. – Ecclesiae S. Petri Placentin. S. I. translationem privilegii ab altari S. Francisci Xav. ad maius altare petenti, SS. concessit privil. quotidianum cum revocatione prioris et ad septennium.
7 Mart. 1731.

Bullae.

3. Cong. s. rit. et ind. – Patribus S. I. Namurcen. petentibus, ob occurrentiam festi S. Albani praecipui patroni cathedralis, translationem indulgentiarum cum festo S. Aloisii, resp. : Pro gratia.
19 Maii 1731.

Bullae.

4. Congr. s. rit. et ind. – Ecclesiae domus prof. S. I. Matriten.

pro festo SS. Greg. Magni et Catharinae martyris petenti plenariam ind. resp. : Gaudeant impetratis.
19 Maii 1731.

Bullae.

5. Congr. s. rit. et ind. – Ecclesiae S. Franc. Xav. S. I. extra muros Zagabrien. (Agram) inter haereticos petenti priv. altaris pro una feria in hebd. absque expressione numeri missarum, resp. : Affirmative.
19 Maii 1731.

Bullae.

6. A. P. R. M. *Commissae nobis.* Clem. XII, supplicante Fr. Retz Praep. Gen. S. I., officio de S. Ioanne Nepomuceno martyre iam concesso, plen. ind. die eius festo concedit.
R. ap. S. M. M. XXII Aug. 1731 P. an. II.

Nov. bull. S. I 244.

7. Congr. s. rit. et ind. – Ecclesiae S. I. Trugillen. plen. ind. in festo dolorum B. M. V. et 7 ann. et quadr. in festo Inventionis S. Crucis petenti. resp. : Pro gratia in festo dolorum B. M. V. cum clausula « dummodo ».
10 Dec. 1731.

Bullae.

8. Cong. s. rit. et ind. – Collegio Cassovien. S. I. plen. ind. in domin. post festum SS. Petri et Pauli, anniversario dedicationis petenti, resp. : Pro gratia pro unica vice.
16 Febr. 1732.

Bullae.

9. A. P. R. M. *Pontificalis officii.* – Clem. XII, litem inter clericos regulares S. I. et cler. reg. Pauperum Matris Dei, a scholis piis denominatos in Vilnensi civ. ortam, particulari congregationi trium cardinalium commissam, dein ad Nuntium apost. delatam, clericis S. I. ad Sedem Apostolicam appellantibus, ad se avocat et extinguit, et Pauperes Matris Dei scientias etiam maiores posse tradere statuit.
R. ap. S. M. M. XXX Iun. P. an. III.

Bull. Rom.

10. A. F. R. M. *Exponi nobis nuper.* – Clem. XII alumnis seminarii Fulden. a Greg. XIII erecti et ab Urb. VIII instaurati renovat et denuo confirmat privilegium 10 Sept. 1584 datum et 20 Aug. 1588 confirmatum ut ordines sacros recipere et in illis ministrare valeant sine dimissoriis proprii Ordinarii et cum solis literis testimonialibus a rectore Seminarii abbati Fuldensi oblatis et ab eo subscriptis eiusque sigillo munitis, idque non obstantibus litteris apost. ab Urb. VIII die IV kal. Ian. 1628 datis.
R. ap. S. M. M. XXXI Iul. 1733 P. an. IV.

Fund. ass. Germ. t. I p. 316.

11. A. P. R. M. *Apostolicae providentiae.* – Clem. XII, dolens plerosque dissensionis filios contendere censuris bullae *Unigenitus* doctrinam SS. Augustini et Thomae de divinae gratiae efficacia esse perstrictam, praecipit ne defendantur vel enuntientur propositiones quae has novatorum calumnias firmare possint ; non vult tamen per laudes thomisticae scholae quidquid detrahi caeteris scholis diversa in explicanda gratiae efficacia sentientibus, prohibet ea in re notam aut censuram theologicam ullam inuri.
R. ap. S. M. M. II Oct. 1733 P. an. IV.

Nov. Bull. S. I. 245.

12. *Compertum exploratumque.* – Clem. XII episcopis et missionariis in regnis Ind. Or. Madurensi, Mayssurensi et Carnatensi mandat ut custodiant et servari curent insertas resolutiones Cardinalium Inquisitorum super dubia 16 exorta occasione decreti Card. Car. Th. Maillard de Tournon, editi Pondicherii 23 Iun. 1704.
R. ap. S. M. M. XVI Ian. 1734 P. an. IV.

Bull. de pr. f. II 448.

13. *Ad augendam.* – Clem. XII ind. plen. in eccl. S. I. die 5 Febr. concedit, ad septennium.
R. ap. S. M. M. XXIV Aug. 1734. P. an. V.

Ex typ. cam. ap. *Bullae.*

14. A. F. R. M *Cum dudum fel rec.* – Clem. XII, petente Proc. gen. S. I., ad 20 annos renovat facultatem dispensandi cum neophytis Indiarum in gradibus affinitatis vel consanguinitatis, a Pio IV 15 Iul. 1563 et novissime 11 Iun. 1701 a Clem. X ad 20

annos concessam, et validat matrimonia post expirationem d. termini forsan cum huiusmodi dispensationibus contracta.
R. ap. S. M. M. IX Sept. 1734 P. an. V.

Bull Rom. — Bull. de pr. fide. II 453.

15. Congr. sac. rit. et ind. – Patribus S. I. Pragen. in eccl. semin. d. civ. humilis conditionis homines quotidie docentibus et petentibus ind. pro comm. gen. primis dominicis semel plenariam et undecies 7 ann. et quadr. resp. : Affirmative.
30 Iul. 1735

Bullae.

16. A. P. R. M. *Apost. sollicitudinis.* – Clem. XII ob graves inter apostolicos in imperio Sinarum missionnarios exortas difficultates, duas epistolas pastorales b. m. Francisci episcopi Pekinen. 6 Iul. et 23 Dec. 1733 circa ritus editas, irritat.
R. ap. S. M. M. XXVI Sept. 1735 P. an. VI.

Bull. Rom. — Bull. de propag. fide II, 463.

17. *Coelestium munerum.* – Clem. XII petente Franc. Retz S. I. Praep. Gen. indulg. plen. pro missionibus concedit, ad septennium (Cfr. Inn. XIII, n. 2).
R. ap. S. M. M. XXIII Apr. 1736 P. an. V.

Ex typ. cam. ap. *Bullae.*

18. Cong. s. rit. et ind. – Ecclesiae S. I. in Nesvisienz Vilnen. dioec. dedicata S. Michaeli plen. ind. petente in festo dedicationis, et ind. 7 ann. et quadr. die sequente et in festo apparitionis S. Mich. – SS. approbavit.
25 Maii 1736

Bullae.

19. *Cum fel. rec. Innocentius.* – Clem. XII, petente Proc. gen. S. I. ad 15 annos prorogat indulgentias pro communione generali una ex dominicis cuiuslibet mensis concessas vel ad 15 annos prorogatas ab Innoc. X et successoribus.
R. ap. S. M. M. XXII Febr. 1737 P. an. VII.

Bull. Rom. — Ex typ. cam. ap. f°. *Bullae*

20. *Cum sicut accepimus.* – Clem. XII ind. pro decem feriis sextis S. Franc. Xav. unam plenariam et sex partiales indulgentias 7 ann. et quadragenorum concedit, ad septennium.
R. ap. S. M. M. VIII Iun. 1737 P. an. VII.

Ex typ. cam. ap. f°. *Bullae.*

21. A. P. R. M. *Ad sublimem sanctitatis.* – Clem. XII sollicitantibus rege Franc. christianissimo Ludovico, archiep. et episc. Galliae, B. Ioannem Franciscum Regis S. I. Confessorem SS. canoni adscribit eiusque festum ab univ. Ecclesia 24 Maii recoli debere decernit.
R. ap. S. Io. in Lat. XVI kal. Iul. 1737 P. an. VII.

Bull. Rom. — Nov. bull. S. I. 246.

22. *Ad augendam.* – Clem. XII ind. plen. in eccl. S. I. primo die non impedito post festum SS. Trinitatis concedit, pro unica vice valituris.
R. ap. S. M. M. XXIV Apr. 1738 P. an. VIII.

Ex typ. cam. ap. f°. *Bullae.*

23. *Ad augendam.* – Clem. XII ind. plen. eccl. S. I. primo die non impedito post festum SS. Trin. visitantibus concedit, pro unica vice valituris.
R. ap. S. M. M. XXI Mart. 1739 P. an. IX.

Ex typ. cam. ap. *Bullae.*

24. *Concredita nobis.* – Clem. XII episcopis et missionariis in regnis Ind. Orient. Madurensi, Mayssurensi et Carnatensi praecipit obedientiam Constitutionibus apostolicis 24 Aug. 1734 et praestationem iuramenti, cuius formula pro episcopis altera, altera pro missionariis inseritur.
R. ap. S. M. M. XIII Maii 1739 P. an. IX.

Bull. de. pr. f. II. 501.

25. A. F. R. M. *Apostolica haec S. Sedes.* – Clem. XII nonnulla decreta a Cardd. Antonio de Via et Dom. Riviera necnon Phil. de Montibus Congr. Prop. Fid. secretario, in sacra visitatione

apost. ecclesiae S. Thomae et collegii Anglorum de Urbe 11 Maii 1736 data, auctoritate apostolica confirmat.
R. ap. S. M. M. XXVIII Sept. 1739 P. an. X.

Bull. Rom. — Bull. de pr. f. II. 508.

26. Congr. s. rit. et ind. – Collegio S. I. Loyolae pro cappella S. Ign. indulg. plen. quotidianam ob frequentem concursum petenti, resp. : Pro gratia, plenariae semel lucrandae spatio octidui post festum, et in reliquis pro meliori informatione.
3 Oct. 1739.

Bullae.

BENEDICTI XIV.

Benedictus XIV, Bononiensis, Prosperus Lambertinus, presb. Card. tit. S. Crucis in Hierusalem, archiep. Bononien creatus XVII. coronatus XXII Aug. 1740, obiit III Maii 1758.

Quantum opera nostrorum usus sit in eruditissimis suis libris, ipsemet Pontifex profitetur. Societati plurima benevoli animi testimonia dedit: calumniis vexatam et in Lusitania a regiis ministris quasi falsae doctrinae ream coram se accusatam minime deseruit; at, morem gerens regi, cardinalem Franciscum Saldanha visitatorem constituit; qui cum in mandatis haberet ut Dei gloriam maiorem et Societatis bonum prosequeretur, longe secus ac pro Pontificis voto negotium explevit (De Novaes).

---

1. *Ad augendam.* – Ben. XIV ind. plen. in eccl. S. I. die 5 Febr. concedit, ad septennium.
R. ap. S. M. M. VII Sept. 1740 P, an. I.

Ex typ. cam. ap. *Bullae.*

2. *Quanquam gravitas.* – Ben. XIV Polycarpum Sousa S. I. electum Pekinen. episcopum quem antea in re rituum tergiversasse monitus fuit, docilitati religiosae confidens, iubet, ne ulla detur carpendi Pontificem occasio, iuramentum in constitutione Clem. XI *Ex illa die* praescriptum, ante episcopalem consecrationem praestare.
R. ap. S. M. M. XXI Dec. 1740 P. an. I.

Bull. de pr. f. III. 13.

3. Congr. s. rit. et ind. – Francisco de Vasconcellos episcopo Coccinen. in Ind. Orient. S. I. supplicanti S. S. ut sibi indulgeat facultatem lucrandi ind. et gratias spir. S. I. concessas quibus ante suam assumptionem fruebatur, S. S. annuit pro gratia.
22 Febr. 1741.

Bullae.

4. Congr. s. rit. et ind. – Congregationi nobilium dominorum

in coll. S. I. Divionensi translationem indulg. pro festo titulari Annuntiationis B. M. V. quoties festum transfertur petenti, resp. approbando, attento decr. 11 Mart. 1690.
22 Febr. 1741.

Bullae.

5. Congr. s. rit. – Catacen. seu Soc. Iesu. Super licentia petenda ab epō ad exercendas sacras functiones, ordinarias et extraordinarias.
25 Apr. 1741.

Anal. Iur. Pont. VIII, 2028.

6. *Ad augenda n.* – Ben. XIV ind. plen. eccl. S. I. primo die non impedito post festum SS. Trin. visitantibus concedit, pro unica vice valituris (Cfr. Cl. XII n. 22).
R. ap. S. M. M. XVIII Apr. 1741 P. an. I.

Ex typ. cam. ap. *Bullae.*

7. A. P. R. M. *Exponi nobis nuper.* – Ben. XIV ind. plen. in honorem S. Fr. Regis a Clem. XII per breve 19 Apr. 1738 concessam in diem 16 Iunii transfert.
R. ap. S. M. M. XX Febr. 1742 P. an. II.

Nov. bull. S. I. 261.

8. A. P. R. M. *Ex quo singulari.* – Ben. XIV, relatis dissidiorum de ritibus Sinensibus historia et RR. PP. decretis, constitutionem Clem. XI *Ex illa die* confirmat, permissiones octo a patriarcha et visit. apostolico Mediobarba 7 Nov 1721 datas et ab epō Pekinen. per binas pastorales publicatas a Clem. XII per Breve *Apost. Sollicitudinis* (Cfr. n. 16) damnatas, post novum examen cassat et prohibet et novam iuramenti formulam praescribit missionariis cuiuscumque Ord. ac S. I.
R. ap. S. M. M. V. id. Iul. 1742 P. an. II.

Bull. Rom. — Bull. de pr. f. III. 73.

9. Congr. s. rit. – Decretum Brasilien. declarationis martyrii ven. serv. Dei Ignatii de Azevedo et aliorum 39 e S. I. 15 Iul. 1570 in odium fidei et Sedis Apost. occisorum. Attentis processibus solitis, cultus antiquitate et paritione decretis Urb. VIII anni 1625,

precibus Ioannis V regis Portugalliae inclinatus, Ben. XIV declarat martyrii causam ita probari ut tuto procedi possit ad discussionem signorum iuxta formam decreti 23 Apr. 1741, ad eorum praecipue qui inter barbaros idolatras aut perfidos haereticos versantur solatium, et decus inclytae nationis et religionis quam praed Servi Dei professi sunt.
XXI Sept. 1742.

Cordara S. I. Relazione della vita... Roma, 1743. *p.* 198.

10. *Coelestium munerum.* – Ben. XIV, petente Fr. Retz Praep. Gen. S. I., missionariis S. I., ubi tamen non erunt missionarii Congr. de propag. fide, et fidelibus ad quos accesserint, apost. benedictionem et plen. indulg. ad septennium concedit.
R. ap. S. M. M. XII Ian. 1743 P. an. III.

Bull. de propag. fide III. 95.

11. Cong. s. rit. et ind. – Sodalitio a S. I. iamdiu in opp. Ortigii Marsorum dioec. erecto sub invoc. Deiparae ac SS. Ign. et Fr. Xav., cum nulla fruatur indulgentia, preces porrigenti pro communicatione indulg. concessarum confraternitati Primariae in coll. Rom., respondendum censuit : concedendas esse ind sodalitatibus concedi solitas.
19 Dec. 1743.

Bullae.

12. *Cum sicut accepimus.* – Ben. XIV ind. pro decem feriis sextis S. Fr. Xav. concedit, ad septennium.
R. ap. S. M. M. XI Ian. 1744 P. an. IV.

Ex. typ. cam. ap. f°. *Bullae.*

13. Cong. s. rit. et ind. – Patribus missionariis S. I. in Tirol fructus indulgentiarum congr. marianae exponentibus et ad alias erigendas extendi cupientibus, – S. S., praevia revocatione communicationis archiconfraternitati marianae die 23 Apr. 1743 obtentae, concedit indulgentias consuetas, nempe pro utraque confoederatione erecta vel erigenda, sc. una ex solis personis liberis sub tit. Concept. B. M. V. et altera ex personis coniugatis sub invoc. Iesu, Mariae et Ioseph, in dioec. Tridentin. Brixinen. Frisingen. Augustan. Curien. Chembesien. (Kempten ?) et Salisburgen. per unicum breve vel decretum in perpetuum.
11 Ian. 1744.

Bullae.

14. Cong. sac. rit. et ind. - Ecclesiae S. I. Glatziensi in Silesia pro communione generali primae feriae III cuiusque mensis ind. plen. petenti et reliquis feriis III totius anni ind. 7 ann. et quadr. — S. S. benigne annuit pro gratia, pro plen. semel in mense.
22 Ian. 1744.

Bullae.

15. *Cum nos nuper.* - Ben. XIV, petentibus clericis reg. S. I. in provinciis Galliae existentibus, indulgentias pro decem sextis feriis festum S. Fr. Xav. immediate praecedentibus vel subsequentibus, transfert ad ferias praecedentes vel subsequentes diem 12^{m} Martii, septennio durante.
R. ap. S. M. M. XXVI Mart. 1744 P. an. IV.

Ex. typ. cam. ap. f^{o}. *Bullae.*

16. Cong. sac. rit. - Frisigen. super translatione quorumdam festorum in eccl. Monachiensi S. I.
22 Aug. 1744.

Gardellini, 4161.

17. A. P. R. M. *Omnium sollicitudinum.* - Ben. XIV, relata controversiarum de ritibus Malabaricis historia, cum decreto Car. Th. Maillard de Tournon 24 Iun. 1704, decreto Congr. S. Off. 7 Ian. 1706, et Brevibus Clem. XI 17 Sept. 1712, Ben. XIII 12 Dec. 1727 et Clem. XII 24 Aug. 1734 et 13 Mai. 1739, — ad 3 missionariorum postulata respondet, missionarios S. I. ad praecipuam Parearum curam deputari approbat, quosdam abusus in missionibus perseverantes recenset et observationem decretorum S. Sedis commendat.
R. ap. S. M. M. pr. id. Sept. 1744 P. an. V.

Bull. Rom. — Bull. de propag. fide III. 166.

18. Cong. sac. rit. et ind. - Rudolpho Eypau S. I. poenitentiario germ. ad S. Petrum, altaris privilegium petente in eccl. paroch. S. Nicolai, urbis patroni, loci Glogoviae maioris dioec. Wratislavien. quibusvis feriis IV et VI — S. S. concessit ad septennium.
3 Oct. 1744.

Bullae.

19. *Quantopere caritas.* - Ben. XIV Hilario Costa episcopo Corycen. et apost. vic. regni Tunchini Orient., relata controversiarum in hac missione historia, et citatis decreto Elzearis Fr. des Achards de la Beaume, episcopi Halicarnen. et apost. Cocinchinae visitatoris 2 Iul. 1740 de districtibus missionariorum semin. Parisiensis, Patrum S. I. et Fr. Ord. Min. S. Fr. de observ., quod ad instantiam dd. Fratrum suspensum fuit, partim revocatum, — mandat, ut qua Apost. Sedis delegatus, apost. vicario et missionariis varia iniungat.
R. ap. S. M. M. XXVI Nov. 1744 P. an. V.

Bull. Rom. — Bull. de propag. fide III. 192.

20. *Gravissimum supremi apostolatus.* - Ben. XIV archiep. episcopis et Ordinariis regni Neapolitani commendat sacras missiones indici praesertim in locis a civitatibus seiunctis, quod aptissimum expertus est remedium, atque hortatur ut cum card. Spinellio agant et Patres Dominicanos et S. I. adhibeant.
R. ap. S. M. M. VIII Sept. 1745 P. an. VI.

Bull. Rom.

21. Cong. sac. rit. et ind. - Cappellae maiori coll. Parmen., a PP. S. I. directae pro festo S^tae^ Catharinae virg. et mart. titulari ind. plen. petenti — S. S. benigne annuit pro gratia
4 Feb. 1746

Bullae.

22. A. F. R. M. *Ut electi filii.* - Ben. XIV missionariis S. I. in Martinicae, Guadalupae, SS. Christophori, Dominici et Vincentii, Caiennae, dominio Francorum regis subiectis, necnon Marigallensis insulis concedit facultatem dispensandi in quibusdam consang. vel affinit. gradibus et absolvendi contrahentes Ad 20 annos.
R. ap. S. M. M. IV Maii 1746 P. an. VI.

Bull. de propag. fide III. 281.

23. A. P. R. M. *Devotam maiori.* - Ben. XIV, petente Francisco Praep. Gen. S. I., abrogat statutum Inn. X de Congr. novennali et celebrationem Congr. gen. ad normam constitutionum a S. Ignatio fundatore editarum reducit.
R. ap. S. M. M. XVI kal. Ian. 1746 P. an. VII.

Bull. Rom. — Nov. bull. S. I. 262.

24. *Ex quo dilectus filius.* – Ben. XIV Angelo Mariae Card. Quirino, per litteras privatas, et coram, et epistola publica questo quod Leander Chizzola archid. eccl. Brixien. septuagenarius, ipso inscio, habitum S. I. suscepisset, respondet factum profectionis ex metu reverentiali excusans, et legem generalem ex sacris canonibus ostendens qua licet clericis saecularibus, etiam contradicente epō, religionem ingredi.
R. ap. S. M. M. XIV Ian. 1747 P. an. VII.

Bull. Rom. — Bull. de propag. fide III. 729. — *Nov. bull. S. I.* 269.

25. Congr. sac. rit. et ind. – Patribus S. I. Olomucensibus pro comm. gen. a studiosis universitatis tribus anni diebus celebrata ind. plen. petentibus resp. : Pro gratia.
16 Ian. 1747.

Bullae.

26. Congr sac. rit. et ind. – Confraternitati Dominae de bona spe, in parochiali eccl. PP. S. I. burgi Ciminien. (Cibinien ? Hermanstadt) dioec. Strigonien. plen. ind. petenti pro die qua fratres et sorores confessi et comm. orationem suam faciunt. resp. : Pro gratia.
20 Mart. 1747.

Bullae.

27. *Concepta de nostris.* – Ben. XIV Emmanueli de Azevedo S. I. sibi notissimo cui a canonicis regularibus O. S. Aug. in Lusitania reformatis commissa fuit cura editionis omnium operum Pontificis in duodecim tomis, gratulatur, varia commendat optatque ut una cum Petro Lazzeri S. I. in Romano collegio ecclesiasticae historiae professore aliisque secum adlaborantibus negotium ad optatum exitum adducat.
In arce Gandulphi Alban. dioec. XV Iun. 1747 P. an. VII.

Bened. XIV opera. I. Romae 1747. *p. XIX.*

28. A. P. R. M. *In supereminenti.* – Ben. XIV, petente Iosepho de Lara S. I. prov. Hisp. et Indiarum procuratore, collegio S. I. in civ. S. Dominici insulae Hispaniolae a Philippo rege anno 1701 erigi concesso, confirmat, post litem cum conventu O. Praed. super facultate conferendi gradus, interventu Thomae Ripoll Mag.

Gen. d. Ord. diremptam, titulum et iura, regio Ferdinandi decreto concessa, publicae stud. gener. universitatis, et Praep. Generali facultatem statuta condendi concedit.
R. ap. S. M. M. XIV Sept. 1747 P. an. VIII.

Bull. Rom. — Bull. de pr. fide II. 357 — *Hernaez II.* 472.

29. Ben. XIV decretum in causa Indiarum seu Carthagen. beatificationis et canonizationis ven. servi Dei Petri Claver, sac. prof. S. I. super dubio : An constat de virtutibus... adhaerens unanimibus consultorum et cardinalium suffragiis, respondet affirmative.
R. ap. S. M. M. XXIV Sept. 1747 P. an VIII.

Vita del Ven. servo di Dio P. Pietro Claver. Romae 1748. p. 215.

30. A. P. R. M. *Indiarum gentibus.* – Ben. XIV, supplicante Ioanne Portug. et Algarbiorum rege illustri, saeviente in Sinarum regno persecutione, S. Franciscum Xaverium patronum principalem Indiarum a Capite bonae spei ad regna Sinarum et Iaponiae habendum esse statuit.
R. ap. S. M. M. XXIV Febr. 1748 P. an. VIII.

Bull. Rom. — Bull. de prop. fide III. 367, 554.

31. A. P. R. M. *Praeclaris Romanorum.* – Ben. XIV, supplicante Fr. Retz Praep. Gen. S. I., confirmat et ampliat indulgentias Congregationi Primae Primariae B. V. in Urbe aliisque aggregatis.
R. ap. S. M. M. XXIV Apr. 1748 P. an. VIII.

Nov. bull. S. I. 278.

32. A. P. R. M. *Constantem omnium.* – Ben. XIV alumnos S. Ignatii, S. Parentis Luthero obiecti vestigiis insistentes et addictissimam S. Sedi Societatem laudat, in perpetuum ex eadem Soc. presbyterum unum Congr. Card. S. Rit. praepositae consultorem esse vult et Emm. de Azevedo sibi in operibus edendis maxime intentum hunc locum tenere decernit.
R. ap. S. M. M. XXIV Apr. 1748 P. an. VIII.

Bull. Rom. — Nov. bull. S. I. 281.

33. A. F. R. M. *Animarum saluti.* – Ben. XIV, supplicante

Fr. Retz Praep. Gen. S. I., indulgentias et facultates ultimo a Clem. XI (supra n. 50) in Indiis concessas ad 20 annos renovat.
R. ap. S. M. M. XVII Iul. 1748 P. an. VIII.

Bull. de propag. fide III. 382.

34. *Ad caetera bonarum artium.* – Ben. XIV Francisco Retz Praep. Gen. S. I. pro sua suaeque Societatis erga S. Sedem observantia significanti cathedram historiae ecclesiasticae in Rom. collegio fuisse constitutam. cathedrae vero sacr. rituum initium mense novembre futurum, gratulatur et utramque cathedram confirmat.
R. ap. S. M. M. VII Maii 1748 P. an. VIII.

Ex typ. rev. cam. apost (*Stonyhurst* P. 2. 7).

35. *Quae reges ipsos.* – Ben. XIV Francisco Retz Praep. Gen. S. I. gratulatur de cura bibliothecarum in omnibus S. I. collegiis ac Romano praesertim construendarum et de commercio literario per Emm. de Azevedo lusitanum et liturgicae cathedrae in d. collegio lectorem inito cum congregatione canonicorum regularium S. Crucis Conimbricensi Ord. S. Aug., et confirmat concessam a dd. canonicis procuratori coll. Romani exactionem annuorum reddituum ex 220 locis montium non vacabilibus Urbis et 14 locis similibus emptis vel emendis provenientium et ad d. congregationem spectantium.
R. ap. S. M. M. VII Maii 1748 P. an. VIII.

Ex typ. rev. cam. apost. (*Stonyhurst* P. 2. 7).

36. A. P. R. M. *Gloriosae Dominae.* – Ben. XIV, commendato cultu B. M. V. Deiparae et S. Ignatii ac S. I. erga eam devotione, congregationes B. V. a Greg. XIII, Sixto V, Greg. XV, Ben. XIV (quorum constitutiones inserit) indulgentiis ornatas, novis instruit.
R. ap. S. M. M. V kal. Oct. 1748 P. an. IX.

Nov. bull. S. I. 283.

37. *Gravissima omnium.* – Ben. XIV, Ordinariis et apost. Vicariis in Sinarum, Tunchini, Siami et Cocincinae regnis, Christifidelium multitudine in dies crescente, elargitur facultates dispensandi cum neophytis in gradibus consang. et affin. quae iamdudum

a Pio IV et novissime a Clem. XII provincialibus S. I. attributae fuerant. Ad 25 annos.
R. ap. S. M. M. XII Nov. 1738 P. an. IX.

Bull. de pr. f. III 392.

38. A. P. R. M. *Cum in congr. generali.* – Ben. XIV decretum pro accurata causae martyrii Servi Dei Andreae Bobola S. I. discussione edit et inter regesta Congr. rituum asservari iubet.
R. ap. S. M. M. XXII Maii 1749 P. an. IX.

Bull. de pr. f. III 399.

39. *Coelestium munerum.* – Ben. XIV, petente Fr. Retz S. I. Praep. Gen., concedit ind. plen. pro missionibus ad septennium (Cfr. n. 10).
In arce Gandulphi Albanen. dioec. XIV Iun. 1749 P. an. IX.

Ex. typ. cam. ap. 4. *Bullae.*

40. *Ad augendam.* – Ben. XIV ind. pro oratione 40 horarum, in eccl. S. I. etiam Mediolanensi, concedit ad septennium (Cfr. Iun. XIII n. 3).
In arce Gaudulphi, Albanen. dioec. XIV Iun. 1749. P. an. IX.

Ex. typ. cam. ap. *Bullae.*

41. Cong. s. rit. et ind. – Parochis et sacerdotibus 30 et amplius in pagum Riedeschingen Constantien. dioec. pro exerc. spir. sub directione S. I. per tres dies tantum, propter negotia sua facienda, convenientibus ind. plen. petentibus ad septennium, – Conc. pro gratia.
1 Feb. 1749.

Bullae.

42. A. P. R. M. *Quemadmodum presbyteri.* – Ben. XIV, petente Fr. Retz Praep. Gen. S. I. concedit facultatem asservandi SS. Eucharistiam in cappellis domesticis, indulgentias pro exerc. spir. etiam 5 dierum spatio peractis, et altare privilegiatum in eccl. S. I.
R. ap. S. M. M. XV Iul. 1749 P. an. IX.

Nov. bull. S. I. 293. — *Ex typ. cam. ap.* f° *Bullae.*

43. Cong. s. rit. et ind. – Decretum, absque brevis expeditione.

Fidelibus qui cappellam publ. S. Stanislai Kostkae prope eccl. dom. prof. S. I. Viennen. in festo eiusd. sancti visitant, plenaria indulg., in una ex septem diebus festum sequentibus pariter plen. ad 20 annos. - Henr. Card. pro-praef., A. M. Erba secr.
13 Sept. 1749.

Bullae.

44. A. P. R. M. *Alias pro parte.* - Ben. XIV, petente Fr. Retz Praep. Gen. S. I. indulgentiam plen. in festo Circumcisionis Dom. a Paulo III et Greg. XIII concessam confirmat et extendit ad omnes eccl. S. I. etiam plures in una civitate.
R. ap. S. M. M. VI Oct. 1750 P. an. XI.

Nov. bull. S. I. 295. — *Ex typ. cam. ap* f°. *Bullae.*

45. *Cum sicut accepimus.* - Ben. XIV, piam erga S. Fr. Xav. in 10 feriis VI festum d. Sancti praecedentibus vel subsequentibus devotionem fovens, in ecclesiis S. I. indulgentias pro ea concedit. Ad septennium.
R. ap. S. M. M. XXIX Ian. 1751 P. an XI.

Bull. de pr. f. III. 555. — *Ex typ. cam. ap.* f°. *Bullae.*

46. *Cum nuper dilectus.* - Ben. XIV, Ioanni Stilting S. I. et collegis pro opere de Actis Sanctorum, gratias habet de tomo tertio mensis sept. per Hieron. Lombardum S. I. oblato ; illo opere multum usus antea in libro de canonizatione SS. et nunc in praefatione martyrologii romani, miratur epistolae suae 31 Iul. 1748, familiaris sc. quae intra privati commercii fines latere neque in vulgus produci debebat, interpretationem parum consentaneam ; cupit relationum a sacrae rotae auditoribus digestarum circa causas SS., quas habent vel ediderunt, elenchum ad se transmitti.
R. ap. S. M. M. III non. Apr. 1751 P. an. XI.

Acta Sanctorum, Septembr. IV. p 2.

47. *Ad augendam fidelium.* - Ben. XIV Christifidelibus ecclesiam S. I. civ. Goanae visitantibus semel in anno ind. plen. concedit. Ad 15 annos.
R. ap. S. M. M, XXXI Iul. 1751 P. an. XI.

Bull. de pr. f. III. 555.

48. A. P. R. M. *Exponi nobis nuper.* – Ben. XIV, petente Iosepho de Lara S. I. assistentiae Hisp. in Urbe procuratore, indulgentias pro christiana doctrina a Greg. XV per Breve 27 Sept. 1622 (Cfr. Greg. XV, n. 40) concessas confirmat pro Hisp. regnis et Indiarum partibus, ita ut Ordinarii diem festum pro indulg. lucranda in feriatum commutare et aliam ecclesiam quam eam ubi traditur doctrina designare possint.
R. ap. S. M. M. VII Aug. 1751 P. an. XI.

Bull. de pr. f. III, p. 459.

49. *Praeclara religiosarum virtutum.* – Ben. XIV Ignatio Vicecomiti, Praep. Gen. S. I. de munere per concordia suffragia demandato gratulatus, petente Archang. de Origny S. I. missionum prov. Goanae procuratore, concedit in regionibus nullius antistitis aut vic. apost. iurisdictioni subiectis, aut nimis distantibus (Mayssur, Fluminibus) facultatem pro superioribus missionum administrandi in mortis articulo sacramentum confirmationis.
R. ap. S. M. M. VIII Sept. 1751 P. an. XII.

Bull. de pr. f. III. 461.

50. *Quo tibi, dilecte fili.* – Ben. XIV. Ignatio Vicecomiti Praep. Gen. S. I., petente pro congr. utriusque sexus de poenitentia Panormitana Vesp. Trigona d. S., facultatem concedit aggregandi congregationi Prim. B. M. V. alias quascumque congreg. utriusque sexus in ecclesiis S. I. erectas.
R. ap. S. M. M. VIII Sept. 1751 P. an. XII.

Nov. bull. S. I. 297.

51. *Non solum propter.* – Ben. XIV Ignatio Vicecomiti Praep. Gen. S. I. gratulatus, petente Carolo Brentano provinciae ac praefecturae Quitensis in America procuratore, concedit missionariis S. I. facultatem iuxta modum, conferendi sacramentum confirmationis, dispensandi super tribus proclamationibus ante matrimonium fieri solitis, et omnibus sacerdotibus d. missionis indulget festum Praesentationis B. M. V. sub ritu dupl. sec. classis cum octava.
R. ap. S. M. M. VIII Sept. 1751 P. an. XII.

Bull. de pr. f. III. 463.

52. *Nuper nos ad te.* – Ben. XIV Ignatio Vicecomiti Praep. Gen. S. I. – citatis literis suis 8 Sept. 1751, *Praeclara religiosarum virtutum*, per quas Archangelo de Origny S. I. missionum prov. Goanae petente, superioribus d. provinciae facultatem concessit conferendi sacramentum confirmationis et alios delegandi, – concedit, petente Carolo Brentano procuratore prov Quitensis, in qua per 100 annos d. sacramentum conferri non potuit, eamdem facultatem pro hac provincia.
R. ap. S. M. M. XXIV Sept. 1751 P. an. XII.

Typ. cusum exempl. pp. XII in-4° (*Stonyh.* P. 2, 7).

53. A. P. R. M. *Religiosum Sanctorum cultum.* – Ben. XIV, de S. Pulcheriae in Ecclesiam Romanam meritis instructus, oblato libello supplici canonicorum lusitanarum et patrum S. I. Panormi et in Rom. tirocinio S. Andreae degentium annuens, concedit facultatem festi 7 iulii celebrandi, eamque, supplicante Praep. Gen. S. I. Ignatio Vicecomite, ad omnes S. I. alumnos extendit.
R. ap. S. M. M. XI Febr. 1752 P. an. XII.

Acta Sanctorum, Sept. IV. p. 778.

54. A. F. R. M. *Cum dudum fel. rec. Pius.* – Ben. XIV ad 20 annos renovat facultates S. I. in Indiis ultimo a Clem. XII per Breve 9 Sept. 1734 renovatas et validat matrimonia post exspirationem d. termini forsan cum impedimentis contracta.
R. ap. S. M. M. XX Maii 1752 P. an. XII.

Bull. de pr. f. III. 510.

55. A. F. R. M. *Immensa Iesu Christi.* – Ben. XIV Guillelmo Cuillin S. I. praef. apost. missionis in insulis Americanis, Martinica, Guadalupa, aliisque Francorum regi subiectis in quibus nullus adhuc antistes constitutus est, missionariis d. S. concedit fac. conferendi sacr. confirmationis sub quibusdam conditionibus.
R. ap. S. M. M. XXIV Iul. 1752 P. an. XII.

Bull. de pr. f. III. 513.

56. *Alias nos cum.* – Bened. XIV, petentibus clericis reg. S. I. 5 provinciarum Galliae, indulgentias per breve 29 Ian. 1751 (n. 45) transfert ad decem ferias sextas sequentes 2^{m} Februarii, excepta

tamen feria VI maioris hebdomadae, durante septennio d. brevis.
R. ap. S. M. M. XXIII Ian. 1753 P. an. XIII.

Ex. typ. cam. ap. f°. *Bullae.*

57. A. P. R. M. *Exponi nobis nuper.* – Ben. XIV, Ign. Vicecomite Praep Gen. S. I. exponente dubium de derogatione per decr. congr. super disciplina regulari anni 1675 facta in facultate S. I. admittendi novitios ante 14 annos completos, d. facultatem firmam mansisse declarat eamque confirmat.
R. ap. S. M. M. XXX Ian. 1753 P. an. XIII.

Nov. bull. S. I. 299.

58. *Quo luculentioribus.* – Ben. XIV Ignatio Vicecomiti S. I. Praep. Gen., exponente Ios. de Lara S. I. assist. Hisp. procuratore, concedit ut quod pro Quitensi indultum est (Cfr. n. 51) in reliquis provinciis d. assistentiae, Philippinis, Mexicana, Peruensi, Chilensi, Paraquaria et novi regni Granatensis seu S. Fidei, missionarii S. I. habeant facultatem conferendi sacr. confirmationis, dispensandi a proclamationibus et celebrandi festum Praesentationis B. M. V. cum octava.
R. ap. S. M. M. II Mart. 1753 P. an. XIII.

Bull. de propag. fide III. 520.

59. *Quo luculentioribus.* – Bened. XIV, petente Io. Honoratio S. I. Brasiliae procuratore, pro Brasilia et Maragnonia *simili forma.*
R. ap. S. M. M. III Mart. 1753 P. an. XIII.

Bull. de propag. fide III. 522.

60. *Religiosae ac filiali.* – Ben. XIV Claudio Lacroix S I. gratulatur obedientiam erga constitutionem pontif. adversus duellorum abusum, non tam operis eius sententias quam ab aliis traditas opiniones in examen ab eo adductas fuisse proscriptas, latam a S. Indicis congregatione libri eius proscriptionem a se fuisse suspensam neque eius nomen inter damnatos auctores referri permissum ; vincat porro aemulorum invidiam.
R. ap. S. M. M. III Mart. 1753 P. an. XIII.

Cf. Lacroix, theol. mor. edita a Fr. Zacharia 1761, *I*, 246.

61. A. P. R. M. *Quantum secessus.* – Ben. XIV. petente Ign.

Vicecomite Praep. Gen. S. I. pro peragentibus exercitia spir. per quodcumque dierum spatium aut per unum diem semel in mense in domo vel eccl. S. I., concedit indulg. plen. et facultatem absolutionis a casibus reservatis.
R. ap. S. M. M. XXIX Mart. 1753 P. an. XIII.

Nov. bull. S. I. 201.

62. A. P. R. M. *Commendatissimum studium.* - Ben. XIV, in pontificio collegio sive seminario Wilnensi S. I. a Greg. XIII erecto, in quo iuvenes moschovitae, ob vitae poenam cath. religionem amplectentibus infligendam, non amplius recipiuntur, vetat eorum loco alios ritus latini iuvenes recipi, sed graeci ritus ruthenos subrogari iubet, ob ruthenorum antistitum inopiam et parochialium ecclesiarum numerum, quae in sola Kioviensi metropol. dioecesi sunt 1925 numero. Alumni sint 20, ex dioecesib. per decr. Cong. Prop. Fid. 12 Febr. 1753 (insertum) determinatis.
R. ap. S. M. M. V Apr. 1753 P. an. XIII.

Bull. Rom. — Bull. de propag. fide III. 522.

63. A. P. R. M. *Dedimus sane.* - Ben. XIV, petente Ign. Vicecomite Praep. Gen. S. I. indulgentiam et facultatem, per Breve *Quantum secessus* (Cfr. n. 61) concessas extendit ad externas quoque ecclesias.
R. ap. S. M. M. XVI Maii 1753 P. an. XIII.

Nov. bull. S. I. 304.

64. *Apostolicum ministerium.* - Ben. XIV episcopis, vic. apost. et sacerdotibus tam saecularibus quam regul. cuiusvis Ord. etiam S. I., relata origine dissidiorum inter regulares et vic. apostolicos, tradit regulas missioni regendae et subordinationis necnon iurisdictionis cumulativae normam.
R. ap. S. M. M. XXX Mai 1753 P. an. XIII.

Bull. Rom. — Bull. de propag. fide III. 529.

65. A. P. R. M. *Collegia et seminaria.* - Ben. XIV, exponente Io. Honorato S. I. procur. neg. Brasiliae prov., collegia et seminaria S. I. erecta et a Iosepho Portug. et Algarb. rege fidelissimo in Indiis erigenda eorumque collegiales et ministros a quibusvis iuribus parochialibus et a parochiis earumque rectoribus eximit, et

sic exemptos dd. collegiorum rectoribus in iis quae ad administrationem SS. Euch. etiam pro viatico ac extr. unctionis sacramento aliisque quae ad animarum curam spectant. subiicit. Parochis inhibet ne se in praemissis ingerant.
R. ap. S. M. M. VII Sept. 1753 P. an. XIV.

Anal. Iur. Pont. VII. 1106.

66. A. P. R. M. *Apostolicae procurationis.* – Ben. XIV, petente Arch. de Oregny S. I. prov. Goanae procuratore, missioni ad quam 80 circiter operarii nuper missi sunt favere volens, confirmat Brevia tria (supra nn. 30, 45, 47) et extendit in perpetuum et novas indulgentias concedit.
R. ap. S. M. M. VI Oct. 1753 P. an. XIV.

Bull. de propag. fide III. 554.

67. *Ad augendam.* – Ben. XIV ind. plen. in eccl. S. I. die 5 Febr. concedit ad septennium.
R. ap. S. M. M. VIII Mart. 1754 P. an. XIV.

Ex. typ. cam. ap. f°. *Bullae.*

68. Decretum S. I. – Bened. XIV, petente Ign. Vicecomite Praep. Gen. S. I. concedit facultatem officium SS. Sacramenti feriis V non impeditis, et off. Conceptionis B. M. V. sabbatis non impeditis recitandi, exceptis 4 temp., adventu etc.
11 Maii 1754.

Ex. typ. cam. apost. (*Stonyhurst* P. 2, 7).

69. A. P. R. M. *Non est equidem.* – Ben. XIV, attento supplici libello (quod inseritur) per P. Io. Fr. Lopez S. I. procur. prov. Mexicanae oblato, in quo narratur apparitio B. M. V. de Guadalupe, specialis patronae novae Hispaniae, officium et missam de patrona 24 Apr. 1754 concessam et indulgentiam alt. privil. per breve 11 Maii 1752 concessam confirmat, variasque indulgentias largitur.
R. ap. S. M. M. XXV Maii 1754 P. an. XIV.

Bull. de propag. fide III. 567.

70. Decretum Ben. XIV in causa Polona seu Luceorien. Beatificationis seu declarationis martyrii ven. servi Dei Andreae Bobola,

sac. prof. S. I. martyrium constare, tuto procedi posse ad approb. quatuor miraculorum.
R. ap. S. M. M. IX Febr. 1755 P. an. XV.

Bull. Rom.

71. Cong. sac. rit. et ind. – Patribus missionariis S. I. in Hibernia, pro novena in hon. S. Fr. Xav. variis in locis celebranda cum expos SS. Sacramenti ind. plenariam petentibus, resp. : concedendam semel per novenam ad septennium.
27 Sept. 1755.

Bullae.

72. *Coelestium munerum.* – Ben. XIV, petente Aloysio Centurione S. I. Praep. Gen. ind. plen. pro missionibus concedit, ad septennium. (Cfr. n. 39).
R. ap. S. M. M. X Dec. 1755 P. an. XVI.

Ex. typ. cam. ap. f°. *Bullae.*

73. A. F. R. M. *Cum venerabilis.* – Ben. XIV in controversiis inter Ign. de Padilla eiusque successorem Ios. Moreno Curiel, S. Dominici in insula Hispaniola Ind. Occ. archiepiscopos ex una parte et presb. S. I. ex alia circa dispensationes matrimoniales, responsa Congr. Inquis. 29 Iul. 1755 ad 5 dubia proposita auct. apost. confirmat.
R. ap. S. M. M. XVII Ian. 1757 P. an. XVII.

Bull. Rom. — Bull. de propag. fide III. 675.

74. A. F. R. M. *Laudabile Rom. Pontificum.* – Ben. XIV, Antonio Timoni Vic. Gen. S. I. exponente ex iure Societatis, confirmato per decr. congr. episcoporum et regul. 1713 in causa Asculana et 1740 in causa Firmana, congregationes non posse possidere et parere debere Praep. Generali S. I. – lites de illo iure pendentes ad se avocat, decreta confirmat, et statuit quasvis congregationes in domibus d. S. erectas, Praep. Gen. esse subiectas quoad dominium supellectilis et quoad regulas et regimen.
R. ap. S. M. M. XV Febr. 1758 P. an. XVIII.

Nov. bull. S. I. 305.

75. *Le replicate istanze.* – Ben. XIV Cardinali Saldagna,

urgente pluries Lusitaniae curia, compulsus tribuit, per adiunctum Breve, facultates necessarias ad medendum, si opus sit, abusibus qui in observantia Instituti S. I. tot viris illustris inducti supponuntur. Commendat benignitatem in visitanda religione quae summae semper fuit aedificationi ; ne parvos abusus dissimulet sed primum inquirat utrum veri imputentur ; de negotiatione quam, ut aiunt, exercent illi religiosi, diligentissime inquirat, mittendo delegatos qui non humano respectu sed caritate christiana ducantur, deinde ad S. Sedem referat. A determinationibus Brevis nequaquam discedat.
I Apr. 1758.

De Ravignan. Clem. XIII et Clément XIV, Paris 1854, *II.* p. 25.

76. *In specula supremae.* – Ben. XIV, petente Iosepho Port. et Algarb. rege fidelissimo, Francisco Card. de Saldanha nunc. munus visitatoris apostolici et reformatoris regul. S. I. in regnis etiam Indiarum d. regi subiectis committit ; si quae graviora repererit, sub sigillo clausa ad se transmitti vult ut matura deliberatione decernat.
R. ap. S. M. M. I Apr. 1758 P. an. XVIII.

Bull. Ben. XIV, Ven. 1784. t. 10 p. 101.

77. Decretum SS. D. N. Ben. XIV in causa Neapolit. beatific. et canoniz. ven. S. D. Fr. de Hieronymo sac. prof. S I. : Constare de virtutibus... in gradu heroico.
II Maii 1758 P. an. XVIII.

Bull. Ben. XIV. Ven. 1784. t. 10 p. 104.

CLEMENTIS XIII.

Clemens XIII. Venetus, Carolus Rezzonico, presb. card. tit. S. Marci, creatus VI, coronatus XVI Iul. 1758, obiit III Feb. 1769.

In collegio S. I. Bononiensi rhetorices et philosophiae disciplinis eruditus, religionis nostrae, in Lusitania primum a Sebastiano Carvalho regio ministro, dein in Galliae, Hispaniae, Neapolitano et Parmensi ditionibus iniuste impetitae et vexatae, patrocinium fortiter suscepit, testimonia studii sui relinquens multa brevia quibus apud principes et episcopos innocentiam zelumque Ordinis commendabat : anno 1765, motu proprio bullam *Apostolicum* edidit, Instituti S. I. confirmationem ; et libellos, adversus hanc pontificiam constitutionem sparsos decretis S. Officii 11 Sept. 1765, 2 Mart. et 10 Iul. 1766 damnavit.

Copiarum gallicarum in Avenionense et Carpentoractense oppida, neapolitanarum in Beneventum iniustam irruptionem passus est pius Pontifex potiusquam Societatis causam desereret ; exulibus hispanis et neapolitanis sociis asylum praebuit ; lusitanis menstruam 800 scutorum opem suppeditavit (De Novaes).

---

1. A. F. R. M. *Universi dom. gregis.* – Clem. XIII operis *Histoire du peuple de Dieu* gallice et italice editi, quorum 2 tomi decretis 6 Maii 1734, 14 Apr. 1757, 17 Apr. 1755, 17 Febr. 1755 a congr. Indicis et S. Inquis. damnati fuerunt, tertium tomum hoc titulo *Hist. du peuple de Dieu, 3e partie, ou Paraphrase littérale des actes des apôtres d'après le commentaire latin du P. Hardouin. Par le P. Isaac Jos. Berruyer de la C. de J.* 1758, ob doctrinae fallaciam et contortas sacr. litterarum interpretationes, offusis etiam tenebris super eos articulos quos christ. populi fides ac pietas praecipue profitetur et colit, damnat, legi, retineri prohibet.

R. ap. S. M. M. II Dec. 1758 P. an. I.

Bull. Rom.

2. Cong. sac. rit. et ind. – Missionarii S. I. Marylandiae postulant varia : 1. 10 millia indulgentiarum missioni concessarum, numismatibus et crucifixis etc. applicandarum (iuxta litt. P. Fr. Retz ad P. Philippum Carterer, Apr. 1754), applicari possint sacris imagini-

bus quibuscumque et rosariis orbiculatis seu annulis digito inserendis 2. indulgentiae festorum S. Ign. et S. Fr. Xav. extendantur ad dominicam. 3. sex dominicae S. Aloisii interpolari possint, quia alternis tantum dominicis est copia confessarii. – Ex aud. SS., A. E. Vicecomes secr. absque brevis expeditione in perpetuum concedi significat, et provinciam Pensylvaniae iisdem gaudere ; sed quod ad dd. imagines, servandus elenchus impressus.
16 Feb. 1759.

Bullae.

3. A. P. R. M. *In supereminentis.* – Clem. XIII, supplicantibus rect. coll. S. I. Leopoliensis et Augusto rege Poloniae, d. collegium d. regis auctoritate universitatis titulo et privilegiis ornatum confirmat, rectori per Praep. Gen. S. I. deputando indulget ut gradus bacc. formatae, licentiaturae laureae et doctoratus necnon magisterii gradus conferat et statuta condat.
R. ap. S. M. VII kal. Apr. 1759 P. an I. (1).

Bull. Rom. — Bull. de propag. fide IV. 24. *Fund. pr. Polon. t.* 3.

4. *Iis sane pontificiae.* – Clem. XIII Iosepho episcopo Passavien. per litteras significanti fundationes a se factas ad populum doctrina excolendum sub cura S. I. dirigi, gratulatur et de officiis quos pro d. S. interponit meritam se habiturum rationem persuasum esse cupit.
R. ap. S. M. M. XIII Iun. 1759 P. an. I.

De Ravignan op. cit., t. II, p. 98.

5. *Praeclaram quae iam.* – Clem. XIII archiepiscopo Pharsaliae, gen. in regnis Hisp. Inquisitori gratulatur non solum quod contra *Historiam populi Dei* et librum *De l'esprit* apostolica decreta publicaverit, sed etiam de iis quae egit quoad scripta quaedam Societati Iesu calumniosa, erga quam non aliter quam praedecessores affectus est summus Pontifex.
R. ap. S. M. M. XVII Iul. 1759 P. an. II.

Bull. Rom.

(1) 7 Maii 1759, breve Clem. XIII congregationem sub tit. Immaculatae Conceptionis B. M. V. instituentis in coll. S. I. Leodiensi (*Règles et statuts de la congr. Liège* 1761).

6. *Vereri nullatenus.* – Clem. XIII Ioanni Frid. archiepiscopo Moguntino pollicetur se non praetermissurum tueri S. I. presbyteros, sibi per litteras eius commendatos, in aerumnis angoribusque, sicut aurum examinatur igne, charitate probatos.
R. ap. S. M. M. XI kal. Aug. 1759 P. an. II.

De Ravignan, op. cit. p. 100.

7. *Postulat apostolici.* – Clem. XIII Ioanni Phil. archiepiscopo Treviren. presbyteros S. I. laudanti pollicetur tutelam et praesidium : in adversis tamen opus esse animas suas in patientia, imperscrutabilibus div. sapientiae consiliis animum submittentes, possidere.
R. ap. S. M. M. XI kal. Aug. 1759 P. an. II.

De Ravignan, op. cit. p. 136.

8. *Redditae nobis fuerunt.* – Clem. XIII Francisco Card. de Solis, archiepiscopo Hispalen. meritam laudem tribuit quod operarios frequentissimo suo gregi tribuat dilectos filios S. I. uberrimosque fructus missionis ab iis peractae retulerit ; nec defuisse nec defuturum se praestare quod ad eorum Instituti utilitatem conferre existimabit.
R. XIX Aug. 1759 P. an. II.

De Ravignan, op. cit. p. 133.

9. *Praecipua Pontificii cordis.* – Clem. XIII Io. Bapt. Card. Rothario paterni sui animi recessus aperit, de angoribus propter temporis conditionem, neque defuturum se profitetur tum communibus totius Ecclesiae necessitatibus, tum peculiaribus dil. filiorum alumnorum S. I. angustiis.
R. ap. S. M. M. XXIV Aug. 1759 P. an. II.

Bull. Rom.

10. Cong. sac. rit. et ind. – P. Nicolao di Bagno S. I. rectore coll. Tolemei in civ. Siennensi petente – SS. D. N. omnibus alumnis ceterisque in d. coll. degentibus qui saltem contrito corde SS. Euch. sacr. quotidie in cappella domestica visitaverint, ind. 100 dier. semel in die lucrandam benigne in perp. concessit. Praesenti in perp. valituro... absque ulla brevis expeditione. A. E. Vicecomes secr.
5 Sept. 1759.

11. Cong. sac. rit. et ind. – Quinque provinciis S. I. in Gallia petentibus, loco 10 feriarum VI S. Fr. Xav., unam indulg. plen. pro omnibus et sine clausula *dummodo* die 12 Martii festa canonis. d. Sancti, et 100 dier. 9 diebus praecedentibus, – SS. benigne annuit pro gratia iuxta petita. – A. E. Vicecomes secr.
5 Sept. 1759.

Bullae.

12. *Litteras tuas.* – Clem. XIII Iosepho episcopo Salmanticen. de patribus S. I. in sua dioecesi et Vallisoleti ac Valentiae degentibus testanti eos ministeriis sacris egregiam operam dare nec quidquam praestare nisi ex optimo more et sanctissima disciplina, at probrosis scriptis labefactari eorum famam, significat probari sibi eius in eos studium, eos in sancto proposito confirmari cupit et gratia sua complectitur.
Id. Dec. 1759 P. an. II.

De Ravignan, op. cit., p. 120.

13. *Litteris tuis.* – Clem. XIII Michaeli episcopo Vilnen. commendanti PP. S. I. quos per 40 annorum spatium impigros, sedulos et religionis defendendae studio mirifice flagrantes expertus est, condolet de eorum malis et hostium laetitia ; profitetur gravissimo eius iudicio multum se tribuere et S. I. in sua tutela semper habiturum.
R. ap. S. M M. pr. non. Mart 1760 P. an. II.

De Ravignan, op. cit., p. 177.

14. *Vehementer de S. I sollicitum.* – Clem. XIII Ios. Andreae episcopo Kiovien. et Czerniech. petenti ut S. P. tueatur S. I. et testanti virtutes patrum eius qua patet Polonia in aprico esse, rescribit non esse cur vereatur, vel ipsi vanis rumoribus commoveantur, adversa ut ait S. Greg. M. cum nos exterius deprimant interius reddere cautiores.
R. ap. S. M. M. pr. non. Mart. 1760 P. an. II.

De Ravignan, op. cit., p. 170.

15. *Litteras tuas nonis.* – Clem. XIII Caietano episcopo Cracovien. commendanti S. I. Polonam regi et reipublicae semper fidelissimam, perpetuo de Ecclesia isthic bene meritam, profitetur

non esse, si in hoc instituto permanserint, cur ipse vel ipsi vereantur ne in Apostolicae Sedis perpetua tutela sint.
R. ap. S. M. M. pr. non. Mart. 1760 P. an. II.

De Ravignan, op. cit., p. 173.

16. *Vehementer dolere te.* – Clem. XIII Wenceslao episcopo Przemislavien. vicem S. I. dolenti eamque etiam atque etiam commendanti, persuasum esse vult se eo potissimum spectare ut Institutum, Ecclesiae maxime utile, incolumitatem retineat ; cogitet, cum S. Greg. M. Deum providere de his malis, quae per iudicium irrogat, quae bona facere disponat.
R. ap. S. M. M. postr. id. Mart 1760 P. an. II.

De Ravignan, op. cit., p. 175.

17. Decretum Maioricen. beatif. ven. servi Dei Alph. Rodriguez coadi. temp. form. S. I. super dubio an constet de virtutibus. Post congreg. antepraeparatoriam 7 Dec. 1734 et praepar. 13 Sept. 1757 et gener. congr. coram SS. Domino 15 Apr. 1760, Clem. XIII decrevit constare de praed. servi Dei virtutibus.
XXV Maii 1760.

Vita del B. Alfonso, Arc. Arcangeli S. I., Roma 1825, p. 185.

18. Cong. sac. rit. et ind. - Patribus S. I. prov. Masoviae exsequias defunctorum, tempore missionum, solemnes instruere intendentibus et postulantibus ad maius fructum indulgentiam,– SS. D. N. omnibus fidelibus, conf. et comm., qui supra enunciatis exsequiis interfuerint plen. ind. semel in anno lucrandam ad decennium concedit... absque brevi. I. de Comitibus secr.
19 Maii 1761.

Bullae.

19. Cong. sac. rit. et ind. – Patribus S. I. in prov. ad Rhenum infer. et per septentrionem sparsa, postulantibus translationem decem fer. VI S. Fr. Xav. ad alias per annum ab Ordinario statuendas ob ferias autumnales et tempestates novembres, resp.: Gaudeant impetratis.
16 Mart. 1762.

Bullae.

20. *Noi venghiamo.* - Clem. XIII regem Galliae rogat ne extinctionem S. I. in suis statibus permittat.
Roma di S. M. M. I Giugno 1762.

Reiffenberg, Hist. S. I. ad Rhenum. Mantissa, p. 145.

21. *Quanto in dolore.* - Clem. XIII episcopos Galliae, ad cleri conventum Lutetiae congregatos, hortatur ut Societatem Iesu, positam veluti signum cui contradiceretur, cuius Institutum ab Eccl. cath. in Trident. synodo comprobatum, tot RR. PP. laudibus cumulatum est, laicorum novatorum factione oppressam, apud regem tueantur.
R. ap. S. M. M. IX Iun. 1762 P. an. IV.

Bull. Rom. — *Reiffenberg, op. cit. Mant.* p. 146.

22. *Laudabile Rom. Pontificum.* - Clem. XIII approbat et confirmat concordiam inter Floriauum unitorum ritus graeci Ruthenorum archiepiscopum et cler. reg. S. I. coll. Polokensis in lite orta super bonis a Steph. Bathori Pol. rege anno 1682 d. coll. datis coram caus. pal. apostolici auditorio. Antonio Eugenio archiepõ Ephesino, suo apud Frider. Augustum regem Nuntio committit ut intra tres annos terminui in agris conversis apponantur.
R. ap. S. M. M. XI Iun. 1762 P. an. IV.

Bull. Rom. — *Bull. de propag. fide IV.* 77.

23. *Litterarum tuarum.* - Clem. XIII Alexandro episcopo Valentino condolet de iniuriis quas in Gallia S. I. accipit, ne ullo quidem crimine in iudicio accusata, et de amandatis veteribus, novisque adscitis magistris, eumque obsecrat ut intendat oculos ne praeceptores novarum doctrinarum amantes adhibeantur.
R. ap. S. M. M. 8 kal. Iul. 1762 P. an. IV.

Reiffenberg, op. cit. Mant. p. 148. — *De Ravignan, op. cit. II.* p. 277.

24. *Coelestium munerum.* - Clem. XIII religiosis S. I. a Laur. Ricci Praep. Gen. d. S. mittendis et fidelibus ad quos mittentur, ubi tamen non erunt missionarii Congr. de P. F., benedictionem apost. et ind. plen. concedit. Ad septennium (Cfr. Ben. XIV, n. 72).
R. ap. S. M. M. XI Iul. 1762 P. an. IV.

Bull. Rom. — *Bull. de pr. f. IV.* 81 — *Ex typ. cam. ap.* *Bullae.*

25. *Quae hic acta.* Clem. XIII Stephano Ren. Card. de Gesures, quae III. non. Sept. in consistorio acta sunt nuntiat : edicta seu arresta parlamentorum, quibus isthic S. I. prostrata est et S. Sedis dignitas impetitur, damnata, abolita atque irrita et nulla declarata fuisse : hortatur eum ut intellecta voluntate sua, multo fiat ardentior.
R. ap. S. M. M. VII Sept. 1762 P. an. V.

Bull. Rom.

26. *Spem inter et metum.* – Clem. XIII Io. Francisco Card. Rochechouartio nunc., oblatum scandalum ex eo quod a saecularibus aliquot curiis contra S. I gestum est, amoliri cupiens, significat in cons. secr. III huius mensis habito infirmata et rescissa fuisse quae ab illis gesta sunt.
R. ap. S. M. M. VIII Sept. 1762 P. an. V.

Bull. Rom.

27. *Perrupta omnia.* – Clem. XIII Lud. Const. Cardinali de Rohan, quae in cons. secr. III huius mensis acta sunt adversus saecularium Gallic. regni curias significat, hortatur ut alacriore strenuitate Ecclesiae operam adhibeat.
R. ap. M. M. VIII Sept. 1762 P. an. V.

Bull. Rom.

28. *Permolesta tibi.* – Clem. XIII Antonio Cardinali de Choiseul significat se in consistorio secreto III Sept rescidisse acta supremarum Gallicani regni curiarum quibus S. I. Institutum, ab Ecclesia comprobatum ut pium, declaratur impium.
R. ap. S. M. M. VIII Sept. 1762 P. an. V.

Bull. Rom. — *Reiffenberg. Mant.* p. 149. — *Sensa RR. PP. Clem. XIV praedecessorum*, 1776 p. 80.

29. *Quanta Gallicani.* – Clem. XIII Ioachimo Card. de Bernis significat se aliquot curiarum, arroganter ad suum iudicium S. I. Institutum revocantium acta in cons. secr. III Sept. rescidisse.
R. ap. S. M. M. VIII Sept. P. an. V.

Bull. Rom.

30. *Cum illatum nobis.* – Clem. XIII Paulo Card. de Luynes

significat edicta seu arresta parlamentorum in Societatem Iesu fuisse in consist secr. III Sept. rescissa, eumque ad vindicandam ab iniuriis cath. Ecclesiam hortatur .
R. ap. M. M. VIII Sept. 1762 P. an. V.

Bull. Rom.

31. *Accepimus fraternitatis.* - Clem. XIII Iusonem archiepiscopum Polocensem hortatur ut Mokiloviensem eccl., schismaticis ab eius regimine depulsis, Polocensi ab anno 1619 unitam restitui curet, nec litibus impediri se dicat a clericis reg. S. I., quas per Breve ante 6 menses diremptas scit, sed fines bonorum communi consensu partium terminet.
R. ap. S. M. M. IV Dec. 1762 P. an. V.

Bull. Rom.

32. *Litteras fraternitatis.* - Clem. XIII Guillelmum archiepiscopum Viennensem in Delphinatu laudat quod arbitrariae canonicorum regul. S. Ruffi suppressioni obstiterit ; de pulsis isthinc clericis reg. S. I. conquerenti significat remedia omnia se esse expertum ut tantam ab Ecclesia Dei propulsaret calamitatem.
R. ap. S. M. M. XIII Iul. 1763 P. an. VI.

Bull. Rom.

33. *In hac tanta gallicanae.* - Clem. XIII Stanislao Poloniae regi illustri commendat ut in Lotharingia sua, recentiorum errorum labe non infecta, clericos reg. S. I., quos avulsos fere omnes episcopi gallicani dolent, protegat coram nobilibus, et ut domum missionum S. I. a se fundatam ac Mussipontanam eiusd. Soc. academiam, quae adversus Lutheri, Calvini, Baii, Iansenii et Quesnelli errores Lotharingiam defendit, tueatur.
R. ap. S. M. M. XXIV Aug. 1763 P. an. VI.

Bull. Rom.

34. *Ingravescere in dies.* - Clem. III, Ioannis Fel. Henr. episcopi Lodevien. litteris respondens, miserandam religionis in isto regno faciem, propter verbum Dei erroribus Baii, Iansenii et Quesnelli adulteratum et propter novam philosophiam, deplorat, zelum epõrum accendit, et quid ipse contra curias Institutum S. I. proscribere ausas egerit per litteras trinas ad regem, recenset, iudicium

sese hac in re tulisse, quod nondum prolatum est in vulgus sed ut ex sacra Petri cathedra promulgetur reliquum est.
R. ap. M. M. XVII Sept. 1763 P. an. VI.

Bull. Rom.

35. *Litteras fraternitatis tuae.* – Clem. XIII Iosephi episcopi Vivariensis litteris de gallicanae ecclesiae calamitatibus respondens, dolet ictu oculi, nulla causa indicta istic exstinctam, praestantium pietate et doctrina virorum Societatem Iesu, iuventuti porro clausos puros fontes unde litteras, bonos mores et religionis amorem hauriebat, hortatur ut omni conatu constitutionem *Unigenitus* defendant episcopi et B. Petri cathedrae auctoritatem tueantur.
R. ap. S. M. M. VII Nov. 1763 P. an. VI.

Bull. Rom.

36. *Sacras res in vestra.* – Clem. XIII Ioanni M. epō Rivensi condolet superioribus laicorum curiis in Gallia nihil iam esse sanctum, convulsam radicitus Ecclesiae potestatem, clericos reg. S. I. catholicae veritatis propugnatores egregios, indicta causa pulsos, metuendum ne catholica religio in Gallia pereat ; causam a iansenia-na haeresi et encyclica Ben XIV neglecta repetit, ad concordiam epōs hortatur.
R. ap. S. M. M. IX Nov. 1763 P. an. VI.

Bull. Rom.

37. *Cum ex pluribus.* – Clem. XIII Franc. epō Montispesulani aerumnas ecclesiarum gallicanarum et epōrum fere omnium cum B. Petri Sede coniunctionem exponenti timorem depellendum esse significat ; pulsos esse cler. regulares S. I., traditam iuventutis disciplinam in periculum, ad sacramenta raros apparere fideles, mala haec se prospexisse ait cum ante 19 menses ad epōs Parisiis congregatos scribebat ; origo ex neglecta encyclica Ben. XIV super bulla *Unigenitus.*
R. ap. S. M. M. VII Dec. 1763 P. an. VI.

Bull. Rom.

38. *Etsi Societatem Iesu.* – Clem XIII Ioannem episcopum Gratianopolitanum laudat de voluminibus conscriptis, quibus et Societatis Iesu, ab Eccl. cath. in Tridentina synodo commendatae,

causam adiuvit et ianseniauae sectae adversus eam coniurationem et artes pudendas exposuit.
R. ap S. M. M. IV Apr. 1764 P. an. VI.

Bull. Rom. — Sensa RR. PP. p. 84.

39. *Iucundae nobis.* - Clem. XIII Nicolao episcopo Nolano gratum acceptumque esse gaudet quod carendum ipsi non sit Nolae Patrum S. I. opera, de quibus ex iis quos Reatae expertus est, facile coniicit ; testatur se olim in Patavinae ecclesiae regimine, hoc annonae calamitosae anno Romae plurimam eorum utilitatem percepisse, dolere se de inimicorum in S. I. et Sedem Apostolicam conatibus nihilque non acturum quo S. I. pene obrutam tueatur.
R. ap. S. M. M. IX kal. Aug. 1764 P. an.

De Ravignan, op. cit., p. 291.

40. *Inter praecipuas.* - Clem. XIII Maximiliano Ios. Bavariae Duci, S. R. Imp. Electori in mentem revocat quod Ben. XIII in causa decimarum coll. S. I. Neoburgensis avum eius Maxim. monuit, ad iudicium laicale trahi non posse causam ecclesiasticam, idemque eum monet, ne sc. illam causam ab eccl. iudicio subducat.
R. ap. S. M. M. XXXI Iul. 1764 P. an. VII.

Bull. Rom.

41. *Lecta pastorali epistola.* - Clem. XIII Iacobo episcopo Andegaven. moerorem et admirationem significat quod famosum *Librum assertionum*, unde pro exstinguenda in isto regno S. I. rationes petitae sunt, pastorali epistola laudaverit, et, antequam apostolicam vocem tollat, hortatur ut pedem inde referat, quo progredi non oportebat.
R. ap. S. M. M. XIX Sept. 1764 P. an. VII.

Bull. Rom. — Sensa RR. PP., p. 91.

42. *In plurimis.* - Clem. XIII Ludovico episcopo Alesien. pastoralem instructionem adversus S. I. ante quinque menses datam a populo Alesiensi improbatam exprobrat, et orat ut abstergat lacrymas Ecclesiae.
R. ap. S. M. M. XIX Sept. 1764 P. an. VII.

Sensa RR. PP., p. 95.

43. *Quod complures* - Clem. XIII Henricum archiepiscopum Turonen. dolentem statum eccl. gallicanae, S. I. fere deletam et ab ea ad Ecclesiam, si fieri posset, exscindendam iansenianorum auspicatos esse furores, urget ne instructionem quam ea de re paratam habet diutius desiderari patiatur.
R. ap. S. M. M. XIV Nov. 1764 P. an. VII.

Bull. Rom.

44 *De aerumnosissimo.* - Clem. XIII Henrico Gastoni epō Apamiarum conquerenti de laica potestate auctoritati Ecclesiae infesta, de S. I., cuius Institutum ab Eccl. habitum est ut pium, isthic exstincta, de iansenianorum secta, significat consultum fore si adhaesisset novissimae Instructioni Christophori archiepiscopi Parisien.
R. ap. S. M. M. XII Dec. 1764 P. an. VII.

Bull. Rom.

45. *De misero gallic. ecclesiae.* - Clem. XIII Henr. Iac. epō Sarlatensi, de iansenianorum flagitiis ad se plures epistolas scribenti respondens, constitutionem *Unigenitus* dogmaticum esse decretum iterato asserit, de S. I. toto fere Galliarum regno exstincta, quae velut munimentum eorum conatibus opposita erat, dolet *librumque assertionum* damnat.
R. ap. S. M. M. XIV Dec. 1764 P. an. VII.

Bull. Rom.

46. A. P. R. M. *Apostolicum.* - Clem. XIII Institutum S. I., in Tridentina synodo et a RR. PP. approbatum, ab episcopis ex omnibus regionibus catholicis commendatum, contra malevolorum calumnias tuetur, speciatim vota, exercitiorum spir. usum, congregationes B. M. V. laudat, et omnes pro S. I. editas constitutiones praedecessorum suorum, confirmationis suae robore munitas vult.
R. ap. S. M. M. VII id. Ian. 1764 P. an. VII.

Bull. Rom. — *Nov. bull. S. I.* 309.

47. Cong. sac. rit. et ind. - Patritio Agabito S. I. missionario petente, SS. D. N. omnibus fidelibus qui exercitiis ab oratore dandis per 8 dies interfuerint et bis denis dominicis sequentibus in hon. B. M. V. communicant, ind. plen. in ultima dom. et 7 ann.

et quadr. in aliis concedit. Absque brevi et quousque orator munere fungetur... S. Borgia secr.
12 Mart. 1765.

Bullae.

48. *Qui ex Hispaniarum.* - Clem. XIII Assentio episcopo Barchinonen. laetitiam quam ex constitutione *Apostolicum* cepit, gratulatur, eosque qui ex S. I. istic sunt, vitam ad normam Instituti morum innocentia et pietatis studio exhibere gaudet.
R. ap. S. M. M. XIII Mart. 1765 P. an. VII.

Bull. Rom.

49. *Iucundissimae nobis.* - Clem. XIII Ioanni archiepiscopo Tarraconen. gratulatur de consolatione quam ex Instituti S. I. confirmatione cepit, noluisse se ut ex silentio suo fideles suspicarentur aliquid in d. Instituto vitii latere, voluisse mœrentem Societatem erigere et consolari.
R. ap. S. M. M. XIII Mart. 1765 P. an. VII.

Bull. Rom.

50. *Constitutionem qua nuper.* - Clem. XIII Iosepho Mariae episcopo Mutinen. iucunditatem ex const. *Apostolicum* allatam esse grato animo accepit, oportuisse maculam deleri quam S. Sedi inurere studuerunt infensi homines, impium declarando Institutum quod ut sanctum et pium probaverat.
R. ap. S. M. M. XVI Mart. 1765 P. an. VII.

Bull. Rom. — *Sensa RR. PP.*, p. 115.

51. *Perplacuerunt nobis.* - Clem. XIII Ioanni Ios. episcopo Cauriensi gratissimam fuisse const. qua Trid. synodi de Inst. S. I. praeconio, praedecessorum suorum et episcoporum ex omni natione iudicio compulsus confirmavit d. Institutum, gaudet et hortatur ut patrum S. I. opera uti pergat.
R. ap. S. M. M. XVII Apr. 1765 P. an. VII.

De Ravignan op. cit., p. 311. — *Sensa RR. PP.*, p. 113.

52. *De Constit. nostra* - Clem. XIII Iosepho epō Solsonae, recte putanti S. Sedem non potuisse silere diutius in vindicanda S. I. et Ecclesia a malevolis, gratulatur laetitiam ex const. *Aposto-*

licum perceptam ; vult eum admonere clericos d. S. ut persecutiones in suam et proximorum utilitatem convertant.
R. XIX Maii 1765 P. an. VII.

De Ravignan op. cit. p. 315.

53. *Ex litteris fraternitatis.* – Clem. XIII Isidoro epō Conchen. constitutionis *Apostolicum* fructus referenti gratulatur socios eiusmodi Instituti ab Ecclesia Tridenti approbati et adiutores eum habere.
R. ap. S. M. M. XXII Maii 1765 P. an. VII.

De Ravignan op. cit. p. 316.

54. *Occurrerunt nobis.* – Clem. XIII Stephano epō Tarraconen. valde devinctum esse suum animum persuadet quod constitutio *Apostolicum* tanta eum eiusque dioecesim perfuderit laetitia ; petit orari ut inimicorum S. I. amaritudo leniatur et religiosorum eiusdem Soc. alacritas augeatur.
R. ap. S. M. M. XXII Maii 1765 P. an. VII.

De Ravignan op. cit. p. 317.

55. *Binos a fraternitate tua.* – Clem. XIII Henrico Iac. epō Sarlatensi gratulatur litteras et pastoralem instructionem, typis excusam, quibus de const. *Apostolicum* gaudet.
P. ap. S. M. M. XXIX Maii 1765 P. an. VII.

Bull. Rom.

56. *De S. I. eiusque Instituto.* – Clem. XIII Antonio archiepō Pragen. de fructibus S. I. in sua dioecesi et de const. *Apostolicum* gaudenti congratulatur.
Castr. Gandulphi V Iun. 1765 P. an. VII.

De Ravignan op. cit. p. 313.

57. *Accepisse te scribis.* – Clem. XIII Isidoro epō Pincien. (Valladolid) gratulatur laetitiam ex constit. *Apostolicum* perceptam, neque potuisse eos qui odio S. I. indulgent ab huius disciplina fideles avertere.
R. ap. S. M. M. VIII Iun. 1765 P. an. VII.

De Ravignan op. cit. p. 318.

58. *Excepisse te.* – Clem. XIII (Francisco) epō Urgellitano significanti pii S. I. Instituti confirmatione apostolica malevolorum hominum maledicentiam nonnihil repressam esse gratulatur, et gaudet ad epōrum gallicanorum de S. I. sententiam accessisse epōrum hispanorum iudicium quorum plerique d. Constitutionem sibi sunt gratulati.
R. ap. S. M. M. VIII Iun. 1765 P. an. VII.

De Ravignan op. cit. p. 319.

59. *Societatem Iesu.* – Clem. XIII Francisco epō Teruelen. de commendata ante 5 annos et nunc constitutione *Apostolicum* vindicata S. I. gratias agenti, commendat impigros in excolenda vinea Domini operarios S. I.
R. ap. S. M. M. VIII Iun. 1765 P. an. VII.

De Ravignan op. cit. p. 320.

60. *Quam grata acciderit.* – Clem. XIII Augustino epō Ovetano de constitutione *Apostolicum* gaudenti et S. I. clericos in sua dioecesi strenue munera praestabilia obeuntes praedicanti censet non esse cur S. I. commendetur.
R. ap. S. M. M. VIII Iun. P. an VII.

De Ravignan op. cit. p. 321.

61. *Scribis Constitutionem.* – Clem. XIII Gaspari epō Pampilonen., pro confirmato pio S. I. Instituto gratulanti, laudat patientiam qua religiosi d. S. suorum seu potius S. Sedis inimicorum contumelias tulerunt.
R. ap. S. M. M. X Iul. 1765 P. an. VIII.

Bull. Rom.

62. *Quos Institutum.* – Clem. XIII Antonio epō Oscensi de confirmato Instituto S. I. gratias agenti supervacaneum ducit illos regulares commendare.
R. ap. S. M. M. X Iul. 1765 P. an. VIII.

Bull. Rom.

63. *Redditae sunt nobis.* – Clem. XIII Isidoro epō Zamoren. pium S. I. Institutum confirmatum laudanti et gravissimum de regularibus d. S. testimonium reddenti, significat congruere

laudes et testimonia eius iis quae complures episcopi ad S. P. scripserunt.
R. ap. S. M. M. X Iul. 1765 P. an. VIII.

De Ravignan op. cit. p. 324.

64. *Dolorem nostrum.* – Clem. XIII Nicolao epō Basileen. prolixe S. I. Institutum novissima constitutione confirmatum laudanti gratulatur optatque ut filios S. I. ament aliquando qui eos oderunt, si sectari non possunt, collaetentur saltem et gratulentur melioribus.
R. ap. S. M. M. XXI Aug. 1765 P. an. VIII.

De Ravignan op. cit. p. 327.

65. *Perquam grata.* – Clem. XIII episcopi Civitaten. periucundam ex Const. *Apostolicum* laetitiam laudat, retundenda fuisse tela quibus per latus S. I. Apostolicam Sedem sauciare conabantur Ecclesiae hostes, simpliciore ingenio praeditos, ubi vocem emisit sensisse se fuisse deceptos.
R. ap. S. M. M. IV Sept. 1765 P. an. VIII.

Bull. Rom.

66. *Accepimus litteras.* – Clem. XIII Antonio epō Orthonen. et Caplen. gratulatur de gaudio ex Constit. *Apostolicum* quae S. Sedis et Ecclesiae iudicium defendit, et significat consolationem suam ex litteris plurimorum epōrum testantium alacritatem cler. reg. S. I. non relanguescere.
R. ap. S. M. M. IX Sept. 1765 P. an. VIII.

Bull. Rom.

67. *Gratulatio tua.* – Clem. XIII Iosepho episcopo Massae Lubren., suam et plurimorum regni istius episcoporum gratulationem de const. *Apostolicum* offerenti, et quid praestiterint istic regulares S. I. in levanda annonae difficultate testanti, commendatissimos eos esse vult.
R. ap. S. M. M. IX Sept. 1765 P. an. VIII.

Bull. Rom.

68. *Qui in isto amplissimo.* – Clem. XIII Antonio episcopo Leucorien. catholicorum in isto regno ex cler. reg. S. I. calamitate

moerorem et ex const. *Apostolicum* laetitiam referenti, gratum promit animum ; quo maiore illos favore et studio foverit, eo plus sibi apostolicae voluntatis et gratiae conciliabit.
R. ap. S. M. M. XIII Nov. 1765 P. an. VIII.

Bull. Rom.

69. *Qui egregium.* – Clem. XIII Clementi regio Poloniae Principi e Ducib. Saxoniae electo episcopo Frisingen. et Ratisponen. committit ut apud Maxim. Ios. Bavariae Ducem agat, ne Ecclesiae iniuria inferatur neve pars collegio Neoburgensi S. I. adversa, ad laicalem potestatem iudicium causae decimarum trahat.
R. ap. S. M. M. VII Dec. 1765 P. an. VIII.

Bull. Rom.

70. *Quod plurimi.* – Clem. XIII Carolo Mich. archiepiscopo Goritien., de const. *Apostolicum* gratulanti et referenti per 3 coll. S. I. a Clem. VIII haeresi obiecta ab omni errore abstersam olim regionem neque praesentes d. S. clericos se maioribus exhibere inferiores, consolationem incredibilem sibi inde allatam esse significat.
R. ap. S. M. M. VII Dec 1765 P. an. VIII.

Bull. Rom.

71. Ex audientia Sanctissimi. Ad hum. preces Laur. Ricci S. I. Praep. Gen. Clem. XIII concessit eidem et successoribus facultatem impertiendi d. S. religiosis in artic. mortis bened. cum ind. plen Perpetuis futuris tempor. absque brevis exped. valitura.
XXI Ian. 1766.

Anal. Iur. Pontif. III. 1105. — *Ex typ. cam. ap.* 4°. *Bullae.*

72. *Alias fel rec.* – Clem. XIII, petente procuratore gen. S. I. ad 15 annos prorogat indulgentiam plenariam pro communione generali una ex dominicis cuiuslibet mensis concessam ab Inn. X, Alex. VII, Inn. XI, Inn. XII, Clem. XI, Inn. XIII, Clem. XII (n. 19) et Ben. XIV.
R. ap. S. M. M. XXI Ian. 1766 P. an. VIII.

Ex. typ. cam. ap. *Bullae.*

73. *Societatem Iesu.* – Clem. XIII Silvestro archiepiscopo

Surrentino, de const. *Apostolicum* gratias agenti, eam mentem a Deo sibi datam testatur, ut scandalum amoveret, Ecclesiae, praedecessorum suorum et episcoporum plurimorum iudicium de d. S. confirmaret.
R. ap. S. M. M. XXIV Ian. 1766 P. an. VIII.

Bull. Rom.

74. *Libentissime accepimus* – Clem. XIII Mariano episcopo Portusdivitis, gaudium suum ea const. *Apostolicum* communicanti, significat quantae consolationi sibi fuerint plurimorum ex omni natione quae sub caelo est litterae gratulationis et d. Mariani nuntii de duris laboribus S. I. et sanguine saepe effuso in sua dioecesi.
R. ap. S. M. M. XXII Febr. 1766 P. an. VIII.

Bull. Rom.

75. *Exponi nobis nuper.* – Clem. XIII Francisco Card. de Solis, Ispalen. eccl. praesuli, exponente Ios. Baena S. I. moderatore prov. Beticae, concedit, praevia derogatione testament. dispositioni Gondisalvi de Campo archid. de Elepla anni 1615, ut in coll. S. I. Ispalensi nunc absoluto, loco theologiam repetentium vel tertium probationis annum agentium totidem religiosi S. I. missionarii constituantur.
R. ap. S. M. M. IV Mart. 1766 P. an. VIII.

Bull. Rom.

76. *Accepta constitutione.* – Clem. XIII Michaeli Anselmo episcopo Antequeren. de const. *Apostolicum* gratulanti exponit confirmationem pii Instituti S. I., a 19 Pontificibus probati, adversus contumelias sectae quae velut cancer serpit, Ecclesiae opportunam fuisse.
R. ap. S. M. M. IX Apr. 1766 P. an. VIII.

Bull. Rom.

77. Clem. XIII *Brere ad Regem Catholicum* ne sinat Iesuitas e suis regnis expelli (1).
XVI Apr. 1766.

(1) Huius autographa editor Bullarii Romani in archiviis Vaticanis non adinvenit, iniuria temporum fortasse deperdita vel commixta. Italice data sunt a continuatore H. E. Bercastel, Ven. 1831. t. 33, p. 194 ; cfr. annotat. in *Vita Clem. XIII* Ven. 1769, p. 64 : gallice a Theiner *H. de Cl. XIV*, I, p. 77 ; latine *Sensa RR. PP.* 116.

78. A. P. R. M. *Ad augendam.* – Clem. XIII clericis regularibus S. I. qui confessi et d. communione refecti aliquam ex ecclesiis d. S feria VI octavam solemnitatis SS. Corporis Christi immediate sequente devote visitaverint, plen. indulg. concedit. Perpetuo valitura ; exemplis etiam impressis manu procuratoris gen. S. I. et sigillo d. S. munitis fides adhibeatur.
R. ap. S. M. M. XXVIII Maii 1766 P. an. VIII.

Bullae

79. *Gratulabundas.* – Clem. XIII Petro Anselmo episcopo Michaoconen., de const. *Apostolicum* gratulanti causas aperit confirmatae S. I., declaratum oportuisse se eadem de Instituto illo sentire quae universa cum praedecessoribus suis adhuc sentit Ecclesia, iustitiam postulasse ut a criminatione vindicarentur qui, quod adversus novatores catholicam fidem et apostolica decreta defenderent, divexantur.
R. ap. S. M. M. XXIII Iun. 1766 P. an. VIII.

Bull. Rom.

80. *Nihil Societati Iesu.* – Clem. XIII Iosepho episcopo Chiapen., de const. *Apostolicum* gratias agenti testatur episcoporum omnium, qui eam const. sibi gratulati sunt, unam vocem esse, S. I. Ecclesiae fuisse et esse maxime fructuosam et frugiferam, Deum precatur ut semper illi maneat in Petri Sedem incorrupta fides et praeclara devotio.
R. ap. S. M. M. XXVI Iun. 1766 P. an. VIII.

Bull. Rom.

81. Cong. sac. rit. et ind. – Petente procur. gen. S. I. in nomine rectoris S. I. in Danzica, S. D. N. ind. plenariam, generaliter concessam pro visitantibus aliquam eccl. S. I. in sex festivitatibus SS. Ign. Fr. Xav. Fr. Borg. I. Fr. Regis, Stan et Alois., ad dominicam infra octavam earumdem respective festivitatum pro omnibus visitantibus eccl. praefati collegii benigne transtulit. Ex secr. – S. Borgia, secr.
9 Sept. 1766.

Bullae.

82. A. F. R. M. *Animarum saluti.* – Clem. XIII, supplicante Laur. Ricci S. I. Praep. Gen. indulgentias et facultates ultimo a

Ben. XIV (supra n. 33.) in Indiis concessas ad 20 annos renovat.
R. ap. S. M. M. X Sept. 1766 P. an. IX.

Bull. Rom. — Bull. de propag. fide IV, 125.

83. Decretum ind. plen.... Ex aud. SSmi. Ad humillimas preces Laur. Ricci Praep. Gen. S. I. SS. D. N. Clem. PP. XIII Christi fidelibus qui decem dominicis diebus ante festum S. Ignatii Loiolae sive alias per annum... sanctificaverint et aliquam ecclesiam S. I. visitaverint, in qualibet ex praed. dominicis plen. ind. concessit. – N. Card. Antonellus, S. Borgia secr.
R. ex secr. S. C. indulg. 27 Ian. 1767.

Ex typ. cam. ap. *Bullae.*

84. *De puella ista.* – Clem. XIII Iosepho Sammating S. I. presb., Magni Etruriae Ducis confessario significat a se ad Principem, ad Nuntium, ad archiepōs Florentinum et Pisanum et ad ipsum Iosephum fuisse scriptum de puella iudaea in vitae periculo baptizata et iussu Ducis patri reddita ; post similem casum in civitate Regiensi, in quo iuri Ecclesiae a Duce Mutinensi satis factum est, ut Princeps sibi persuadeat suam animam de act. salute periclitari, a confessario expectat.
R. ap. S. M. M. XIV Apr. 1767. P. an. IX.

Bull. Rom. — Bull. de pr. fide. IV, 144.

85. *Gravissimo et plane inopinato.* – Clem. XIII Ioanni archiepō Tarraconen. significat se perculsum nuntio pulsos esse a Carolo Hisp. rege cathol. S. I. clericos regulares, admirari tam subitam eorum, quos plurimi Hisp. epōrum sibi commendarunt, mutationem, si qui inter eos Principem graviter laeserit, non idcirco in omnes animadvertendum, se paratum esse ad ea corrigenda quae rex in S. I. irrepsisse deprehenderit, huc potissimum spectandum ne si S. I. in Hisp. intereat religio apud barbaras nationes pereat.
R. ap. S. M. M. XXI Apr. 1767 P. an. IX.

Bull. Rom.

86. *Improvisum.* – Clem. XIII Ioachico de Osma O. Min. S. Fr. confessario Regis catholici commendat ut optimo Principi, cui se in via Domini ducem praebet, de inexpectata calamitate S. I. et

de clade animarum innumerarum quas de manu regis requiret Christus, consilia suggerat.
R. ap. S. M. M. XXI Apr. 1767 P. an. IX.

Bull. Rom

87. *De repentina.* – Clem. XIII Aloysio card de Corduba archiepō Toletano significat dolorem de calamitate S. I., quam anno superiore plurimi Hisp. episcopi commendarant, quam in sua dioecesi idem Aloys. utilem testatur, excruciari se clade animarum in Hisp. et praesertim apud barbaras gentes.
R. ap. S. M. M. XXX Apr. 1767 P. an. IX.

Bull. Rom.

88. Decretum extensionis indulgentiae.. Ex aud. SSmi. Ad humillimas preces Laur. Ricci Praep. Gen. S. I. SS. D. N. Clem. PP. XIII ind. plen. concessam clericis regularibus eiusdem Soc. in fer. VI post octavam SS. Corp. Christi clementer extendit ad fideles qui in praefata feria eccl. S. I. visitaverint ibique per aliquod tempus anti SS. Euch. sacr. vel ante Servatoris nostri Iesu imaginem iuxta mentem Sanct. suae oraverint. Absque brevi, perpetuo valitura. – N. Card. Antonellus praef. S. Borgia secr.
R. ex secr. S. C. ind. 2 Iun. 1767.

Ex typ. cam. ap. *Bullae.*

89. *Ad augendam fidelium.* – Clem. XIII universis Christifidelibus eccl. S. I. visitantibus 5 Febr. ind. plen. concedit. Ad septennium.
R. ap. S. M. M. XI Aug. 1767 P. an. X.

Bull. Rom.

90. *De clericorum reg. S. I.* – Clem. XIII comiti de Kaunitz significat de calamitate S. I. ex utraque Sicilia et regno Neapolitano expulsae exponere Nuntium apost. apud caes. aulam a se esse iussum litterasque mitti ad Mariam Theresiam, postulat ut apud reginam apostolicam officia sua conferat ut laesae dignitati Pontificiae satisfiat, et commendat S. I. cuius utilitatis testes habet epōs ex omni natione de eius incolumitate sollicitos.
R. ap. S. M. M. V Dec. 1767 P. an. X.

Bull. Rom.

91. *Cum ex utraque Sicilia.* – Clem. III comiti Colloredo significat et per Nuntium apostolicum exponi iussit iniuriam tum apostolicae suae in Ecclesia potestati, tum summi sui in eccles. ditionem imperii maiestati illatam per S. I. e Sicilia expulsionem de qua iniuria scribi iussit ad caesar. maiest. Iosephi, rogat ne Rom. Ecclesiam desertam cum tanto probro patiatur.
R. ap. S. M. M. V Dec. 1767 P. an. X.

Bull. Rom.

92. *Incredibilem nobis.* – Clem. XIII Antonio Card. Sersalio, cuius vic. gen. iis conventibus in quibus iniqua de expellenda noctu militari manu ex utraque Sicilia S. I. consilia suscipiebantur, cum saecularibus ministris aderat, et ecclesiastici homines gravissimo ausu delectabantur, exprobrat silentium, quod quonam modo possit cum officio suo componere videat.
R. ap. S. M. M. XXIX Dec. 1767 P. an. X.

Bull. Rom.

93. *In ea quam clerici.* Clem. XIII Philippo epō Aliphano exprobrat quod cum nonnullis episcopis consiliis de S. I. in Sicilia calamitate adesse non veritus sit, hortatur suae conscientiae consulat neque amplius quocunque praetextu etiam fugiendi gravioris mali ad tales conventus in posterum conveniat.
R. ap. S. M. M. XXIX Dec. 1767 P. an. X.

Bull. Rom.

94. *Quae tui facti.* – Clem. XIII Emmanueli Pinto magno magistro Hospitalis S. Ioan. Hierosolymitani exprobrat rationem facti in paranda profectione ex ista insula cler. reg. S. I. et in occupandis eorum bonis, contra rationem a S. Pontifice statutam, emolliri se tamen per litteras eius 15 Iun. significat, et quid praestare teneatur declarat.
R. ap. S. M. M. XIII Iul. 1768 P. an. X.

Bull. Rom.

CLEMENTIS XIV.

Clemens XIV, Burgopacensis, fr. Laurentius Ganganelli, Ord. conventualium S. Francisci, intercessione cuiusdam e nostris Romam vocatus et regens collegii S. Bonaventurae factus, anno 1743 theses ab uno e suis propugnandas S. Ignatio de Loyola dedicari voluit. Anno 1759, Clementi XIII, qui religiosum aliquem sacra purpura ornare cogitabat, a cardinali Spinelli ut iesuitarum amicus propositus, cardinalis tit. S. Laurentii in Pane et perna creatus est, dein tit. SS. XII Apostolorum accepit. XIX Maii 1769 electus Papa, XXVIII eiusdem mensis episcopus consecratus, et IV Iunii coronatus est.

Mense Iulio ad regem Galliae scripsit sibi non licere vituperare vel abolere Institutum S. I. a concilio Tridentino et a 19 praedecessoribus suis approbatum, paratum tamen se profitebatur ad concilium cogendum in quo ies iitae causam suam agerent ; imperatorem, regesque Sardiniae et Prussiae in Societatis gratiam ad se litteras scripsisse addebat. Porro ditionem Avenionensem et Beneventanam alienari a statu Pontificio iniquum esse solaque vi id fieri posse protestabatur. Demum anno 1773, a ministris regum borbonicorum et praecipue a comite de Florida Bianca, pacem universalem, si exstincta esset Societas, pollicentibus, compulsus, breve *Dominus ac Redemptor*, cuius ipsemet exordium *Rex pacificus* scripsit, 21 Iulii subsignavit, et 16 Aug. Romae publicari et executioni mandari iussit.

Numerabat Societas 6 assistentias, 41 provincias, 24 domos professas, 61 domos probationis, 171 seminaria, 669 collegia, 340 residentias et 273 missiones : universim socios 22,589. (De Novaes).

---

1. *Coelestium munerum.* - Clem. XIV petente Laur. Ricci Praep. Gen. missionariis S. I., ubi tamen non erunt missionarii Congr. de prop. fide, et fidelibus ad quos accesserint apost. bened. et plenar. indulgentiam ad septennium concedit. (Cfr. Cl. XIII, n. 24.)

R. ap. S. M. M. XII Iul. 1769 P. an. I.

Nov. bull. S. I. p. 312. — *Typ. cam. ap.* *Bullae.*

2. *Essendo à Noi ben nota.* - Clem. XIV comite de Oeyras, fidelissimi regis primo ministro de S. Sede bene merito communicat suum desiderium ut offeratur sibi promovenda ad sacram purpu-

ram persona regi grata, ut accipiatur in Nuntium Apostolicae Sedis Innocentius Conti, ut sibi secreto nota fiant res curiae lusitanicae et ut a fœderatis curiis in negotio quod Pontifex exsequendum assumpsit non urgeatur inopportune.
28 Aug. 1769.

Arch. Stonyhurst (*exemp. lithog.*).

3. *Le dernier projet.* – Clem. XIV Ludovico Francorum regi de accepto per Card. de Bernis consilio eius (circa suppressionem S. I.), significat id sibi placuisse et exspectari a se memoriale de eodem negotio, se postea ipsi satisfacturum.
R. ap. S. M. M. pr. kal. Oct. 1769 P. an. I.

Theiner, Cl. XIV P. M. epistolae et brevia, 1852. p. 31.

4. *Solliciti nos.* – Clem. XIV Emmanueli Pinto hospit. S. Ioan Hieros. magno magistro, suum studium ad pietatis opera, antea per sacerdotes S. I. in insula Melite praestari solita, vel retinenda vel augenda declaranti, committit administrationem ecclesiae, collegii et bonorum omnium S. I. simul et praedicationem, missiones, congregationes, scholas ; illaesa vult onera bonis illis inhaerentia, pensiones superstitibus sociis debitas et iura mensae episcopalis aut seminarii clericales.
In arce Gandulphi XX Oct. 1769 P. an. I.

Theiner, op. cit. p. 33.

5. *Qualora il signor comendatore.* – Clem. XIV commendatori Almada, fidelissimi regis apud S. Sedem min. plenipotentiario, significat se paratum quum placuerit ei ad gratias agendas regi et ministro eius Caravaglio de restituta nuntiatura. Rem ipsi confidentialiter committit, secretum postulans.
Dal Quirinale 28 Nov. 1769.

Arch. Stonyhurst (*ex. lithogr.*).

6. *Stimiamo nostro.* – Clem. XIV Carolo Hisp. regi catholico significat intentionem suam adimplendi ea ad quae obligatus est, colligi a se documenta quibus formet suum *motu proprio*, unde constabit iesuitas e regno Hispaniae sapienter fuisse expulsos ;

petit ut sacra maiestas moras excuset, cui benevolentiae signa indubia danda ne dubitet.
R. ap. S. M. M. pr. kal. Dec. 1769 P. an. I.

Theiner, op. cit. p. 37.

7. *La benigna accoglienza.* – Clem. XIV, Iosepho I, regi fidelissimo, gaudium suum significat de acceptato novo Nuntio Apostolico, Innocentio Conti, qui maiestati regiae serviet prompte, paratus ad exhibenda fidelissimo regi sicut et regi Hispaniae, in communi negotio bene noto, eadem testimonia benevolentiae.
R. ap. S. M. M. X Dec.

Arch. Stonyhurst (ex. lithogr.).

8. A. F. R. M. *Tanta semper.* – Clem. XIV, petente Henrico Card. duce Eboracensi episcopo Tusculano, et attenta eius oblatione annuae praestationis, unionem scholarum publicarum et seminarii Tusculani a Ben. XIII tunc in minoribus et episcopo Tuscul. ecclesiae factam cum coll. S. I. dissolvit et seminarium tam quoad oblationes quam quoad alia omnia vice d. collegii substituit.
R. ap. S. M. M. XII Feb. 1770 P. an. I.

Bull. Rom.

9. A. P. R. M. *Ferrariensem studii.* – Clem. XIV, exponentibus reformatoribus studii universitatis Ferrariensis, haereditatis ab Alberto Penna anno 1688 relictae cum onere fundandi collegium S. I. et cum expressa prohibitione commutationis suae voluntatis, attentis d. collegii anno 1692 erecti et 1727 relicti vicissitudinibus, administrationem ad collegium reformatorum d. studii in posterum spectare et pertinere, non obstante ultima d. Alberti voluntate, decernit.
R. ap. S. M. M. XXIII Ian. 1772 P. an. II.

Bull. Rom.

10. *Alias nos.* – Clem. XIV Mario Card. Marefusco, per breve 6 Mart. 1771 deputato visitatori apostolico coll. Hibernensis, post relationem de visitatione, concedit facultatem derogandi testamento Ludovici Card. Ludovisii anni 1629, in ea parte qua ipse commisit

presbyteris S. I. gubernium d. collegii, eosque removendi. Ipsi d. collegium subiicit.
R. ap. S. M. M. XVIII Sept. 1772 P. an. IV.

Bull. Rom. — Bull. de propag. fide IV, 180.

11. *Praeclaram et pene singularem.* - Clem. XIV Henrico episcopo Tusculano Card. duci Eboracensi nunc., antea per breve 28 Iul. 1770 in visitatorem apostolicum collegii, seminarii et scholarum publ. civ. Tusculanae constituto, iniungit ut eccl. et coll. S. I. una cum bonis d. seminario perpetuo uniat.
R. ap. S. M. M. X Nov. 1772 P. an. IV.

Bull. Rom.

12. *Cum super bonis.* - Clem. XIV Paschali Card. Aquaviva de Aragonia iniungit ut, cum de bonis collegii Germ. et Hung. et coll. S. I. Senogalliensis nonnullas provisiones praescribere intendat, possessionem dd. bonorum apprehendat, clericos saeculares d. S. amoveat etc. Omnes ordinarios, gubernatores pro executione praestare opem vult.
R. ap. S. M. M. XXV Iun. 1773 P. an. V.

Bull. Rom. — Bull. de propag. fide IV, 193.

13. *Cum super bonis.* - Clem. XIV Franc. Ant. episcopo Montis Alti committit ut, cum de bonis coll. Rom. S. I. in loco de Fiastro nunc. provisiones nonnullas praescribere intendat, possessionem dd. bonorum apprehendat, et clericos regulares d. S. amoveat. Civitatis praesidi praecipit ut mandata exsequi curet.
R. ap. S. M. M. XXV Iun. 1773 P. an. V.

Bull. Rom.

14. A. P. R. M. *Dominus ac Redemptor.* - Clem. XIV, ministerio pacis sibi tam ad destruendum quam ad aedificandum commisso, exemplum sequens Innocentii III, Greg. X, Clem. V, Pii V, Urb. VIII, Inn. X, Clem. IX, qui ordines regulares legibus cohibuerunt, imo aliquot suppresserunt, attentis fine S. I. et constitutionibus SS. Pontificum in eius causa novisque confirmationibus, necnon contentionibus quas sustinet a quatuor regibus qui eam expulerunt et ubique supprimi cupiunt, muneris sui necessitate compulsus et pacis causa d. Societatem exstinguit et supprimit,

auctoritatem superiorum cassat, sociis providet, eos ad ministerium sacrum, ad erudiendam iuventutem, ad beneficia et stipendium habiles declarat, prohibet ne Brevis argumentum tractetur.
R. ap. S. M. M. XXI Iul. 1773 P. an. V.

Bull. Rom. — *Nov. bull. S. I.* 313.

15. A. F. R. M. *Gravissimis ex causis.* - Clem. XIV ad breve suppressionis S. I. exsequendum 5 cardinalium et 4 consultorum congregationem instituit, ei auctoritatem et legem secreti committit ac ius privativum deputandi ad varia ministeria a S. I. praestari solita.
R. ap. S. M. M. XIII Aug. 1773 P. an. V.

Nov. bull. S. I. 329.

16. Congr. de abolenda S. I. (Corsini, Marefoschi, Carafa, Zelada, Caselli cardd.) litterae ad episcopos ut congregatis in unum sociis S. I. litteras Apostolicae 21 Iul. denuncient, domorum S. I. possessionem apprehendent etc.
Romae XVIII Aug. 1773.

Nov. bull. S. I. 331.

17. Ignatius Iacobus ex supremis principibus Roxolanis Massalski episc. Vilnen., decreto contra S. I. nondum legaliter proclamato, commendat superioribus domorum d. S. ut adimpleant consuetas functiones, eis super personas in ipsorum contubernio habitantes suam potestatem communicat, literasque has in virtute d. obedientiae ad omnes d. S. domos transmitti et observari vult.
Varsaviae, 19 Sept. 1773.

Arch. gen. S. I. (1).

---

1. Ex audientia SSmi D. Pii VI d. 9 Aug. habita, ad tuendam regularem observantiam in locis quae Moschicae ditioni subsunt, committitur ad triennium Stanislao Siestrzencewicz episcopo Mallen.

(1) Cfr. *Institutum S. I.* Romae 1869, I, 418.

